~~17a 5~~=9

8=1 7=1 ๙=10

Caja
A-58

9

Sepe et malum

c. D. 87

# Marii Fabii Victorini Rhetoris in rhetoricis Ciceronis Liber primus incipit.

Mnis quicunq; incipit cuiuſq; generis orationē hæc tria ī prīcipiis adhibere de
bet: ut auditores faciat attētos: beniuolos: dociles. Ergo hic Cicero facit dociles
auditores: cū quid ſit eloquentia oſtendit. Attētos: cū dicit ſe de eloquentia di-
cturū: re ſcilicet magna. Beniuolos ſi quidem: quia oſtendit futurum ei cōmo-
dū: qui his artibus fuerit edoctus. Eloquentia igitur qualis ſit per ſe ipſam non
oſtēdit: ſed eſt capax qualitatis: quā non in ſe habet: ſed incipit ab agente. Nā ut
cuiuſq; ingeniū fuerit eius: qui ea utitur perinde qualis ſit: & quid faciat demon
ſtrat. Ergo quoniā quiuis mediocriter ſapiens poteſt uidere eloquentiam: ſi ī ho
mine ſtulto ſit malam eſſe: ſi in ſapiente bonam eſſe. Propterea Cicero non utrum bonū an malū
ſit eloquentia querit: ſed utrum plus boni an mali habeat oſtendit. Tractat autem ī principiis quat
tuor theſis. Vnam talem oſtendendum eſſe ſapientiæ cum eloquentia. Aliā parū prodeſſe ſolam
ſapientiam: tamen prodeſſe. Tertiam multum nocere eloquentiam: ſi ſine ſapientia ea ſit: & quia
poteſt dici. Ergo eloquentiæ ſtudendum non eſſe. nam ubiq; ſapientiam laudas. Reſpondet̄ ſtu-
dendum eſſe eloquentiæ quia per eloquentiam uim ſuā ſapientia exercet neceſſario. Quarta theſis
ſtudēdū eſſe eloquētiæ : ſed tamen que ſit mixta ſapientiæ: Animaduertere tamen debemus in
principiis deliberationis propoſitionum partes propoſitionis. Executionem partium. Poſtremo
uero ſententiam: quod diligenter attendenti facile cognitu eſt. Sed antequā ad id unde cœpit Ci-
cero ueniamus: dicendū primū uidet̄ qd ſit ars: deīde quid interſit inter artē & uirtutē. Ars ē quæ
ſignificantiam ſui plenam non habet: ſed intelligitur ad aliqd pertinere non enim uelut Codice no
minato ſcimus ſtatim quid ſit Codex: ita mox ſcire poſſumus quid ſit ars: niſi additum fuerit cuius
artis: ut ars poeticæ: gramaticæ: eloquentiæ. Virtus eſt animi habitus in naturæ modum nationi
conſentaneus. Et ideo in nature modum duobus enim conſtamus: anima & corpore: Anima ī-
mortalis eſt ſi īmortalis eſt a diuinis deſcēdit. Si a diuinis deſcendit perfecta eſt: ſed acies quāuis
perfectæ animæ quodam corporis craſſo tegmine irretitur & circunfunditur: & ita fit ut quandā
obliuionem ſui capiat. Cum uero ſtudio ac diſciplina ueluti detegi cœperit atq; nudari: tūc in natu
ræ ſuæ modum animi habitus reuertitur: atq; reuocatur. Hanc uirtutem Pla. dicit nunc arte fie-
ri: nunc cum hominibus naſci: nunc in exercitatione confici: nunc adeo dari. Hæc uirtus in rhe-
toricis a Cicerone eadem ponitur: quæ ſapientia. Alibi uero ideſt in libris de republica ab eodem
Cicerone illa uirtus dicit̄: q̄ prudentia. Virtus igitur habet partes quattuor prudentiam: iuſtitiam:
fortitudinem temperantiam. Prudentia eſt rerum bonarum & malaꝝ ꝑ oē tēpus ſciētia. Iuſtitia ē
animi habitus ita īformatus: ut oībus mentis tribuat dignitatē. Fortitudo eſt conſiderata periculo
rum ſuſceptio: & laborum perpeſſio. Tēperātia eſt animi circa res inutiles atq; ī honeſtas uictris ac
pudica dominatio. Harum partium partes in cōſequētibus cognoſcemus. Nunc ad id quod oſten
dere propoſuimus reuertamur. ſ. ut quid inter artē & uirtutē interſit uideamus. Harum quattuor ꝑ
tiū: quas diximus ineſſe uirtuti. nulla oīo in artē cadit. Ars enim tātū ꝓcepta tradit: nō aliquid ſe-
cūdū ipſa ꝓcepta faciendū. Ideo ars ſapiētiæ tradi nō pōt: Per ſe autē tota cōſtat ac ꝑmanet: q̄ per-
fecta eſt: ſi hæc quattuor teneat. Prudētiā: Iuſticiā: Fortitudinē: Tēperātiā. Dat̄ autē ars æloquen-
tiæ & recte datur. Etenim ſi conſtat quattuor rebus natura: uſu exercitatione: arte neceſſario & ar
tis ꝓcepta in eloquentiā dant̄. Que ſi deeſt profecto tria illa multū interdū nocere : nūquā ꝓdeſſe
poſſunt. Dicēdū etiam uidet̄ quæ diſtātia ſit inter rhetorem : ſophitam: & oratorē. Rhetor ē qui
docet litteras atq; artes traditor æloquentiæ. Sophita eſt apud quē dicēdi exercitiū diſcit̄. Orator ē
qui in cauſis priuatis ac publicis plena & perfecta utit̄ eloquentia: & ut ſciamus aliū eē rhetorem:
aliū oratorē. Hos ubi illa quæ habere debeat orator oſtendit. Nunc ergo cōſiderans quid & quātū
ſit illud de quo dicturus eſt: ideſt eloquētia recte ſe dicit diu cogitaſſe nō utrū bona an mala ſit elo
quentia : ſed utrum plus boni an plus mali habeat.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

SAepe & multum hoc mecum cogitaui: Horum ſi unum ſit non oſtēdit' ſatis diutinā cogitationē. Poſſumus enim frequenter aliquid cogitare: ſed ſtatim a cogitatione de ſiſtere. Poſſumus itidē diu aliqͩ cogitare: ſed ī uno tm̄ die facere. Recte ergo utrūqꝫ cōiunxit. Saepe & multū hoc mecū cogitaui: & ꝗa publicū res ꝓferri nō debuit niſi cer ta & deliberata recte ait: hoc mecū cogitaui. Boni ne an mali plus: cā deliberatiōis: nō utrū bona an mala ſit eloquētia: ſed utrū plus boni an plus mali hēat eloquētia: nō tamē uacat

# M. T. CICERONIS ORATORIS CLArissimi Rhetoricæ ueteris Liber primus incipit.

ſ Aepe & multū hoc mecū cogitaui: boni ne an mali plus attulerit hominibꝰ & ciuitatibus copia dicēdi: ac ſummū eloquentiæ ſtudiū. Nā cū & nr̄æ reip. detrimēta cōſidero: & maximarū ciuitatū ueteres aīo calamitates colligo: nō minimā uideo ꝑ diſertiſſimos hoīes iuectā eſſe ptē incōmodoꝝ. Cū autē res a noſtra memoria ꝓpter uetuſtatē remotas ex litterarū monumētis repetere inſtituo: multas urbes conſtitutas: plurima bella reſtrincta: firmiſſimas ſocietates: ſanctiſſimas amicitias intelligo:

ratio ordinis. potuit autē dicere mali ne an boni plus. Sed Cice. naturā tenuit eloquētiæ. Quæ cū primū agere cœpit ꝓfuit hoībus. Nā cōpulit eos & cōgregauit. Poſt aūt deprauata īgenio maloꝝ multū nocuit reipu. Bene ergo ordinē tenuit ut diceret boni ne an mali plus hoībus attulerit & ciuitatibus reip. duobus cōſtat: publico & priuato. Iō hoībus & ciuitatibus hoc & ī uerrinis aīaduertere debemus ꝗlit ubiqꝫ Ci. aut hoīes defendat aut ciuitates. Copia dicēdi qm̄ nomē eloquētiæ id ſibi obtinet ac uēdicat ut cū ad aures uenerit nō niſi optima accipiat. Iō maluit definire eloquētiā. Ne ꝗs ergo audita eloquētia. q̄ ꝗſi ſono ipō id obtinuit ut mixta uideat eē ſapiētiæ. Ne ꝗs inꝗ deliberandū nō crederet: utrū plus boni an plus mali hēat eloquētia: ſed ipſam ꝑ ſe ſatis exiſtimaret bonā: propterea maluit definire eloquētiam inducēdo copiā dicēdi. Quæ ꝗa pōt ad utrūqꝫ flecti: cām deliberationis induxit. Ac ſūmū eloquētiæ ſtudiū. Poſtq̄ docuit ꝗd eēt eloquētia per definitionē ſecurus poſtea occupatis iā auditoꝝ ſenſibus eloquētiā noīauit. Sed recte ait. Ac ſūmū eloquētiæ ſtudiū. Nō. n. pōt declarari ꝗd poſſit eloquētia niſi ī aliquo fuerit ac plena fuerit. Nā cū & noſtræ reip. detrimēta conſidero. Oſtenſurus ꝗtū boni aut mali poſſit eloquētia de repu. loꝗtur. Et recte nō enim in priuatis rebus eloquētia piclitāda ē. ſed in publicis. ita ipſe ī uerrinis: cū de ſe uel de eloquētia ſua optimā ꝓbationē afferret: publicas cās cōmemorat: tacet priuatas. Me q̄ tot annis ī cauſis iudiciiſqꝫ publicis ita ſim uerſatus. Nunc deniqꝫ ut bonum monſtret eloquētiæ de repu. incommodis uel commodis loquit̄. Aīaduertēdum tamē ꝙ ptes non eodem ordine exequit̄: quo propoſuit. Ait. n. ſupra boni ne an mali plus. Nūc a malis eloquētiæ īcipit: Sed ſupra naturam ut diximus ſecutus eſt. Nūc cognationis rationē ſeruat. illa. n. prima cogitationi occurrūt q̄ uicina ſunt a noſtra memoria. Iō & de recētibus: & quod eēt magis propinquum elegit. Cū ait. Noſtræ reip. detrimēta cōſidero. Cōſideratio. n. reip. præſentis eſt. Ergo qm̄ hucuſqꝫ incōmoda per ſolam eloquētiā reip. cōtigerūt: recte a malis eloquētiæ cœpit. poſt dicturus de antiquioribus bonis & malis. Et maximaꝝ ciuitatum ueteres animo colligo calamitates: Recedit paulatim a repu. nr̄a ad extraneas ciuitates: & recte poſt Romā maximas ciuitates nominat. Ergo quoniam uetuſtiora ſūt haꝝ exēpla ciuitatū: aīo ſe ait colligere. In rep. aūt noſtra q̄ ſint geſta conſiderat. Recte itaqꝫ maxiarū ciuitatū colegit calamitates. Illic. n. aliqͩ opatur eloquētia ubi populus maior eſt. Nō minimam ui. ꝗa de modo hic agitur. i. utrum plus boni an plus mali afferat eloquētia. ideo ait non minimā uideo inuectā partem īcōmodorū per diſertiſſimos homines ꝙ ſupra diſputauimus noluit per eloquentiam dicere ſed per diſertiſſimos hoīes. i. qui habeant copiam dicendi ſolā. Inuectā uero ꝑ metaphorā nauis reſp. dicitur gubernari. Cū autem res a noſtra memoria ꝑꝑ uetuſtatē remoras. Expoſitis malis incipit dicere ꝗd boni habeat eloquētia: a noſtra memoria inquit remotas ut excuſet memoriā quaſi negligente: addidit ꝑꝑ uetuſtatē. Ergo illa quæ nimis a memoria noſtra remota ſunt: qui ſcire poſſumus. Et litteraꝝ monumētis: inquit repetere inſtituo hæc monumenta dupliciter accipimus: aut annales: aut hiſtorias. primo. n. annales fuerunt: poſt hiſtoriæ factæ ſunt. Multas urbes conſtitutas: plurima bella reſtrincta: firmiſſimas ſocietates: ſanctiſſimas amicitias. Deinde dicendum eſt hoc loco quid ſit ciuitas. Eſt autem ciuitas collecta hoīum multitudo ad iure uiuendum. Cū ergo fuerit ciuitas conſtituta: neceſſe ē ut primo bella patiatur: poſtea pacē agat. Pax. n. a pacto dicitur. pactum uero eſſe nō pōt niſi cauſa præcedat. i. bellū. Hoc & Saluſtius tenuit: cum de rebus Romanis loqueret̄. Dixit. n. prius bella geſta poſt pacem eſſe fundatā. res inquit romana plurimū īperio ualuit. Seruio ſulpitio &. M. Marcello conſulibus oī galliacis rhenū atqꝫ inter mare noſtrum & oceanum niſi quæ a paludibus in uia fuit perdomita. Hic bellum gerit̄: deinde pacem memorat cōſecutam: optimis aūt moribus & maxima cōcordia egit rēp. inter ſecundū ac poſtremū bellū carthaginenſe. Quæritur aūt utrum in bellis aliquid poſſit eloquentia



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

tum aī rōe: tū etiā facilius eloquentia cōparatas: ac me quidē diu cogitantē rō ipſa ī hāc potiſſimū ſniam ducit: ut exiſtimē ſapiētiā ſine eloquentia parꝝ ꝑdeſſe ciuitatibꝰ eloquētia uero ſine ſapīa nimiū obeſſe plerūq; ꝑdeſſe nunquā. Quare ſiqs omiſſis rectiſſimis atq; honeſtiſſimis ſtudiis rōnis & officii cōſumit oēm operā in exercitatiōe dicēdi is inutilis ſibi pnitioſus ciuis patriæ alit᷑ Qui uero ita ſe armat eloquentia: ut nō oppugnare cōmoda priē: uerum ꝓpugnare poſſit: is mihi uir & ſuis & publicis rōnibus utiliſſimus atq; amiciſſimus ciuis fore uidetur. Ac ſi uolumus huius rei quæ uocatur eloquentia: ſiue artis: ſiue ſtudii: ſiue exercitationis cuiuſdā: ſiue facultatis a natura ꝓfectę cōſiderare principiū: reperiemus id ex honeſtiſſimis cauſis natum atq; optimis rōnibus ꝓfectū.

Poteſt.n.ſine dubio: & tantum quātum uirtus poteſt. Nā ſi uirtute bella finiunt᷑: & eloquētia bella finiunt᷑. Iō ergo ait plurima bella reſtrincta iam illud notū ē quod bella ardere dicunt᷑: ut ait Ardebat oīs hiſpania citerior. Item: qs tanti incendia belli. Firmiſſimas ſocietates: ſanctiſſimas amicitias: inter ſociū & amicū hoc ītereſt. Socius ē qui nobis aliquo pacto ad aliquid gerendū cōiungitur. Amicus ē qui nihil uſu uitæ ſimilis pio ac fideli amore cōiungit᷑. Et quia ſocius aliquid nobiſcū gerit ideo ait firmiſſimas ſocietates: quia amicus ꝓ nobis amore cōiungit᷑: iō ait ſanctiſſimas amicitias: ergo interdū amicus ē: & ſocius nō eſt ſi mecū nihil gerat: & rurſus cū ſit ſocius: amicus nō ē: ſi aliqd mecū inuitus gerat. Propterea Ci. ubiq; duo hæc iūgit: ſocios po.ro. atq; amicos: itaq; & hic firmiſſimas ſocietatis ſanctiſſimas amicitias. Intelligo: recte intelligo. ait.n. ſupra: Ex litterarꝫ monumentis repetere iſtituo: Ergo id quod legit᷑ intelligendū ē. Tū aī rōe tū facili eloquētia cōparas. ubiq; hæc duo coniungit. Sed qn̄ aliqd duæ res agūt: triplici mō agūt: aut æquales ſt᷑ aut nunc iſta plus ꝓſtat nunc illa. Hic ſapiæ: dat ꝓprias agēdi rōes. Sed qa uirtus oīs magnitudine ſuiꝰ tarda eſt: iccirco ſubiunxit & tēpus: ut illud qđ ſapiētia īuenerit: facilius eloquētia cōpleat᷑. Ergo ad aliqd cito faciēdum. Alterꝫ alterius auxilii eget. Recte igit᷑ rēpu. cōmodū ex cōfectiōe utriuſq; cōiungit. Ac me qdē: ſupra oñdit quātū obeſſet eloquētia: quātūq; ꝑdeſſet ſed mixta ſapientiæ. Nūc uero uult oſtendere ſingulatim quantum ſapientia ſola proſit: quantum eloquentia ſola obſit. Quod cum oſtenderit: quoniam ſapientia ſola parum prodeſt & eloquentia ſola multum obeſt: rurſus dicturus eſt eloquentiam ſapientiæ eſſe iungēdam. Omnis res aut nimium prodeſt: aut parum prodeſt: aut nimium obeſt: aut parum obeſt. Sapientiæ unum dat ut ſola parum proſit reipu. nihil tamen obſit. Eloquentiam uero ſolam ſæpe ait nimium obeſſe. Qua in re obeſſe ſemper oſtendit: ſed & interdum ſatis obeſſe. Illam uero aliam partem tollit ſoli eloquentiæ: ut uel parum proſit reipu. multum tamē obſit. Verum quod ait. Ac me quidem diu cogitantem ratio ipſa. Ipſa inquit ratio ſapientiæ.ſ. quam eloquentiæ dicimus eſſe iungendam. Quare ſiquis: oſtendit quid ſit plena ſapientia. ſapiens enim qui diuina atq; humana optime nouit Ergo ſtudium recte rationis ad diuina: ſtudium honeſti officii ad humana referamus. quod autē ait ſtudium rectius dixit quam ſi dixiſſet. Quare ſiquis omiſſa ratione atq; officio. in his enim nominibus perfecta philoſophia eſt: quam quia nullus orator plene poteſt aſſequi. ideo nobis horum uel ſtudium habendum eſſe demonſtrat. Conſumit omnem operam in exercitatione dicendi. Conſumit inquit: iam in iſto uerbo eſt inutilis labor. Quod autem ait in exercitatione dicendi: timet eloquentiam nominare: ut ſupra diximus ne ſenſum audientis offēdat. Itaq; hæc definitio ē eloquentiæ. Eloquentia eſt exercitatio dicendi. Is inutilis ſibi pernicioſus patriæ ciuis alitur. Omnis homo aut ſibi: aut patriæ cōſulit: aut plus ſibi quam patriæ. Rectæ ergo homines ad hæc duo miſcenda: ſapientiam & eloquentiam. Primo ab utilitatibus ſui: deinde etiam publicis inuitantur. Qui inquit fuerit in ſola dicendi exercitatione uerſatus: omiſſis ſtudiis rationis & officii, & ſibi inutilis & pernicioſus patriæ ciuis alitur. Qui uero ita ſeſe: & cætera: bene armat: quaſi ſapientia pro robore ſit: pro armis eloquentia. Attendamus tamen ut cum ſupra pro eloquentia: aut copiam dicendi: aut exercitationem: aut diſertitudinem nominauerit. Nunc ubi & de ſapientia loquitur: ut ſecurus eloquentiam nominet. hic quoq; duo illa ſeruat quæ ſupra diximus. Qui inquit ſapientiæ miſcuerit eloquentiam: is & ſuis: & publicis rationibus utiliſſimus atq; amiciſſimus ciuis fore uidetur: utilem circa priuata: amicum circa publica accipiamus. Ac ſi nolumus: & cætera. Primo rem quandam conſtituit: cui eloquentiæ nomen impoſuit. & oſtendit unde naſcatur eloquentia: ſiue ex arte inquit: ſiue ex ſtudio: ſiue exercitatione: ſiue a natura. Huius inquit eloquentiæ ciuis incerta eſt origo. ſi uolumus conſiderare principium inuenimus inquit id ex honeſtiſſimis cauſis natū atq; optimis rationibus profectum. Cauſa eſt animi impulſus ad aliquid agendum. Ratio eſt gerendorum ordo ex cauſa uenientium: ut quid quo loco facias: ac dicas intelligas. Ergo inquit ſi eloquentiæ principium conſiderare uolumus. Primum cauſa attendenda eſt: hæc cauſa honeſta eſt. Deinde rationes & eaſdem optimas inuenimus. Inter ſtudium a īt & exercitationē hoc intereſt ſtudium eſt animi ad aliquid agēdum pertinacia, Exercitatio ē ſuſcepti actus cōtinuatio. Ex his quoq;

ſupra diximus naſci eloquentiam poſſe. Nã fuit quoddã tẽpus: & cætera: incipit cõmemorare
cauſas fuiſſe honeſtas: quibus eloquentia non ad ipſum ꝙ nata ſit: ſed circa agendum principium
ſũpſerit: ut ſupra diximus: Aiunt philoſophi eduobus hoĩem cõſtare: anima & corpore: Animã
uero eſſe perfectã: ſed impediri graſſitudine corporis quo minus ſe talẽ exerceat qualis eſt ꝑ naturã
Ergo mundo conſtituto erant hoĩes minus impediri copore: & in quibus uis aĩæ obruta atq; op-
preſſa eẽt. Tũc neceſſario rapto uiuebãt & malis moribus oppreſſo aĩæ bono: circa res oẽs uiri-

Nam fuít quodã tempus cum in agrís homines
paſſím beſtíarũ more uagabãtur & ſíbí uíctu ferí
no uítam propagabant: nec ratíõe animí quicquã
ſed pleraq; uíribus corporís admíniſtrabant: non
dum díuínæ relígionís: nõ humaní offícíí ratõ co
lebat: nemo nuptías uíderat legítimas: nõ certos
quíſquã aſpexerat líberos nõ íus æquabile quíd
utílítatis haberet acceperat: Ita ꝓpter errorẽ atq;
ínſcítíã cæca ac temeraría domínatríx animí cupí
dítas ad ſe explendã uíríbus corporís abutebat ꝑ
nícíoſiſſimís ſatellítib⁹. Quo tẽpore qdẽ magn⁹
uídelícet uír & ſapíẽs cognouít: que matería eẽt
& q̃ta ad maxĩas res opportũítas aĩs ĩeẽt hoĩum ſí
qs eã poſſet elícere: & ꝑcípíẽdo melíores reddere:

bus corporis abutebantur. Sed quia
natura nõ equaliter ſe ꝑ oẽs fũdit: ali
quãdo unus extitit: qui ſe bene intelli
geret: & qui uideret eſſe hoĩbus aĩam
illã diuinã: quæ haberet in ſe multas
utilitates: ſi tamen poſſet ab aliquo e
lateribus qbuſdã elici atq; ꝓferri. Er-
go his cauſis eloquẽtia initiũ non na-
ſcendi ſed agẽdi ſũpſit. nã fuit quod-
dã tẽpus: cũ in agris hoĩes paſſim be
ſtiarum more uagabãt: ſicut Vergi.
Hæc nemora ĩdigene fauni nymphe
q; tenebant. Genſq; uiꝝ trũcis & du
ro robore nata. Quis neq; mos neq;
cultus erat: nec iungere tauros. Aut
componere opes norant: aut parce
re parto. Et ſibi uictu ferino ui-
tã propagabãt: Sapiẽs oĩs memoriæ
ſtudet. Illi ĩ quibus uis aĩ mole corpo
ris opſſa dliteſcit: nõ memorie ſtudet
ſed ferino ritu ſubſidia ſolis ꝓſpiciũt
diebus. Sic Salu. & quoniam uita ipſa qua fruimur breuis eſt memoriam noſtri quam maxime
longam efficere conuenit: nõ pecorum more uiuere: que natura prona atq; uentri obediẽtia: fin
xit ut iſti hoĩes fuerunt: qui ſibi in uictu ferino uitam propagabant. Nondum diuinæ religiõis
& cætera. Plena philoſophia eſt: quæ conſtat ex duobus: ex phiſica & æthica Phiſica eſt qui diui-
nis agit. Aethica quæ de humanis diſſerit. Sed quia Ci. illud docet: quod oratori eſt neceſſarium
æthica proſequitur. Quæ ſi tunc ab hominibus ignorata eſt: multo magis phiſica: ergo ĩdicat ut
illi uixerunt: qui animæ commodis ignoratis corporis uiribus pleraq; geſſerunt. Nemo nuptias
uiderat legitimas atq; incertos quiſq; inſpexerat liberos. Vtrunq; enim uaga atq; incerta uenere
conficiebatur. neq; erant iura quæ id fieri prohiberent. Non ius æquabile: quid utilitatis habe
ret acceperãt. Illic enim nullius iniuria uiuitur ubi eſt iuris æqualitas: æqua libertas: ubi aliquid
aut omnibus licet facere: aut omnibus non licet. Perniicioſiſſimis ſatellitibus uires corporis eẽ
ait cupiditatis miniſtras: quæ in animis hominum quandam obtinet tyrrannidem. Quo tẽpo
re quidem magnus & cætera: ut facilius intelligentiam conſequamur rerum ſimilitudo proferẽda
eſt. Anima: ita eſt ut uinum. Nam quemadmodum uinum pro uaſe in quo eſt habitum: aut
retinet: aut amittit uiolentiam. Proinde anima ſi optimum & caſtum corpus offẽderit: ſeruat na
turam: ſin alias uelut amittit. Ita igitur cum mortale genus brutum atq; inſcium rerum omnium
uagaretur. Extitit quidam uir magnus in quo animam ſuam retineret naturam & qui intellige-
ret omnes homines habere in ſe quiddam diuinum: ſed id uitio corporis opprimi atque deperire
quod ſi fuiſſet elicitum maximas inde commoditates hominum poſſe contingere. Cognouit
quæ materies & quedã ad maximas res opportunitas in animis ineſſet hominum. Materia:
non ad hoc ipſum materia ẽ: quod materia uocatur: ſed ad id quod inde fieri habet materia eſt.
Oportunitas uero non accidit: neq; in altero eſt: ſed in eadem materia eſt. Poteſt autem in ligno
eſſe materies ad aliquid faciendum: ſed ſi putreſcit opportunitas in materia non eſt. Similia & de
reliquis materiis poſſumus dicere: ergo non ſuffecerat inuenta materia in hominibus niſi in ea-
dem materia etiam opportunitas fuiſſet ad maximas res: Si quis eam poſſet elicere. eſt ergo q
poteſt elicere: & quod põt elici. hoc deinde attẽdamus. Vnus põt uidere aliquid effici poſſe non
tamen etiam efficere. Deinde etiam iuſtum: ſapientem & magnũ uiꝝ. Cicero ait uidiſſe in
hominibus materiem: ſed dubitaſſe de effectu. ait enim. Si quis eam poſſet elicere. Vtrũq; tamẽ
dat huic uiro & intelligere & efficere. Eſt enim & ſapiens & eloquens. Et ꝑcipiẽdo meliores red-
dere. Erat ergo in hominibus animus: ſed ideo reddere quia uidebatur amiſſus. erat bonus aĩus
& ideo ait præcipiendo meliorem reddere. His cauſis igitur honeſtiſſimis: ut uidemus: iſte qdã
compulſus ẽ ad eloquentiam: hoc eſt ad id unde naſci ad actus primũ cœpit eloquẽtia. Quæ. n.
cauſa honeſtior: quã hoĩes beſtiaꝝ modo uiuentes ꝑceptis utilibus atq; honeſtis ad humanam at
q; diuinam cognitionem traducere. ergo iuſtum uirum magnum atq; ſapientem quẽcunque ac
cipiamus. Multi enim ſaturnum: Platonem: Ariſtotelem atq; alios uolunt intelligi: ſed erant.

Q ui díſperſos hoies ī agrís ītectís ſíluestrib⁹ ab
ditos rōne quadā cōpulit in unū locū & cōgrega
uít: & eos ī unāquāq; rem inducens utilē atq; ho
neſtā: prímo propter ínſolētiā reclamātes: deínde
propter ratíonem atq; orationem ſtudíoſíus audí
entes ex ferís: & immanibus mítes reddít & man
ſuetos Ac míhí quídē uídetur hoc nō tacíta neq;
ínops dícēdí ſapíētía perfícere potuíſſe: ut hoíes

Q ui diſperſos homines ī agris & tectis ſiluestribus abditos ratione quadam compulit unum ī lo
cū & cōgregauit. Duas res ſupra poſuit honeſtiſſimas fuiſſe cauſas: optimaſq; ratiōes ut ad actus
eloquētia naſceret̄ explicitis ergo honeſtiſſimis cauſis īcipit oſtēdere eloqnētiæ ad actus fuiſſe ratō
nes. Et ut intelligas iā de cauſis eſſe dictū rōne quadā inqt: cōpulit unū & locū congregauit. Dixi
mus rationē eſſe rei gerēdæ ordinē neceſſariū: utputa hoc primū debet fieri: hoc deinde a tertio.
Vt nūc primo cōpellūt hoies: poſt cōgregātur. Deinde in unāquāq; rē inducūtur utilē atq; hone
ſtā. Cōpulit unū ī loco & cōgregauit
cōpulit q̄ſi iuitoꝝ ē. Iā nolētiū cō
gregauit. Sed debemus ſcire qd ſi cō
pulit & cōgregauit q̄ſi ciuitatē fecit.
Nā ut ſupra diximus: ciuitas ē colle
cta hoīum multitudo ad iurē uiuēdū
Ergo eloquētia plurimū ꝓdeſt. Nam
facit ciuitatē: & qcqd utile atq; hone
ſtū ē īſinuat. Et eos ī unāquāq; rē idu
cēs: utilē atq; honeſtā. Ci. duplex eſſe
honeſtū docet. Vnū illud ſolū atque
puꝝ. Aliud qd cū utili iunctū ſit. Sed
ſolū illū apud paucos eſt eos ſcilicet q
ſoli gloriæ ſtudēt: nihilq; ad ſui utili
tatem gerūt: Q uicqd ſanciunt cōſideratōe boni maliq; generatim: ſanciūt nō gratia in eodē uer
ſantium perſonarum. Honeſtū uero illud cum utili. Ideo honeſtū uocat quia id quod iunctum ac
duplex eſt ab eo quod maius eſt nomen accipit. Veꝝ illud honeſtum philoſophoꝝ eſt: hoc illoꝝ
ſapientiū qui. r. p. ſtudent: qui in ciuitate uerſant̄. Q uod quidē honeſtum utilitati ſemp adiunctū
eſt: & utilitas honeſtati. hoc etiam Socrates ait nihil eſſe utile quod non honeſtū ſit: nihil honeſtū
quod non utile ſit. Sed ut ipſum intelligamus: rerum exempla proferenda ſunt. Eſſe iudicem ho
neſtum eſt. Iuncta eſt tamen utilitas honeſtati. Nam nemo ei iniuriam facit. Nemo ſeruis eius ꝑ
deſt poſteris: liberis eius ꝓdeſt. Amicus ergo ſi quid preſtat etiam utile eſt. Sed quāquā hæc duo
iuncta ſunt non tamen ita mixta ſūt ut uino aqua miſcetur: ſcilicet ut ſecerni nullo modo poſſint:
ſed ita mixta ſunt ut ſecerni poſſe uideantur quemadmodum ſi fiat aceruus ex tritico & ordeo.
Q uāquā ergo hæc duo mixta ſunt tamen aliquo modo & ſecerni poſſint. Et enim. ſi aliquid ali
cui preſto nec gratiam repoſco honeſtū eſt. Ad id ipſum quod preſto ſi gratiā repoſco fit utile. Er
go primū ſit illud ſolū honeſtū quod ꝑ ſe placet nulla adiuncta gratia. Hoc medium honeſtū utile
qd cū utilitate ē. Tertia ſit cōmoditas quæ ſolis lucris intēta eſt abiecta oī honeſtate: honeſtū uero
philoſophicum ſoli gloriæ ſtudet abiecta ēt utilitate: Nunc ergo quoniam collectis hominibus &
cōgregatis ciuitas facta eſt qd debet ꝑſuaderi: quid hoībus inſinuari nō honeſtū illud ſolū qd phi
loſophoꝝ eſt: nō cōmoditas quæ hoīum perditoꝝ eſt ſed illud mediū honeſtū atq; utile quod in
omni. r. p. quod in omni ciuitate uerſat̄. Primo ꝓpter inſolentiā reclamātes. Nihil egerat eloquē
tia: ſi ſtati inſinuare cœpit quid eſſet honeſtum atq; utile perſuaſiſſe. ſed oſtendit magnas ineſſe
uires eloquentiæ ſi ad id quod erat optimū traduxit inuitos & ne uideātur iccirco reclamaſſe qd
res optima nō eſſet ideo ait: propter inſolētiā primo reclamātes. Deinde ne eloquētiæ quibuſdam
uenenis etiā ad malā rē traducti uideātur ꝓpter rationē inqt atq; orationē ſtudioſius audiētes. er
go ubi ratio eſt: & ſapiētia malitiæ ineſſe nō: pōt rationē ad ſentētiaꝝ grauitatē referrēdā ſciamus
Orationē ad ornamēta uerboꝝ. Ex feris & imanibus mites reddidit & manſuctos. Difficile ē
rē aliquā cuicūq; tollere. difficilius aliā dare. Hic utrūq; factū eſt. ſublata eſt hoībus feritas atq; im
manitas & data eſt humanitas & manſuetudo. Ac mihi quidē & cætera: ſunt multa quæ ſolo
habitū ſui perfecta ſunt: ſūt multa quæ & habitu & uſu ut atheleta ſi habeat corporis ſi magnitudi
nē nō cōtinuo ꝑfectus eſt niſi ei & uſus accedat. Vt orator cōcepto totius ſentētie habitu nō conti
nuo ꝑfectus eſt niſi & ei uiſus accedat. ſapientia uero habitu ſui ꝑfecta eſt nec indiget uocis. i. uſus
ſufficit ei aūt intra aīos cōtineri. Vſu ergo nihil conſequitur. & ſi quādo cōcepta uerbis uoluerit in
dicare non ideo ſapiens ſapientior fit: quia indicat ſe ſapientē: ſed perfecta ac ſalua ſapientia quidā
ei ad actus alios accedit. ergo homines ex immanibus ac feris mites redditi ac māſueti paulatim
quoq; honeſtū atq; utile didicerūt. ſed quia de exordio eloquentiæ loquitur uideamus utrū hæc ſo
la ſapiētia fecerit an ſapiētia: ſed cū eloquētia. Primo itaq; cognoſcere debemus quot modis qd ꝑ
ſuadeat ſapiētia & poſſumus ītelligere multū hic eloquentiā ualuiſſe ſapiētia igit̄ ſola duobus mo
dis aliqd perſuadet. Aut cū tacet & aliqd facit: & id quod facit quia bonū eſt: alter imutat̄ idē ut
qcqd tacitus fecerit ſapiēs id alter re: nō uerbis doctus imitet̄. Aut cū aliquid faciendū uel nō faci
endū uerbis perſuadet & hoc duplici modo. Nunc naturalibus uerbis nunc per eloquētiā hoc loco
negat tacitam ſapientiā hoc perficere potuiſſe. negat inopē dicēdi idem que uerbis naturalibus ute
retur. ſed illam ſapientiam quæ iuncta eſſet eloquētiæ. Ac mihi quidem uidet̄: hoc nec tacita nec
inops dicēdi ſapiētia ꝑficere potuiſſe. Perficere īquit. Alioqn plenæ ſapiētiæ officiū ē īucire ut ſu
pra. Q uo tpe īquit quidā magnus uidelicet uir & ſapiēs cognouit quæ materies & q̄tā ad maxīas

res opportunitas animis ineſſet oium ſi quis eā poſſet elicere & precipiēdo meliorem reddere. Ergo aium in hoibus eē ſapientia cognouit: ut congregarenť: & in unāquāq; rem utilē: atq; honeſtā iducerēť ſapientia qd ē: ſed eloquētia opitulāte pfecit. A cōſuetudine ſubito cōuerteret: & ad diuerſas uitæ rōnes traduceret. Magna uis eloquētie ſi ſubito cōuertit: hoc ē qď pōt ſapientia. Alioqn & ſapiētia pficit: ſed nō ſubito: & qď ait & ad diuerſas uitæ rōnes traduceret: ut ſupra diximus difficile eſt cuiuſlibet rei cōſuetudinē collere. hoc difficilius alias etiā uiuendi perſuadere rōnes.

a conſuetudine ſubito conuerteret & ad diuerſas rōnes uitæ traduceret. Age uero urbibus cōſtitutis ut fidē colere et iuſtitiam retinere diſcerent: et aliis parere ſua uolūtate cōſueſcerēt: ac nō mō labores excipiēdos cōis cōmodi cauſa: ſed etiam uitā amittendā exiſtimarent: qui tandē fieri potuit niſi homines ea quæ rōne ueniſſent eloquentia perſuadere potuiſſent profecto nemo: niſi graui: ac ſuaui commotus rōne cū uiribus plurimū poſſet ad ius uoluiſſet ſine ui deſcendere: ut inter quos poſſet excellere cū his ſe patereť æquari & ſua uolūtate a iucūdiſſima cōſuetudie recederet quæ pſerti iā nāe uim obtieret pp uetuſtatē. Ac prio qdē ſic et nata et pgreſſa lōgi⁹ eloquētia uť

Age uero urbibus cōſtitutis: ut ſupra cū de cōmodis eloquentie loqueretur hūc ordinē fecit multas urbes conſtitutas: plurima bella reſtrincta firmiſſimas ſocietates: ſanctiſſimas amicitias: & q̄q̄ hic hoies ex īmanibus primo æquales facti: poſt ēt obſequi ultro cœperint ſupradictū tamē ſermonē ſeruatum poſſumus īuenire. primo itaq; beneficiis eloquentie ciuitates facte ſunt ut ait ſupra: multas urbes conſtitutas. Ciuitas autē fieri dicitur cū hoies unū in locū cōgregantur ad iure uiuēdum ut fidem colere hic bella reſtringūtur. Si. n. cupiditas ad ſe explendam uiribus corporis abutebatur quaſi quædam bella gerebāťur Cum ergo fides collitur: aut id agitur ne ſint bella: aut reſtringūtur illa que fuerunt. Et iuſtitiā retinere diſcerēt Iuſtitia omnis a nobis circa alios eſt ut: unicuiq; meritū proprium tribuamus. Poteſt tamen hic quaſi ſocietas cuſtodiri. Iuſtis &. n. cōditōibus ſocietas faciēda: uel cōſeruāda ē. Et aliis parere ſua uolūtate cōſueſcerēt. Iuſtitia æquales hoies eē fecit. hic iā & minores eſſe patiunť: ſua ēt uoluntate: poſſunt tn̄ hic amicitiæ copulari. Noſtra. n. uolūtate nulli obſeqmur niſi amici fuerimus. Antea aūt ſi uiribus corpis cūcta agebāť nō ſua uolūtate q̄ſq̄ alteri patuit nec potuit amicus eē qui cogebať. Ac nō mō labores excipiēdos cōis cōmodi cā pfectū eſt inqť eloquentia ut libēter oes non mō laborē pro publica ſalute ſuſciperent: ſed ēt uitam amitterent. Multū ergo egit eloquentia: ut illi uitā paruipenderēt qui iamdudū ſibi: uictu fero uitam propagabāt. Qui tandem fieri potuit queriť utrum ad has rationes uiuendi per naturam deducti ſint: an preceptis uideantur adduci. Erant quidem In hominibus natura melior ſed oppreſſa corporis uitio ad malum declinauerat. Verum quia nihil uniformiter funditus exiſtit: quin ſemper aliquid ſit quo intelligamus quid in cæteris deſit. Iſte quidem magnus uir ac ſapiens cognouit bonam in hominibus naturam multumq; eſſe profuturam ſi præceptis melior fuiſſet effecta. Ergo omne quod perfectum eſt natura & diſciplina pfectum eſt. Sed iſte primus: ut diſciplinam accipere non potuit perfectus fuit natura & uſu. Cū. n. cognouit habitum ſuum & diu ſecū pertractādo, cognouit eſſe iu hominibus bonam naturam: que ut perfecta eſſe potuiſſet præceptorum adhibuit diſciplinam. ergo in hominibus fuit materies. i. perfecta natura quam perfecta precepta fuerunt inuenta per ſapientiam inſinuata per eloquētiam. Profecto nemo niſi graui & cetera. Quāquam natura fuit apta ad perfectam uitam tamen ipſam naturam preceptis ait ad has uiuendi rationes eſſe perductum. Graui inquit ac ſuaui commotus oratione. Grauitatem ad ſapiētiā ſuauitatem ad eloquentiam referamus. iure grauitatem ad ſententias: ſuauitatem ad uerborum ornamenta referamus. Cum uiribus plurimum poſſet: ad ius uoluiſſet ſine ui deſcendere. Ois res a ſe uincitur: ut puta eloquens uincitur ab eo qui eloquentior fuerit: Fortis nō uincitur niſi ab eo q̄ fortior fuerit. Aſtutus non uincitur niſi ab eo qui aſtutior fuerit. Animaduertendum ergo acumen. Ciceronis. Homines inquit fortiſſimi ad equalitatem uiuendi non fortitudine quā ſolet uici inferior fortitudo: ſed eloquentia deducti ſunt. ergo ſupra oēs uires eloquentia eſt. ſed que ſit mixta ſapiētie ut inter quos poſſet excellere cū his ſe patereť equari. Excellere uiribus. ſcilicet cum his ſe pateretur æquari: ita ſupra non ius æquabile quid utilitatis haberet acceperat. Et ſua uolūtate: nō coacti uiribus corporis; ſed in his iam fecerat eloquentie perſuaſio uoluntatem. Ab iucūdiſſima conſuetudine recederet & nō dixit a conſuetudine recederet: ſed a iucūdiſſima inquit. Omniū enim rerum etiā malarū apud gerentes iucūdiſſima cōſuetudo eſt. Quæ preſertim iam nature uim optinent ꝓpter uetuſtatem. Ergo hominum natura bona eſt. ſed malitia per conſuetudinem nature uicē ceperat obtinere. Ac prio qdē ſic. & nata: & cetera ſatiſfecit ꝓpoſitōi ſue. Supra. n. dixit: ac ſi uolumus eius rei quæ uocať eloquentia conſiderare principiū reperiemus id ex honeſtiſſimis cauſis natū: atq; optimis ratōibus profectū. Ita & hic. Ac prio qdē ſic & nata & oppreſſa lōgius eloq̄ntia uť

& item poſtea maximis i rebus pacis & belli cum ſūmis hominū utilitatibus eſſe uerſata. Poſtquā uero cōmoditas quedā parua uirtutis imitatrix ſine ratione offici dicendi copiā ſecuta eſt tū ingenio freta malitia peruertere urbes & uitas hoīnū labefactare aſſueuit: atque huius quoq; exordiū mali quoniā principiū boni diximus explicem9 Veriſimilimū mihi uidetur quodā tempore: neq; in publicis rebus infantes & inſipientes hoīes ſolitos eſſe uerſari: nec uero ad priuatas cauſas magnoſ ac diſertoſ homines accidere. ſed cū a ſūmis uiriſ maxie reſ adminiſtrarēt: arbitror alioſ fuiſſe nō incalidoſ hoīeſ qui ad paruaſ cōtrouerſias priuatorū accederent. Quibuſ in cōtrouerſiis cū ſæpe mēdacio cōtra uerū ſtare hoieſ cōſueſcerēt dicēdi aſſiduitaſ aluit audaciā: ut neceſſario ſupioreſ

Et itē poſtea maximis in rebus pacis & belli. Oſtendit diu eloquentiā pfuiſſe. Verū quod ait maximis in rebus: ut ſupra. Cognouit que matericſ: & quanta ad maximas res oportunitas ī animis ineſſet hoīum ſi qs eā poſſet elicere. Ergo maxīe rex pax atq; bellū. Cū ſūmis hominū utilitatibus cū illa. ſ. utilitate: quæ cū honeſto eſt. poſtq̄ uero & cetera. Omne perfectū bonū. i: quo natura humanas res nullo adiuncto incōmō mūerata ē duobus ad plenū cōſtat. Re ipſa: & ſpecie atq;: imagine ſui: ut puta mel habet rē dulcedinē: habet ſpeciē: ideſt colorē: atq;. aſpectū: quo qſi facile ita ut ē dulce credat. Ita uir fortis habet rē Virtutē. ſ. habet ſpeciē. i. pulchritudinē corporiſ. Indiſtorta. n. mēbra: nec quæ iuxta naturā ſui appetūt appoſita ſūt Virtus nō pōt cadere: ut uer. Et ceteri quoſcūq;: fortes & pulchros fuiſſe dixerunt. Sic ueſtis ēt habet rē utilitatē texture habet ſpeciē gratiā. ſ. circa aſpectū faciei. Ergo ille neſcio quis magnus uir ac ſapiens: & hi qui poſtea cōſecuti. Accepta uite precepta tenuerunt: ut pfecti eſſent habuerunt rē. i. ſapientiā: habuerunt ſpeciē. i. eloquētiā. Qui hoīes: qm̄ ex merito uirtutis digniſſima præmia cōſecuti ſūt i. magiſtratus: aut alias utilitateſ. Multi dū premia ſibi paria exoptāt re ignorata ſpeciem ſolā ſequi cæperunt. i. p̄terita ſapiētia ſolā dicendi copiā cōſecuti ſunt. Premiis itaq; ſolis īducta cōmoditas re ignorata ſpeciē cœpit uirtutis imitari: atq; iō contingit ut mali mores adepti copiā dicendi circa cōmoda rei. ſola eloquētia comiſſa ſapientia ſint abuſi. Commoditas autem. i. parua uirtutis imitatrix. Tertia illa ēſt honeſto illi ſoli contraria. Peruertere urbes: ac uitas hominum labefactare aſſueuit: ſit ſupra boni: ne an mali attulerit hominibus & ciuitatibus. his duobus enim reſpu. conflata eſt. Veriſimilimum mihi uidetur. nunc de incommodis eloquentiē locus incipit. Queritur autem quid fieri potuerit: ut eloquentia mixta ſapientiæ. Que congregauit homines. Que perſuaſit utile. atq; honeſtum: quæ urbes conſtituit: iura docuit: quæ multum hominibus profuit. ut eloquentia in quam mixta ſapientiæ cœperit obeſſe hominibus & ciuitatibus. hoc. ſi fuit exordium malorum primum urbibus conſtitutis neceſſe eſt creuiſſe eaſdem ciuitates propria doctrina ſiue uicina multitudine. In his deinde non omnes ſapientes. atq; eloquentes fuiſſe ſed paucos. Quanq̄ omnes hanc habendi materiem continerent. Neceſſe ergo erat ut actis cumulatiſq;: ciuitatibus ſapientes homines: atq; eloquentes. r. p. gubernarent ipſiuſq; tantū curam gererent. Occupatis itaq; circa. r. p. ſapientibus priuatorum negocia callidi homines & dicaces agere: ac tractare cœperūt. Et primū priuatarū controuerſiarum poſtremū fortunarū patroni fieri cœperūt. Qui cū iterdū cōtra iuſtitiā malas cauſas defenderēt ſæpe ēt uincerent. Coacti ſunt ſapientes illi. r. p. intenti. ciuibus ac neceſſariis ſuis reſiſtere contra illos calidos ac diſertos qui aſſiduitate dicendi notiſſimi populo: atq; amiciſſimi eſſe cœperant. itaq; illi calidi cum contra illos ſapientes uiros dicerent ſæpe pares. Interdum ſuperiores fuiſſe a populo iudicati ſunt & digni haberi cœperunt qui. r. p. gubernarent. Quibuſq; poſtq̄ commiſſa. r. p. & multa incommoda: multa naufragia contingerunt. ita ergo factum eſt ut eloquentia q̄ primum fuerat: ſed mixta ſapientiæ. Poſt ſola multum offecerit utilitatibus reip. at quum per hos male eloquentes cuncta regerentur ſapientes illi deturbati ea quæ gerere conſueuerant ſcribere cœperunt. Hiq; habiti ſunt philoſophi & per hos factum eſt ut uſq; ad noſtram memoriam rerum honeſtarum memoria: atq; imitatio peruenirent. Veriſimilimum mihi uidetur quodam tempore: qm̄ animo in preteritis uerſatur multaſq; in mentem reuocat facies. reip. confirmat opinionem ſuam fuiſſe ſine dubio tp̄s quo. r. p. a ſapientibus gubernata ſit priuatorū negocia a calidiſſimis hominibus: q̄ poſtea ps ſapientibus interdūq;: meliores a multitudine iudicati. Cōmiſſam ſibi: r. p. peſſunde dederūt. Necnō ad priuatas cauſas magnos ac diſertos homines accedere: ideo quia publica fuere anteponēda priuatis. Magnos ad ſapientiā. Diſertos ad eloquentiā referamus. Arbitror alios fuiſſe nō incallidos homines. Callidi ſunt q̄ dolo ac fraude exitum uirtutis imitant. Cū ſepe a mendacio cōtra uerū ſtare hoīes cōſueſcerent. Multo melius res ipſas noiauit quā ſi has ī negociis poſitas nominaſſet. ut puta quū ſepe mēdacii rōne contra ueram cauſam ſtare conſueſceret

Itaq; quū in dicendo: in dicendo inquit. Ergo iam omiſſa eſt ſapientia ſi de ſola dicendi copia iudiciū eſt. Nonnunquā etiā ſuperior uiſus eſſet. Oſtendit uerum iudiciū non fuiſſe: ubi uincere aliquis uidetur potius q̄ probatur: fiebat: ut & multitudinis ſuo iudicio dignus qui. r. p. gerere uideretur. Multitudinis inquit iudicio. iam in multitudine uarietas ipſa uilis eſt. Quod autē ait ſuo iudicio: hoc quoq; irritū eſt. Quiſnā autē de ſe pōt aut debet habere iudicium. Ad poſtremū pignus uideretur: ut ſupra. Itaq; cū in dicendo ſæpe par nōnunquā etiam ſuperior uiſus eſſet. Hinc nimiꝝ

illi pp iniurias ciuiū reſiſtere audacibus & opitulari ſuis q̄ſq; neceſſariis cogeret. Itaq; cū in dicēdo ſæpe par: nonnunquā uero ſuperior uiſus eſſet is qui omiſſo ſtudio ſapiētiæ nihil ſibi preter eloquētiā comparaſſet: fiebat ut & multitudinis: & ſuo iudicio dignus q. r. p. gerere uideret. Hinc nimiꝝ nō iniuria: cū ad gubernacula reip. temerarii: atq; audaces hoīes acceſſerāt maxīa ac miſerrima naufragia fiebāt. Quibus rebus tm̄ odii: atq; iuidiæ ſuſcepit eloquētia: ut hoīes ingenioſi quaſi ex aliqua turbida tēpeſtate in portū: ſic ex ſeditioſa & tumultuoſa uita ſe in ſtudiū aliq̄d traderēt q̄etū. Quare mihi uidet poſtea cætera ſtudia recta atq; honeſta ꝑ ociū concelebrata ab optimis enituiſſe. Hoc uero a pleriſq; eoꝝ deſertū obſoleuiſſe eo tpe quo multo uehemēti⁹ erat retinēdū: & ſtudioſius ad augēdū. Nā quo indignius rē honeſtiſſimā & rectiſſimā uiolauit ſtultoꝝ & iproboꝝ temeritas & audacia ſūmo cū reip. detrimēto eo ſtudioſius &

nō iniuria: in metaphora permāſit gubernaculū naufragia: utrumq; nauis: negat enim cuidā debere mirū uideri remp. peſſundatā. Cū ad eius regimē uenerint homines temerarii: atq; audaces. Hoc autē intereſt inter audacē & temerariū. Audax pōt iterdum & pro bono accipi. Temerarius nō niſi malus. Audacia ergo eſt duplex. nā & ille qui in ꝓſperis rebus temere aliquid aggreditur. Audax eſt ille q̄ ꝓuiſis rationibus fortiter aliquid incipit audax eſt. Quoniā ergo audacia duplicē fontē habet. Hic præmiſit temerariū ut intelligeremus audacem. Temeritas. n. & incōſiderātia cauſæ ſunt harū euentus audacia. Quibus rebus tantū odii: atq; inuidiæ ſuſcepit eloquētia. Omnis cauſa habet euentum ſuum. Omniſq; euentus cauſam. Vt puta ignis cū in lignū immiſſus fuerit. i. lignū incendat neceſſe eſt. Hic ignis in lignū miſſus cauſa eſt. Cauſæ nō euentus incendiū: ita ergo eloquētia primo odiū cōtraxit. Iam ex odio id eſt ex cauſa neceſſe eſt aliquis conſequatur euentus. Ergo inuidia conſecuta eſt. Plerūq; enim ex odio iuidia naſcit. Plerūq; inquā. Nā & aliū pōt habere euentū: ſi enim hoſtē oderis: nō inuides: ſed inimicus eſt. Si ſeruū oderis non inuides: ſed iraſceris. Non ergo ſemper odii eſt euentus inuidia. Sunt enim cauſæ quæ interdū nō neceſſarios euentus habent: ut ſi pugno percutias & occidas. Sunt itē cauſæ quæ neceſſarios habent euentus: ut ignis miſſus in ſtipulā facit incendiū neceſſe eſt. Quibus in rebus tantū odii: atq; inuidiæ: ſuſcepit eloquentia: poſtq̄ inquit reſpu. ab inſipientibus: & dicacibus cœpit aminiſtrari. Sapiētes illi eloquentiā odiſſe cœperunt: & omiſſo ſtudio. r. p. priuatim: atq; ocioſe ea q̄ gerere in rep. nō licebat lr̄is ſcriptiſq; exercere cœperunt. Atq; ideo factū eſt: ut uſq; ad nr̄am memoriam recti: atq; honeſti memoria ꝑueniret: ut hoīes ingenioſiſſimi. ingeniū eſt uis q̄dā naturaliter animis īſita ſuis uiribus ꝓualens. Ingenio itaq; & ſapiētia eſt & eloquētia: ut in his eſt quos ingenioſiſſimos uocauit. Et ingenio eſt ſola eloquētia: ut ſupra cū īgenio freta malitia. Quare mihi ur̄. Abſolute hoc uerbo. i. ſtatus ille quo ī repu. ſapiētes atq; eloquētes hoīes uerſabant omiſſus eſt: atq; obliuionē redactus. illo ī ꝓſertim tpe quo reip. ꝑiculis maxīe fuerat ſucurrēdū. Et hoc q̄ſi ꝑ īpugnationē ꝓnūciādū. Q̄d uero ait a pleriſq; recte dicit. Nō. n. oēs ſapiētes rep. receſſerūt. Nā athenienſibus Solō leges ſcripſit: & q̄a nota multos ī rep. corruptiſſimos ī exiliū ultro ꝓfectus eſt: hiſdē athenienſibus leges & dracon duorūq; hominū legibus utunt. Ligurgus lacædemoniis ēt leges ſcripſit. nō ergo oēs ſapiētes a repu. receſſerūt: ſed q̄a pleriq; receſſerāt: pauci reliq̄ facile: aut ceſſerūt: aut oppreſſi ſunt. nā quo idignius rē honeſtiſſimā. Quādo aliq̄d faciēdū ꝑſuademus ab hōeſto ab utili a poſſibili ꝑſuademus. Interdū & neceſſariū punimus. Hiſdē ꝓceptis etiā illam rē que nō ſit facta reprehendimus: ut hic Ci. cū querit ſapiētes a repu. neceſſe ſiquidē ut id nō facerent ſuberat honeſtas. nā quo indignius rem honeſtiſſimā: & rectiſſimā uiolabat ſuberat utilitas ſummo cū repu. detrimento: utiq; reipu. ꝑiculū ſubmouere utile eſt. Suberat poſſibilitas ſtultorū inquit & improborum temeritas & audacia. Facile. n. ſtulti ac temerarii ſuperant. Eo ſtudi. & il. hic quoq; honeſtū: atq; utile ꝓuauit honeſtū eſt. n. iprobis reſiſtere. Vtile reip. ī cauſis hr̄e defenſam. Quod noſtrū il. nr̄um. i. Romanum: nā reprehēſio illa ſupior ſapiētū: atq; eloquētiū de græcoꝝ principibus facta ē. Q̄d hi deſertis: ac dicacibus hominibus facile reip. ceſſerint. nūc uero ueniat ad Romanos quos oñdit ita ſapientes: atq; eloquētes fuiſſe: ut nūquā rēpu. deſeruerint. neq; quicquā illis tantū deſertis cōceſſiſſe. Quod quum facit: præponit græcis romanos: ſcꝫ ꝑ Romanos. Verū exēpla quū ꝓferimus nō unū aliq̄d

ſed quā multa poſſumus. Cū decore tñ ꝓferre debemus: ut nūc Ci. cōmēmorat Cato: ſtatim alios
ſubiicit ſimul qđ in Romanoꝝ laude unius hoīs: ꝗuis egregii nō ſufficit exēplū. Quibus ī hoībus
erat ſūma uirtus: & ſūma uirtute amplificata auctoritas: & quā his rebus ornamēto: & reip. ꝑſidio
eſſet eloquētia. Virtute in artibus ſemꝑ ſapiētia accipiamus. Veꝝ ſapiēs: atq; eloquēs hrē debet il-
lā: quæ totā efficit auctoritatē. Itaq; ſi accedat ſapiētia amplificatē auctoritas: ſi his duobus acceſſe-
rit eloquētia: erit ꝙ hæc potuerit hrē ꝑfectus: ut hic maioribus nrīs Catoni: Lælio: atq;: aliis tradi-
dit ſapiētiā: auctoritatē eloquentiam.

illis reſiſtēdū fuit & reip. cōſulēdū. Qđ nrūm illū
non fugit. Catonē: neq; Læliū: neq; hoꝝ: ut uere
dicā diſcipulū Aphricanū: neq; graccos aphricani
nepotes qbus in hominibus erat ſumma uirtus &
ſumma uirtute amplificata auctoritas: & quæ his
rebus ornamēto: & reip. præſidio eſſet eloquētia.
Quare meo quidē aio nihilominus ſtudēdum eſt
elloquētiæ: & ſi ea qdā & priuatim & publice per
uerſe abutunē: ſed eo quidē uehemētius: ne mali
magno cū detrimēto bonoꝝ: & cōi omniū ꝑnitie
plurimū poſſint cū præſertim hoc unum ſit qđ ad
oēs res & priuatas & publicas maxime pertineat:
hoc tuta: hoc honeſta: hoc illuſtris: hoc eodem ui
ta iucunda fiat. Nā hinc plurima commoda ue-
niunt ad rempubli. ſi moderatrix omnium præſto
eſt ſapientia reꝝ. Hinc ad ipſos qui adepti ſunt eā
laus: honor: dignitas cōfluit. Hinc amicis quoq;

Qua me. q. a. meminimus ī hac ꝑfa
ctione qttuor theſis eſſe: pricipalē illā
iungēdā eſſe eloquētiæ ſapiētiā. Secū
dā illā nō multū ꝓdeſſe reipu. ſolā ſa
pientiā tñ ꝓdeoe. Tertiā illā nunquā
oīo eloquētiā ſolā ꝓdeſſe reip. nimiū
obeſſe plerūq;. Poſtea de origine elo
quentiæ diſſeruit & ꝙ eius circa actus
natura fuerit diſputauit. Oñditq; pri
mo eloquētiā ꝓfuiſſe: ſed ꝗdiu fuerit
mixta ſapiētiæ. Poſt eādē eloqntiā re
pudiata ſapiētia maxīa naufragia ītu-
liſſe reip. Magnūq; exinde odiū: atq;
inuidiā cōtraxiſſe. Neqs ergo exiſti-
met eloquētiā ſemꝑ eſſe fugiēdā: qp-
pe multa incōmoda ꝑ hanc cōtigiſſe
monſtrauit. Neceſſario hæc qrta the
ſis eſt ſtudēdū eloquētiæ: ſed ꝗ mixta
ſit ſapiētiæ: & eſt hic qſt exortatio. in
exortatione uero deliberationis ꝑce-
pta ſuanē. Tractaē utilitas. Tractaē
honeſtas. Tractaē poſſibile. Vtilitas
porro duobus generibus cōpræhēdiē
ſi mala repellamus: ſi ꝓſpera cōſequa
mur: ergo hic tractat utilitatē ab utroq;: & primo: ut mala repellanē: ſed eo uehemētius inqt: ſtu-
dendū eſt eloquētiæ: ne mali magno cū detrimēto bonoꝝ: & cōmuni omniū ꝑnicie plurimū pro
ſint. Deinde quo bona cōſequātur. Cū preſertim inqt hoc ſit unū qđ ad oēs res: & publicas & pri-
uatas: maxime pertineat. Poſtremo etiā ad ſolam priuatā utilitatem deſcendit: & ibi utile: atq; ho
neſtum ipſis nominibus ſignat. Hoc tuta inquit: qđ utile eſt: hæc honeſta: hæc illuſtris: qđ ex utili:
atq; honeſto eſt: hæc eadē inquit uita iucunda fiet. Magna exortatio: ſiquidē inter ſtudia utilitatis
atq; honeſtatis circa eloquētiā comparandā: quæ quidē ſtudia multū habent laboris. Et iam uitā
una futuram dicit eſſe iucundā. Supereſt ergo poſſibile: ut oſtendat eloquentiā poſſe conſequi ſi in
quit nō eloquentiā ſolū natura: neq; exercitatione: ſed etiā arte conſtat: quoniā arte diſcere in no-
ſtra poteſtate eſt. poſſumus inquit eloquentiā conſequi. In hac exercitatione eſt etiam auxeſis: auget
enim laudes eloquentiæ: Auxeſis porro duobus modis fit: ratione: & comparatione auxit eloquē
tiā ratione: ubi ait per hāc: & publicas: & priuatas res adminiſtrari poſſe: per hanc uitā tutā: hone
ſtam: illuſtrē: mundam: futurā. per hanc unamquēq; reipu. ſibi: atq; amicis prodeſſe poſſe. Au-
get uero eloquentiā comparatione: cum ait eloqutione ſola fieri: ut beluis omnibus antecellamus:
cum ſint alia inferiores beluis ſcimus: preclarumq; eſſe ſi propter ꝙ beluis præſtas: hoc etiā ipſis ho
minibus antecelles. Quod poterit fieri ſi eloquens fueris. Nunc quoniā exhortationis: atq; auxeſis
præcepta monſtramus ad interprætationē in his poſitæ orationis redeamus: quare meo quidē ani
mo. nihilominus eloquentiæ ſtudēndū eſt. Quarta illa theſis ſtudendū eſt eloquētiæ: ſed quæ ſit
mixta ſapientiæ. Et iucunde meo inquit animo ne quid ſibi uſurpaſſe uideatur: nō dixit eloquētiæ
ſtudendū cenſeo: ſed quod ait nihilominus. i. ꝗꝗ multa incommoda attulerit reipu. tamē eloquē
tiæ ſtudendū eſt: ſed ut ei ſapientiam coniūgamus. Et ſi ea quidē priuatim & publice peruerſe ab-
utuntur magna exhortatio: cum ait quidam: ut ſi pauci ſunt: facile opprimi poſſe uideantur. Pri-
uatim & pu. republica enim his duobus conſtat: hominibus: & ciuitatibus ꝑuerſe abutuntur. obeſt
enim reipu. quod prodeſſe debeat magno cum detrimento & communi omniū pernicie: & hic
optime exhortatur. Nequis. n. diceret quid mea ſi boni periclitantur: recte addidit: & cōi omniū
pernicie ergo ſtudendū eſt eloquentiæ ne opprimātur. nā hinc ad rēpu. maxima cōmoda ueniūt.
Si moderatrix omniū præſto eſt ſapientia. Bene ꝑſuadet ſapientiā iungendā eſſe eloquētiæ ſiquidē
rerū omniū moderatrix eſt. Ergo multa inquit ad rēpu. cōmoda ueniunt ex eloquētia uel ſapiētia.
Sed quia multi ꝓpriis magis utilitatibus uolūt eſſe cōſultū. recte ſubdidit. Hinc ad ipſos ꝙ eā ade
pti ſunt laus: honor: dignitas confluit. Quæ omnia & utilia ſunt: & honeſta. Hinc amicis quoq;
eoꝝ certiſſimū & tutiſſimū ꝑſidiū cōpaē. Oñdit hæc ꝙ agat orator. ſapiēs. n. cū eloquētia negotia

ſuſcepta nõ deſerit: & inde fit ut comodis amicoꝝ deceſſe nõ poſſit: ut ipſe Cicero in uerrinis. Et q̃ omne reliquũ tẽpus quod mihi ad amicoꝝ negociis dat̃ in his ſtudiis: laboribuſq; cõſumã. Ac mihi q̃dẽ uident̃: diximus ſupra Auxeſin in rõe & cõparatõe fieri. Hic cõparatio ẽ hominũ & beluarũ & ĩter ſe hoium. Hoc ſi forte nõ natura mõ: neq; exercitatõe cõficit̃: uerũ ẽt artificio cõparat̃. ut ſupra diximus. Poſſibile hic tractat̃. i. poſſe ab hominibus p̱ artẽ eloquẽtiã cõprehẽdi. Neceſſario ergo priuſquã eloquẽtie p̃cepta traderet: exhortatus eſt ab honeſto: ab utili: a poſſibili: & debere ab hoibus: & poſſe eloquẽtiã cõprehendi. Sed antequã de præceptiſ oratoriiſ dicamus: uidet̃ dicendum de genere ipſius artis. Omnis. ars duplex ẽ. i. duplicẽ faciẽ habet ſecundũ præceptum ſententiamq; Varronis: qui ait eſſe artem extriſecus: unã aliã ĩtriſecus. Ars extrinſecus taliſ. eſt: quæ nobis ſciẽtiã ſolã tradit. Intrinſecus: quæ ita ſciẽtiã dat: ut illud ipſũ: q; ſcientiã: q̃bus rõibus faciamus oſtẽdat. Ita illa ad ſcientiã ſola pficit: hæc ad ſcientiã: quæ in hac actu ſit: utputa ſi dicã. Grãmatica ars eſt gnara ptiũ oratõis: gnara ſillabarũ: gnara litterarũ. Per hãc diſcimuſ. oĩa uitia uitare: hæc cũ dico: Cũq; p̱ hanc uitari uitia dico: nõ tñ cum uitetur oſtendo. Artem illam extrinſecus doceo: per quã ſola ſciẽtia diſcitur. Si autẽ dicam quæ ſũt partes orationis: quæ ſyllabæ: quæ litteræ: quibuſq; modis omnia illa cõſtent quo pcõ uitia uitentur: tũc erit illa ars: cui eſt nomẽ intrinſecus: nõ que ad ſcientiã noſtrã tm̃ proficit. ſed quæ ĩ actu ſcit. Ergo & ars rhetorica duplex ẽ. nã eſt extrinſecus & intrinſecus. Intrinſecus aũt illa eſt quæ nobis ad actus precepta artis inſinuat: Extrinſecus porro quæ nobis quid ſit rhetorica demonſtrat: quãcũ demonſtrauerit ſcimus tm̃: ſed exercere non poſſumus. Hanc itaq; artẽ extrinſecus quæ ſolam ſcientiam parit quinq; rebus Tul. oſtendit. Genere artis: officio: fine materia partibus. Ipſe aũt oſtendit ſe de ea artẽ: quæ eſt extrinſecus eẽ dicturũ. Intrinſecus uero artẽ: quæ nobis ad actus p̃cepta dat. Interim differre ait. n. Sed anteq̃ de preceptis oratoriis dicamus dicẽdũ uidetur de genere ipſius artis: qm̃ p̄ artis genere ſatiſfaciẽdũ ẽ: q̃le gẽus rhetorice artis ſit explicemus

c Iuilis quædã rõ: ut ſupra pmiſimus de genere artis rhetorice nobis dicendũ ẽ. Gẽus hoc ipſũ: quod ſonat. genus uox ẽ: hæc uox generis triplicẽ ſignificantiã habet. Eſt genus. i. patria parẽtes: origo ſanguis. Q uõ eſt illud unde genus ducis. Eſt itẽ genus ſub quo multa ſiſia ex eodẽ deſcẽdentia cõtinet: ut aĩal genus. etiã hoc mõ piſcis: equus aĩalia: ſed horũ oĩum genus animal. Eſt tertiũ illud genus: quo cuiuſlibet rei qualitas ĩdicat̃: ſi dicas cuius generis ueſtis cuius generis factura. In hoc genere artẽ rhetoricã põit. i. qualis: uel quãta ſit demonſtrat. Et recte ſi q̃dẽ ars genus ẽ: illud ſub quo genere artis ars grãmatica: ars dyalectica: ars rhetorica, Sed oẽs iſte artes in genere qualitatis ſunt ponẽdæ: quo quales: uel quãtæ ſint demõſtretur: ergo & rethoricã ĩ genere qualitatis põit: quo qualis: uel quãta ſint demõſtret̃. Deide debet artẽdere ubi ſit ars rhetorica: an ſola ſit: ſi par: ſi æqualis: maior: minor ne ſit. At qrtõ: q̃a hæc diligẽter inſpexit rethoricã ciuilis cuiuſdã rõis partẽ dicit eẽ maiorẽ. Et q̃a ad genus artis rhetoricæ deſcẽdimus: quæ ſit uel ubi ſit attẽdamus. Oĩs patria q̃cq̃d agit ciuilis rõ dr̃: hæc ciuilis rõ duplex ẽ. una quæ res certas ſolent curſu. & ſine ullo tumultu agit. & altera quæ in lite ac diſceptõe uerſat̃. ut hoc mõ q̃cq̃d agit duobus mõis agit. factis & dictis. ita ciuilis ẽ rõ. una ĩ factis & dictis. ſed quæ fcã & dicta ĩ actu atq; ope cõſtitutæ ſũt. Alia ĩ factis & dictis. ſed quæ facta & dicta ĩ iudicio. uel q̃õne uerſant̃. ita una illa rõ ĩ actu ẽ. atq; ope. hãc uero alterã ciuilẽ rõne. quæ in q̃õne uerſat̃ ſciẽtia noĩauit hic. n. docet̃ q̃d iuſtũ: q̃d utile: q̃d hõeſtũ. hæc rurſus ciuilis rõ. i. ſciẽtia ĩ duobus ẽ ĩ rhetorica. i. artificioſa eloquẽtia & ĩ ſapiẽtia. i. rerũ cõceptõe ex natura ueniẽte. Sed q̃a orator plus p̱ eloquẽtiã gerit. iccirco rhetoricã ciuilis rõnis ptẽ eẽ diximus. Sed q̃a duplex ẽ cuiuſdã rõnis ps. nã & ſibi & ſapientiæ. ut genus exprimat rhetoricã ptẽ magnã. ãplãq; eẽ cõfirmat. ciuilis quædã rõ. quæ multis & magnis ex rebus cõſtat. Eius q̃dã magna & ãpla ps ẽ artificioſa eloquẽtia. cũ dicit. Q uædã rõ ẽ. oſtẽdit duplicẽ eẽ. unã quæ ĩ ope cõſtituta ẽ. altera quæ in q̃õibus. Q uã rõnẽ ciuilẽ. in qua rhetoricã põit: ut ſupra diximus ſcientiã debemus ĩtelligere. & quod ait multi. & magnis ex rebus cõſtãt

eorum certiſſimum ac tutiſſimũ præſidiũ cõparat̃ Ac mihi quidem uidetur homines cum multis rebus hũiliores: & ĩfirmiores ſint: hac re maxime beſtiis præſtare quod eloq poſſunt. Q uare præclarũ mihi quiddã uidet̃ adeptus is qui quare hoĩes beſtiis preſtent: ea in re hoĩbus ipſis antecellat: hoc ſi forte nõ natura modo: neq; exercitatõe cõficitur uerum etiã artificio quodã comparatur nõ alienũ eſt uidere quid dicant hi: qui quædã eius artis precepta nobis reliquerũt. Sed anteq̃ de preceptis oratoriis dicamuſ. Videtur dicendũ de genere ipſius artis: de officio: de fine: de materia: de partibuſ: Nam his rebuſ cognitis facilius & expeditius uniuſcuiuſq; anim⁹ ipſã rõne ac uiã artis conſiderare poterit

## De iure ciuili & partibus eius.

c Iuilis quedam ratio ẽ: que multis & magnis ex rebus conſtat: eiuſ quedã magna & ampla

pars eſt artificioſa eloquētia: quā rhetoricā uocāt Nā neque cū his ſētim⁹ qui ciuilē ſciētiā eloquētia nō putāt idigeṝ: & ab hiſ qui eā putāt oē rhetoris ui & artificio cōtineri magnope diſſentimus. Quare hāc oratoriā facultatē in eo genere ponemus ut eam ciuilis ſcientiæ partem eſſe dicamus.

Fficiū āt eius facultatis eſſe uideṫ diceṝ ap
o poſite ad pſuaſionē: finis perſuaderṝ dcōe.

Inṫ offm̄ & finē hoc itereſt: qd' in offō quid fieri: i finē qd' offō cōueniat conſideraṫ. ut medici offm̄ dicim⁹ eē curaṝ ad ſanādū appoſite: finē curatōe ſanaṝ. Itē oratoris quid offm̄: & quid finē eē intelligim⁹: cū id quid faceṝ debet offm̄ eſſe dicimus illud: cuius cauſa facere debet finē appl'am⁹

Notū ē. n. q̄ crebris: & de q̄ magnis rebus iudicia: uel quæſtiones habeāṫ. Parū ergo fuerat dixiſſe multis ex rebus: niſi addidiſſet & magnis. Eius quædā magna & āpla ps eſt artificioſa eloquentia cū ait. Quædā ps: oſtēdit eloquētiā & ſciētiā ex duplici cōſtare. i. ex ſapiētia & artificioſa eloquētia ſed eloquētiā ptē eē maiorē: & magna ingt & ampla ps. Magnū ē ꝙ i cumulū ſui: & magnitudine creſcit. Amplū ꝙ late patet: & p multa diffundiṫ: ita ut ſupra ꝙ multis & magnis. Magnū ita ubi ut hic poſuit: multū uero ad amplitudinē referamus. Magna & ampla ps: ingt artificioſa eloquentia: nō eloquentia ſolū: ſed artificioſa eloquentia: que rhetorica uocetur. Nam neq̧ cū his ſentimus: qui ciuilē ſcientiā eloquētia nō putāt indigere. Diximus ſupra partem illam ciuilis quæ i iudiciis uerſaṫ ſciētiam uocari: hancq̧ ex duplici cōſtare: ſapientia. ſ. & artificioſa eloquētia: quare nunc ſe ab illis diſſentire dicit q hoꝝ altero ciuilem ſcientiam cōſtare dicūt. nāneq̧ ingt cū his ſentimus: q ciuilē ſcientiā eloquētia nō putāt indigere. Multi inquit dicūt ciuilē ſcientiā ſine eloquentia ſtare nō poſſe. Cuncta. n. per naturam. i. p ſapientiā facile poſſe cognoſci. Multi aūt dicūt ciuilē ſcientiā ſola eloquētia cōſtare poſſe: illudq̧ eſſe iuſtum: uel iniuſtū: ꝙ eloquētia potuerit perſuadere. Sed ego inquit ab utriſq̧ diſſentio. nam ciuilis ſcientia & ex ſapiētia cōſtat: qua cūcta ſentimus: & ex eloquētia: qua id qd ſentire poſſumus explicamus. Sed qa eloquētia poſita i republica facilius qd' fuerit aggreſſa. Perſuadet icirco eā i ciuili ſciētia ptē dixit eſſe maiorē. Et ab his qui eā putāt oēm rhetoris ui & artificio cōtineri. Si ergo oīs ciuilis ſciētia ſola rhetorica nō pōt cōtineri. Rhetorica ciuilis ſciētiæ eſt. Quod āt ait rhetoris ui & artificio tale ē: ac ſi dicaṫ. Grāmatica ē gnara litteraꝝ. Per hāc. n. diſcimus oīa uitia uirtute: nō dico tn̄ qūo uiteṫ. Artē illā extriſecus doceo: p quā ſolū uitenṫ: ſed nō qūo. Si āt dicā: quæ ſint ptes orationis eſt: quæ ſyllabæ: quæ litteræ: qbus caracteribuſ cōſtēt: quo pacto uitia uiteṫ: tūc erit illa ars: cui eſt nomē intriſecus: nō quæ ad ſcientiā noſtrā tm̄ pficit: ſed quæ ad actus ſit. Ergo & ars rhetorica duplex eſt. Nam eſt extrinſecus & intrinſecus. Intrinſecus autem illa eſt quæ nobis ad actus precepta artis inſinuat: extrinſecus porro que nobis quid ſit rhetorica demonſtrat quam cum demonſtrauerit ſcimus tantum: ſed exercere non poſſumus. hæc itaq̧ res: quæ ſolam ſcientiā parit ui & artificio cōtinetur. Artificiū ē quoad aliqd citius faciēdū p pcepta formamur. Nā id ex qd' artificio cōficiṫ uis eſt. Ergo hic rhetoris. m. ingt: oñditquæ unde uix illa deſcēdit & artificio cōtineri: quare hāc oratoriā facultatē i eo genere ponimus: ut eā ciuilis ſciæ ptē ee dicamus officiū. Artificioſam eloquētiā facultatē oratoriā uocauit. Artē. n. uniuſcuiuſquæ: rei facultatē cōſeqmur: Et hæc eadem uis eſt: quæ ut ſupra diximus ex arte colligitur.

Fficiū eius facultatis uideṫ eſſe appoſite dicere ad pſuaſionē: finis perſuadere dictione offi
o cium eſt uniuſcuiuſquæ perſonæ actus cōgruens ſecundū mores ciuitatis. Ergo officia pro perſonis diuerſa ſunt. Aliud enim eſt officium partis: aliud amici: aliud ut ad rem redeamus artis oratoris. Officia uero omnia ad finem ſpectant: finis quoquæ ad officia refertur. Nam nequæ: officium recte definiri poteſt ſine admixtione finis: nequæ finis ſine officii coniūctione: & hoc in omnibus perſonis ac rebus. ut hic Cicero in definiendo oratoris officio finem nectit officio. Ait enim. Officium autem eius facultatis uidetur eſſe appoſite dicere. Ac perſuaſionem ergo officium oratoris eſt dicere: ſed appoſite ad perſuaſionem: ubi iam finis admixtio eſt: ideſt perſuaſionis. Nam ſolum dicere non bene officium definiūt oratoris. Poteſt enim eſſe multorū nam & poetæ & philoſophi dicunt. Itaquæ oratoris officium pleniſſime finis admixtione declarauit. Deinde finem oratoris officii ait eſſe perſuadere. Sed non ſatis plena finem oratoris oſtenderat: ſi ſolum perſuadere potuiſſet. Nam perſuadetur tabulis: tormētis: teſtibus: multiſquæ aliis rebus. Ergo ut finem pprium declararet fini adiunxit officium. Ait enim finis eſt oratoris officii pſuadere dictione. Dictione inquit quod eſt oratoris officiū ita inquit. Et medici officium eſt curare: ſed quia multi & incātatione & ligaturis curant. Curare inquit: ſed appoſite ad ſanādum: ergo ut euidentius officium medici demonſtraret: finem quoquæ iūxit officio: ideſt curationi: ſanitatē Deinde finis eſt medicinalis officii iquit ſanare: ſed quia multi item ſanant addidit ſanare curatiōe ita ergo ſemper officium & finis ſine altero exprimi nō poſſunt. Hanc tamen diſtantiam dicit eſſe inter officium: & finem: ut in officio quid agendum ſit in fine: quid complendum ſit cōſiderare

debeamus: hic Marcomãnus errauit qui dixit finẽ oratoris officii nõ eſſe pſuadere nec finẽ medicinalis officii ſanare: & enim ſæpe non perſuadere oratorem & medicum non ſanare contigit: ideo addidit. Quatenus rerum conditio perſonarumque patiatur: ſed non intellexit. Ciceronẽ qui finem in rebus ipſis poſuit. Nam in euentu: ideſt qui finem in officio conſtituit & in his ipſis rebus: quæ dũ in officio ſunt: ad finem tendunt. Quare & oratoris officii finem eſſe completũ: ſi apposite ad perſuaſionem dicat & medicinalis officii finẽ eſſe cõpletum: ſi quicquid ad ſanitatem ſpectare uideẽ adhibuerit. Marcomãnus: itaq; finẽ non in rebus ſed in euẽtu collocauit.

Ateriam artis eã dicimus ĩ qua oĩs ars & ea facultas: quæ cõficiẽ ex arte uerſatur: ut ſi medicinæ materiam dicimus morbos ac uulnera quod in his omnis medicina uerſetur. Itẽ qbꝰ in rebꝰ uerſatur ars & facultas oratoria: eas res materiã artis rhetoricæ noĩamꝰ: Has aũt res alii plures alii pauciores exiſtimauerũt. nã Gorgias leontinus antiquiſſimus fere rhetor: omnibus d rebꝰ oratorem optime poſſe dicere exiſtimauit. Hic infinitam: & immenſam huic artificio materiã ſubiicere uidetur: Ariſtoteles autem: q huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta ſubminiſtrauit: tribus in generibus rerum uerſari rhetoris officiũ putauit: demõſtratiuo: deliberatiuo: & iudiciali. Demõſtratiuũ ẽ: qd tribuitur ĩ alicuiꝰ certe perſone laudẽ: uł uituperationẽ: Deliberatiuũ qd poſitũ ĩ diſceptõe alicuiꝰ & cõſultatõe ciuili hẽt ĩ ſe ſẽ

Ateriã artis eam dicimus Res ĩterdũ ſpecialiter deſinimus quõ quid ſit ab eiſdem ipſis ĩcipiamus demõſtrare ut paulo ãte definiuit genus officium: finẽ ĩ arte. ſ. rhetorica ĩterdũ quo clarius definiamus a genere incipimus eius rei: quã definimus ſed a genere quod ſibi uicinũ ſit nõ ualde remotum: ut nunc Cice. Cũ materiã artis rhetoricæ demonſtraturus ſit nõ a materiæ definitione cœpit ſed a materia artis. primũ ãt genus ẽ materia Materia porro ĩ duas ſpecies diuidiẽ eſt aũt materia artis: & non artis rurſus materia artis diuidiẽ in artes plurimas: grãmaticã: dialecticã rhetoricam alias multas. ergo a materia artis quæ medio ſupra incipit ut definiat materiam artis rhetoricæ: Materiã inquit artis: ut genue eſſe non addidit rhetoricæ. Verũ quod ait eam dicimus. Oſtẽdit artis omnem materiã in duobus eſſe ideſt in eo ubi facit aliquid & in eo unde facit: utputa fabri materia eſt in eo ubi facit ideſt ferrum quod tundit. Eſt item fabri materia in eo unde facit ideſt malleus de quo tũdit. Ita & medici materia ẽ ubi facit morbus ac uulnera. Itẽ unde facit ĩſtrumẽta qbus curat. Sic & materia rhetoricæ artis põt in eo eſſe ubi facit. i. deliberatione demonſtratione iudiciali. Poteſt & in eo eſſe unde facit. i. in argumẽtis queſtionibus & ĩ reliqs materiæ neceſſariis. Verũ Cicero generaliẽ materiã artis illã dicit ĩ qua oĩs ars & facultas ueniẽs ex arte uerſaẽ. i. ubi fit nõ unde fit: ut medici materia ſit morbus ac uulnera. Fabri ferrũ quod tundit. Rurſus rhetoricæ artis materia ſit deliberatio demonſtratio iudiciale: nõ argumẽta & illa oĩa qbus materia rhetoricæ artis ĩpleẽ. Verũ quod ait in qua oĩs ars & ea facultas quæ cõficiẽ ex arte uerſaẽ. Cũ accipimus alicuius rei artem neceſſe eſt nos alıqd ex ea cõſequi. Quare id qd ex arte cõficitur: ut ſupra docuimus facultas diciẽ Cunctã. n. p artem facilius tranſiguntur. Has aũt res alii plures alii pauciores: eas res. ſ. ĩ qbus materia artis rhetoricæ cõſiſtit: ſũt aũt ut Ariſtoteli & Cicero placet. tres. i. triplex materia demõſtratiua dliberatiua iudicialis. Itaq; q̃tũ ad materiã rhetoricæ artis expectat hoc plenũ ẽ. Iã qcqd plus ẽ a pleno plus ĩtelligere. Quicquid minus a pleno minus ĩtelligiẽ. Verũ qd plus ẽ dupliciter plus ẽ aut ĩ eo ubi modus ẽ aut ĩ infinito & ideo addidit preter illud qd dixit alii plures exiſtimauerunt Nam gorgias inqt leontinus antiquiſſimus fere rhetor: oĩbus de rebus oratorẽ optime poſſe dicere exiſtimauit. Hic ĩfinitã & ĩmẽſã huic artificio materiã ſubiicere uideẽ. Ergo illi q in pluribus rhetoricã materiã conſtituũt: exortationẽ & conſolationẽ in rerũ generibus ponũt. i. ĩ materia rhetorica. Sed quia orator in ciuili ratione uerſatur cõſolatio porro priuatorũ eſt: conſolari amici eſt potiuſq̃ oratoris. Deĩde quia officiũ oratoris eſt perſuadere dictione exortatio ſiue dehortatio ad materiã nõ pertinet oratoris. Cũ enĩ exhortor nihil pſuadeo: ſed uolẽtẽ aliquid ut magis uelit ĩſtigo: & cum dehortor nolentẽ aliqd nõ tunc primũ perſuadeo ut nolit: ſed ut magis nolit ĩſtigo. Ergo neceſſario exhortationẽ & conſolationẽ Tullius a materia rhetoricæ artis ſeparauit. Itẽ illi q res pauciores rhetoricæ materiæ tribuũt demonſtrationẽ tollunt. Dicunt. n. ĩ demõſtratõne nihil perſuadere oratorẽ cũ re uera pſuadeat: ſed falſo. Nam cum aliquẽ uituperamus ſiue laudamus: ut apud omnes talis habebaẽ qualẽ demõſtramus ſine dubio perſuademus. Ergo Cice. Ariſtotelẽ ſecutus triplicẽ materiã eſſe dicit oratoris officii demonſtratiuã deliberatiuã iudicialẽ. Sed has materias ĩ publici. cauſis cõſtituit: hiſq; pſonas certas tribuit. Quare has tres res diffiniuit ĩ ciuili negocio poſitas cũ certe ſignificatione perſone. Demonſtratio eſt inquit certæ perſonæ: aut laus: aut uituperatio. Deliberatio eſt inquit: quæ poſita in publicis cauſis aſſertionis ſuæ ſententiam dicit.

Iudiciali e inquit quæ in iudicio ciuili poſita duo agit: ut accuſat: aut petit contra: aut defendit: aut negat. Nam gorgias leõtinus antiquiſſimus fere rhetor hic oratorẽ dixit oĩbus de rebus optime poſſe dicere: q ut uideamus a pleno excedit & exceſſit nõ ad id qd habet modũ: ſed in ĩfinitũ deniquehoc ipſe Cice. oſtendit hic infinitũ inquit: & ĩmẽſam huic artificio materiã ſubiicere uidet. Ariſtoteles autem qui huic arti duo quæ oratori maxime ſunt neceſſaria Ariſtoteles circa ſcribendam artem dedit: Inuetitionem. & elocutionem: adiumẽtũ. n. de inuẽtione uenit: ornamẽtũ de elocutione. hic ergo Ariſtotelis ſcentiam ſequit. Nã rhetoricã materiam triplicẽ cõſtituit. demõſtratiuã deliberatiuã iudicialẽ. Nã hermagoras ſcimus Ci. materiam rhetoricæ artis triplicẽ cõſtituere: iudicialẽ deliberatiuã demonſtratiuã: hocq; etiã Ariſtoteli placuiſſe. Quare ſupius rephẽdit eos q oratori ĩfinitã materiã cõſtituerant reprehẽdit & eos qui addiderant exhortationẽ: & cõſolationẽ reprehendit & eos qui ſubtraxerant demõſtrationẽ. Hunc etiam hermagorã qui neque arte ſcripſit confutat: ac lacerat diciteq; hunc uehemẽter erraſſe quod materiã oratoris ĩ duas partes diuidat in cãm: & ĩ quæſtionẽ. Quorũ unũ dicit eſſe oratoris officii cãm. ſ. aliud longe ab oratore remotiſſimũ & nec ab ipſis philoſophis diligẽter cõprehenſũ. i. queſtionẽ. nã hermagoras q dem nec quid dicat attẽdere nec qd polliceatur ĩtelligere uidet. Duobus modis reprehẽdit hermagorã: quod nõ perſpexerit rei illius uim: quæ oĩo remota eſt ab oratoris officio. i. queſtionẽ. Et ꝙ uideat de ſe polliceri ea q̃ oratori attribuit ad dicẽdũ. Hoc quoque duobus modis reprehẽdit. Nam errauit ĩquit ſine quod omnis orator ſed quod ipſe poſſit ad materiam rhetorice artis applicuit. Deinde inquit nec ipſe potuit. Nã nũquam illum ex arte dixiſſe omnes uidemus. Ergo quoniam duo diximus in hermagora reprehendiſſe Ciceronem quod rem non attenderit: quod multum de ſe uideatur eſſe policitus primo eum demonſtrat rem q̃ oratori attribuerit non uidiſſe. Sed antequã id oſtendamus: quid ſit cauſa: quid queſtio uideamus. Cauſam eſſe dicat: quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam cum perſonarum certarum interpoſitione. Cauſam inquit hanc eſſe dicit controuerſiam in dicendi contentione poſitam cum certis perſonis. Quam inquit cauſam nos quoq; oratori dicimus attributam. Nam huic inqt cauſæ tria genera ſupponimus. Iudiciale deliberatiuum demonſtratiuum. Queſtionem porro hãc eſſe dicit: Controuerſiam quidem in dicendo poſitam ſed ſine certis perſonis. Quæ ſcilicet rhetorica dictio uocatur. Theſis porro duplex ẽ: rhetoricæ & practicæ. Theoricæ eſt quæ diuina cognoſcit practicæ eſt quæ in hominum negociis & ciuili deſceptione uerſatur. Ergo primo aſſerit hermagorã uim rei quã oratori attribuat non uidiſſe. Nam theſin oratoris materiã non eſſe perſuadet. Quæ cum duplex ſit theoricen magis exaggerat. Nec prauis aut leuibus queſtionibus: ſed infinitis. Veri ne ſint ſenſus quæ ſit ſolis magnitudo. Sed quare & practicen theſin poſuit: ideſt & qd ſit bonũ ꝑter honeſtatẽ. Theſin quidem Ci. materiã oratoris eſſe nõ dicit. Illãq; rhetoricem omnino remouet. Practicen aũt theſin dicit ab oratore tractari: ſed ut argumenti locum teneat non materiæ. Ergo ita tollit oratori practicen theſin ut materia eius non ſit: liceat autem ei pro argumento proferre & quid ſit bonũ ꝑter honeſtatẽ: ſtoici dicunt honeſtatem ſolã bonam eſſe. Iam multi diſputant utrum & utilitas bonum ſit. utrum & dignitas bonum ſit: Veri ne ſint ſenſus: ut lucretius negat eẽ ueros: ſenſus odoris uiſus tactus ſaporis: auditus. Quæ ſit ſolis magnitudo. Vtrũ tãtus ſit q̃tus uidet an maior uel multo minor. Quæ ſit mundi facies. Multi. n. dicũt mũdũ in modum ſpæræ eẽ collectum. multi oblonga rotunditate eſſe formatũ. multi plana: facie multi quadrata multi in cameræ modum. ſ. ut ſub terra non ſit ſimilis: ac ſupra caput eſt mundi facies. Quas queſtiones procul ab oratoris officio remotas facile omnes ĩtelligere exiſtimamus bene ait ab oratoris officio remotas. Oratoris officiũ. n. eſt negocium ciuile tractare. Nõ tamẽ dixit ab

tẽtiæ dictionẽ. Iudiciale quod poſitum in iudicio habet in ſe accuſationem & defenſionem aut petitionem & recuſationem: & quemadmodum noſtra quidem fert opinio. Oratoris ars & facultas in hac materia tripartita uerſari exiſtimãda ẽ. Nã Hermagoras quidem nec quid dicat attẽdere nec quid polliceatur intelligere uidetur qui oratoris materiam in cãm & queſtionẽ diuidit. Cãm eẽ dicit rem quę habet in ſe controuerſiam ĩ dicẽdo poſitam cũ certarũ ꝑſonarum interpoſitione quam nos quoq; oratori dicimꝰ eſſe attributam: nam ei tres partes quas ante diximus ſupponimus. Iudicialem: deliberatam: & demonſtratam. Queſtionem aũt eã appellat quæ habet in ſe controuerſiã in dicẽdo poſitã ſine certarũ perſonarum interpoſitione ad hunc modum quid ſit bonum in uita preter honeſtatem. Veri ne ſint ſenſus hominis quæ ſit forma mundi quæ ſit ſolis magnitudo: quas quæſtiones procul ab oratoris officio remotas facile omnes intelligere exiſtimamus.

Nā qbus in rebus ſūma īgenia philoſophorū plurimo cū labore cōſūpta intelligim⁹ eas ſicut aliq̄s puas res oratori attribuere magna amētia uidet̄ Q d' ſi magnā in his Hermagoras habuiſſe facultatē ſtudio & diſciplina cōparatā uidet̄ fretus ſua ſciētia: falſū quiddā cōſtituiſſe de oratoris offcio & nō quid ars poſſet: ſed quid ipe poſſet expoſuiſſe Nūc egro ea uis ē ī hoīe: ut ei mlto rheto ricā citius quis ademerit: quā ei philoſophiā cōceſſerit: neq; eo qd' eius ars quā edidit mihi mēdoſiſſime ſcripta uideat̄. Nā ſatis in ea uī ex antiquis artibus ingenioſe & diligēter electas res collegiſſe: & collocaſſe: & nō nihil ipſe noui ptuliſſe. Verū oratori minimū ē d' arte loqui quod hic fecit: ſed multo maximū ex arte dicere quod eū minīe potuiſſe oēs uidemus. Quare materia quidē nobis rhetoricæ artis uī: quā ariſtoteli uiſam eē dixim⁹.

## De partitione.

Artes aūt hæ ſūt quas pleriq; dixerūt Inuētio. Diſpoſitio. Elocutio. Memoria. Pronūciatio. Inuētio ē excogitatio rerum uetarum: aut ueriſimilium quæ cauſam probabilē reddāt. Diſpoſitio ē rex inuētarum p ordinē diſtributio.

oratore remotas. Poteſt. n. orator poſtq̄ proprio officio ſatiſfecerit etiā philoſophiæ operam dare Nam quibus in rebus ſumma ingenia philoſophorum plurimo cū labore cōſumpta intelligimus. Quādo aliqd negamus aut tollimus q̄re id facimus demōſtrare debemus; ut nūc Ci. ab oratoris materia tollit: theſin; & pbat ſe recte tollere; nā īquit res illas in qbus philoſophi īgenioſi magno cū labore uerſati ſūt has oratori q̄ſi paruas partes applicare demētiæ ē. Oratori. ſ. qui ægre ſuū quoq; īplet officiū. Quod ſi magnā ī his hermagoras & cætera. Oſtēdit iā hermagorā; qd primū fuit uī rei illius nō ui diſſe quā ad oratoris materiā; q̄ſi parū aliqd applicauerat. Nūc illud alid tractat ne qd polliceat̄ ītelligere uidetur. Et oſtēdit primo nō recte eū feciſſe: ſi ex eo qd ipſe poſſet ī cæteros pcepta cōſtituerit. Quod ſi īquit magnā ī his hermagoras habuiſſe facultatē uideret̄ fretus ſua ſciētia falſū ſtatuiſſe de oratoris officio. Deinde illū nihil potuiſſe cōfirmat. Simulq; illi & rhetoricā & philoſophiam tollit. Practicæ. n. rhetoricæ eſt rethoricæ phīæ. Nūc uero īqt ea uis ē ī hoīe: ut ei multo rethoricam citius qs ademerit: q̄ phīam cōceſſerit. Quod ſi magnā in his rebus hermagoris habuiſſet facultatē ſtudio: & diſciplīa cōparatā. Oſtēdit qbus rebus facultatē totius ſcīæ cōſequamur ſtudio īqt: & diſciplina. Studiū ē aī cōſēſus ad aliqd Diſciplina ē pceptū qbus acceptis id q deſideramus iplemus itaq; ſtudiū ī nobis ē pceptū extra nos: ſed ad nos neq;: eo qd ars eius q̄ edidit mihi mēdoſiſſime ſcripta uideat̄: ea uis ē īquit ī hermagora ut ei citius: quis adimat rhetoricā phīam cōcedat. Sed nō īqt ideo hoc dixi: quo mihi ars eius: q̄ edidit mēdoſiſſime ſcripta uideat̄. Iā eū ait: nō mēdoſiſſime nō negat mēdoſe. Et qm̄ dixit eē aliquid ī eius artibus qd ſit pbādū: quippe q̄ nō mendoſiſſime ſcriptæ ſūt ait eū multa ex ātiquis artibus collegiſſe ut ſi quod forte probabile alienū ſit Deinde q̄ auſtæ ibi hermagore dat & diligētiā: ubi alicuius multa cōgrit. Alioquī ubi ppria eius īuenta perſcribit nihil illi hox dat quinīmo multa tollit cū ait. Et nō nihil ipſe quoq; noui potuiſſe uerum oratori minimū eſt de arte loqui: quod hic fecit multo maxime ex arte dicere: quod cū minime potuiſſe facere oēs uidemus orator duo habere debet: ut artem tradat dicēdi ut ipſe ex arte dicat: ſed officiū eius ex hoc uex eſt: ut ex arte dicat. Illud aūt accidēs ut artē dicēdi tradat: qd rhetoris officiū ſolū eſt. Ergo nō quidē mihi hermagoras uidet̄ mēdoſiſſime artes ſcripſiſſe: ſed oratori maximū illud eſt: nō ut artē tradat: quod rhetoris propriū ē: ſed ut ex arte dicat quod oratori maxime neceſſariū tollit: ergo hermagoræ exercitationē ex arte dicēdi: quod eū inquit minīe potuiſſe oēs uidemus. Minime inquit potuiſſe nec hoc illi dat: ut quomodocūq; potuerit. Ergo ſi nec ſapiens fuit: nec dicēdi peritus recte: nec quod dicēt attēdere: nec quid polliceatur intelligere uidetur. Orator. n. uir eſſe debet bonus & dicēdi peritus. Deinde cōcluſio. Quare cōuicta hermagore & refutata ſnīa ſupereſt: ut materiā rhetoricæ illā quæ & Ariſtoteli placuit conſtituamus triplicē. ſ. Iudiciale: deliberatiuam & demonſtratiuam.

Artes āt hæ q̄s pleriq; dixerūt: Meminimus parte extrinſecus quīq; res Ciceronē ſe ſpopōdiſſe dicturū. De genere artis rhetoricæ: de officio d fine: de materia: de ptibus. Itaq; qm̄ q̄tuor res explicare ſūt hoc extremū ē ut de ptibus diſſeramus. Partes ſūt hæ īquit q̄s plerique dixerūt multa Cicero ab aliis recte in artibus poſita ſecutus ē. ut paulo āte Ariſtotelis ſnīā ſecutus triplicē materiā rhetoricæ artis eſſe dixit. Iudicialē deliberatiuā: demōſtratiuā: itaq; & nunc ptes īquit q̄s pleriq; dixerūt. Alii. n. ptes. vii. multi. iiii. ſed pleriq;. v. eē dixerūt. Eox & ſnīam Ci. ſecutus. v. ptes eē cōfirmat. īuētionē diſpoſitionē: elocutōnē mēoriā pnūciatōnē: īuētionē eē dicit ad negocii fidē: aut uetarū rex aut ueriſimiliū excogitatōnē. Sed orator ueriſimilibus maxīe uerſat̄. Duo. n. ſūt genera argumētorū neceſſariū: & pbabile: neceſſariū ī ueris rebus ē pbabile ī



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

uerisſimilibus. Diſpoſitionẽ d dicit eſſe ut inuenta locis neceſſariis per ordinem diſponamus. Elo cutionẽ porro in duobus ponit ĩ idoneis uerbis: & ĩ ſentẽtiis. ſ. ne in uerbis ſingulis barbariſmis: ne in pluribus ſolœciſmus. Deinde ſiue uerba ſiue ſententias ut cõpetẽter inuentionibus diſpoſitis applicemus. Memoriã uero illã eẽ dicit: ut circa inuentiones retinẽdas argumẽta uel uerba firmi ter conceptatenea mus. ergo dicẽtis hæc memoria ẽ: nõ legentis: Deinde pronũciatio ẽ ĩquit ex rerũ & uerbornm dignitate uocis & corporis moderatio. i. ut rẽ magnã dicturus põpam corpori uociſq; ppẽdas ut rẽ humilẽ dicturus hæc eadẽ moderatius oſtẽdes Pronũ ciatio ergo ĩ duobus ẽ in uoce & ĩ cor pore. Corpus uero duo hẽt: motũ ſui & uultũ quo. ſ. ad negociũ cõpoſito ſæpe rebus addimus: aut detrahimus dignitatẽ. Nũc his rebus breuiter con ſtitutis. Iã quinq; res quas ſe de arte ex trinſecus dicturũ eſſe promiſerat exe cutus eſt. Oſtẽdit. n. qd eẽt genus ar tis rhetoricæ qd officiũ qui finis: que materia: quæ ptes. Quibus oĩbus co gnitis ſcimus tantũ qd ſint nihil tamẽ nobis ad actus proſunt. Harũ tres res ſẽper in ſola ſciẽtia ſũt. i. genus officiũ finis & ideo ſe alio tpe de his dicturũ eſſe promittit ad pcepta. n. artis rhe toricæ minime ptinẽt ut ipſe ait. Nã & uerborũ multorũ indigent. Quip pe de his eſt longa diſputatio: & non tantopere ad artis deſcriptionẽ & pce pta pertinẽt Verũ de duabus rebus di cturus eſt de materia ac partibns quæ iã dudũ tãtũ ut ſciremus quid eſſet e docuit. Nũc in his precepta dat. ſ. ut harũ rerũ nõ ſolũ ſciẽtiã: ſed ẽt actus habeamus. Ergo oñdit eũ q artẽ rhe toricã ſcribat d duabus reliquis rebus de materia artis ac partibus ſatis eſſe d cere Eũ autẽ inquit qui artẽ rhetoricam ſcribat de duabus re liquis rebus materia artis ac partibus ſcribere oportere exiſtimamus. Ac mihi quidẽ uidetur con iuncte agendum de materia ac partibus recte ait coniuncte agendũ. partes. n. ſine materia eẽ non poſſunt. Niſi enim controuerſiamsaut deliberatiuam aut demonſtratiuam dicamus quæ mate riæ ſunt: inuẽtione: diſpoſitione: elocutione: memoria pronunciatione: quæ partes ſunt uti non poſſumus. Coniuncte ergo agendum eſt de materia ac partibus. Itaq; oſtendit primo quod eſſet genus artis rhetoricæ: quod officium qui finis: quæ materia: quæ partes. Ex his tria ĩ aliud tẽpus diſtulit. i. genus officiũ finẽ. Atq; ideo de duobus reliquis: quæ ad precepta pertinẽt ſe ait eſſe di cturũ de materia. ſ. ac partibus. Partes porro quinq; ſunt: inuentio: diſpoſitio: elocutio: memo ria pronũciatio. Harũ ſolã inuẽtionẽ in duobus libris tractat: & in hac precepta tradit Pauca etiã de elocutione cõmemorat. Reliqua uero nec contingit quidẽ. i. diſpoſitionẽ: memoriã pronunci ationẽ. Ergo quoniam de ſola inuentione dicturus eſt. & quoniã in oĩ cauſarũ genere inuẽtio plu rimũ ualet incipit de inuentione tractare.

Elocutio ẽ idoneorũ uerborũ & ſñiarũ ad inuẽtio nes accõmodatio. Memoria ẽ firma aĩ rerũ ac uer borũ ad inuẽtionẽ pceptio. Pronũciatio ẽ ex rerũ & uerborũ dignitate uocis & corporis moderatio Nũc his rebus breuiter cõſtitutis eas rõnes qbus oſtendere poſſimus gen9 & finẽ & officiũ huius artis aliud tps differem9. Nã & multorũ uerborũ ĩdigẽt & ñ tãtope ad artis diſcretiões & pcepta tar denda ptinent. Eũ aũt qui artem rhetoricã ſcribit de duabus reliquis rebus materia artis ac partib9 ſcribere oportere exiſtimamus. Ac mihi qdem uĩ coniũcti agendũ de materia ac partibus. Quare inuentio quæ pnceps eſt oĩum partiũ potiſſimũ in omni genere cauſarũ qualis debeat eẽ conſideret

De inuentione.

Mnis res que hẽt in ſe poſitã in dictõe: aut diſceptiõe aliquã controuerſiã: aut fcĩ: aut nois: aut generis aut actiõis cõtinet queſtionem. Eã igit queſtionẽ ex qua cã naſcit cõſtitutionẽ

Mnis res quæ habet: ut diximus tractatus incipit ĩuentiõis: & primũ hoc debemus ſcire cõpẽdiũ: qd oĩs ĩuẽtio qnq; locis cõſtat. Debemus. n: prĩo cõſiderare: quæ ſit cõſtitutõ Deĩde ſimplex: ne ſit cã an duplex. Tertio ſcripti an rõnis. Quarto q̃ cãæ queſtio: q̃ rõ q̃ iudicatio: q; firmamẽtũ. Quĩto ut oĩs cãæ ptes nobiſcũ p tractemus. Deĩde ptes ora tõis prĩcipiũ: narratio diuiſio: cõfirmatio: rephẽſio: cõcluſio. ergo ut ſe ordo hẽt: primũ de cõſti tutiõe dicemus. Hoc tamẽ aĩaduertamus: qd Ci. hos q̃ttuor ſtatus rõnales cõſtitutões uocet: atque hoc ſẽp ĩ oĩbus negociis dicat eẽ principale. i. cõiecturã: finẽ: q̃litatẽ: trãſlationẽ hos ergo cõſtitutio nes appellauit. illos ãũt alios legales nõ cõſtitões: ſed ſtatus uocat. Nec unq̃ horũ aliquẽ principalẽ dicit eſſe poſſe. Sed ut originẽ ſtatuũ melius noſſe poſſumus: formam ſimilitudinis attendamus. Oĩs cõſtitutio ſic eſt ut aſpectus. Aut. n. aliqd uidere uolumus: nec uidemus: & eſt coniectura au cũ uidemus aliqd: & querimus quid ſit: & eſt finis: aut cũ uidemus: qd ſit & q̃rimus quale ſit & ẽ q̃litas trãſlatio porro ab hac ſimilitudine uĩ eſſe remota. igit conſtitutionẽ eſſe dicit queſtionem ex qua cã naſcit. Queſtio eſt uox ĩtentõis negationis. i. feciſti nõ feci. Aut iure feci: ĩ hac ergo q̃ſtiõ ne ſemper ſit neceſſe eſt cõſtitutio. Cã ẽ uero q̃ naſcit ex q̃ſtione. i. an fecerit. an recte fecerit. Hoc tñ tenere debemus quod a Cice. & cã & queſtio ad eandẽ ſignificãtiam proferat: ut nũc cãm pro

queſtione nunc queſtionem ꝑ cā ponat. Itaq; cōſtitutio facile īueniri pōt: ſi extremā partem the-
matis attēdamus. In qua cū intentionē ex noſtra perſona propoſuerimus: Debemus attēdere quid
ad intentionē cōpetenter reſponderi poſſit: tunc in reſponſione conſtitutionē neceſſe eſt inueniri.
Oīs res: quæ hēt in ſe poſitā in dictione: ac diſceptatōe aliq̄ controuerſiā. Recte in dictione: ac di
ſceptatione: ſūt. n. multæ cōtrouerſiæ nō dictiōe: ut opificii. Veꝝ quod ait: quæ hēt ī ſe poſitā nō
ī dictiōe: ac diſceptatōe aliq̄ cōtrouerſiā. dictio pōt eſſe demōſtratiua materia: diſceptatio uero de-

appellamus cōſtitutio eſt pría cōflictio cārū ex de
pulſiōe íntētōís ꝑfecta hoc mō: Feciſti: n̄ feci: aut
iure feci. Cū facti cōtrouerſia eſt qm̄ coiecturis cō
firmatur cōſtitutio cōiecturalis appellat̄: cū aūt
nois qa uis uocabuli diffinıēda uerbis eſt cōſtitu-
tio diffinitiua noiatur: cū uero qualís ſit res quæ
rit̄: qa & de ui & de genere negocii cōtrouerſia ē:
cōſtitutio generalis uocatur. Ac cū cā ex eo pen-
dēs qd' nō aut his agere uī quē oportet: aut n̄ cū
eo qui eū oportet: aut nō apud quos: quo tēpore:
qua lege: quo crimine: qua pena oportet: tranſla
tiua dī cōſtitutio: quia actio trāſlationis & cōmu
tationis indigere uidet̄: atque harum aliquam in
omne genus cauſæ incidere neceſſe eſt. Nā ī qua
re nō inciderit. in ea nihil eē. poterit controuerſiæ

liberatiua: & iudicialis. Deīde dictio
pōt eē narratōis: ut ipſe ait. Dicendo
explanāda ſūt oīa. Diſceptatio uero
queſtionis. ibi. n. totius cōtrouerſiæ
pugna uerſat̄. Ergo quecūq; res po-
ſita ī dictione ac diſceptatōe facit ali-
quā cōtrouerſiā neceſſe ē hēat quæſti
onem. i. cōſtitutionē: aut facti: aut no
minis: aut generis: aut actionis & ꝓpri
mū rebus īdicat q̄ſtiones ſiue conſtitu
tiones. Poſt his dabit noīa parti ex re
bus ſumpta: partim ex cōmodo acti-
onis. Itaq; nunc modo rebus iudicat
cōſtitutiones cū ait: in oī controuer-
ſia aut facti: aut nois: aut generis: aut
actionis queſtionem eē oportere. De
his. n. rebus ſit quecūq; controuerſia
neceſſe ē. Sed anq̄ nomia det cōſtitu
tionibus definit quid ſit cōſtitutio uel
unde naſcat̄. Queſtionē igr ex q̄ na-
ſcitur cā: hāc cōſtitutionē uocare de-
bemus. Queſtionē porro eē diximus
uocē utriuſq; partis. i. feciſti nō feci:
aut recte feci. Cām uero illam an iuſte fecerit hoc ēt diximus: qd Ci. idē uelit queſtionē eſſe qd'
cām & qd his circa eādē ſignificātiā cōīter utat̄. Deniq; ſtati demōſtauit ſe his uti cōmuniter. Eā
igitur queſtionē ex qua cā naſcit̄ hic primā fecit queſtionē deinde ubi oſtendit quid ſit cōſtitutio ait
Conſtitutio eſt prima cōflictio cārū. Incipit cōſtitutionibus nomina dare. Cū facti īquit contro
uerſia eſt id debemus facta intelligere quod dicta. Vt. n. utrū aliquid factū ſit querit̄. ita & utrū
aliquid dictum ſit poteſt queri. Quare huic conſtitutioni quoniā in certa & non apparētia coniectu
ris uel ſuſpitionibus indagātur recte coniecturæ nō īpoſuit. alii hāc conſtitutionē realem uocauerūt
quod in ea queritur utrū res de qua agitur facta eſſe uideatur. Alii ſtadiagon greco uocabulo qui-
dē quod in ea de incerto inueſtigādo maximū certamē habeat̄. Vnde & ſtadiū dicit̄: quod ibi
exerceātur certamina. Sed Ci conſtitutioni huic ex mō actionis nomē īpoſuit. In hac aūt conſtitu
tione modus actionis ē hic quod. res coniecturis querit̄. ideo ergo coniecturā uocauit. Cū aūt no-
minis quia uis uocabuli definiēda uerbis ē conſtitutio definitiua noiatur. Nois īquit ē controuer-
ſia cū de facto conſtat ſed queritur quo id factū noie appellet̄ atq; iō qm̄ facti uocabulū pro neceſſi-
tate ſuſcepti negocii nobis appoſita definitione nudādū ē: conſtitutio definitiua nominatur. Huic
quoq; conſtitioni nou ex eo ſed ex mō actionis nomē īpoſuit. Res ē. n. huius conſtitutionis nois
ambiguitas. Modus actionis ē nois definitio. recte ergo huic conſtitutioni non ex re: ſed ex modo
actōis nomē īpoſuit. Cū uero res q̄lis ſit & cæta. Et ſupra oſtēdimus cū de genere artis rhetoricæ
diſputaremus genus ī triplici ſignificatōe cōſiſtere. eē genus ſāguīs eē genus ſub quo ſ'īa multa te
neant̄. Eſſe genus qualitatis. i. quo uniuſcuiuſq; rei q̄litas īdicetur. Ergo inq̄t cū & de facto & de
noīe conuenit. Sed q̄ritur q̄le ſit id qd ī iudicio uerſatur: qm̄ de genere negocii controuerſia ē: con
ſtitutio generalis uocatur: qualitas. ſ. Verū huic conſtitutioni non ex modo actionis ut ſuperiori-
bus duabus & poſt quartæ ſed ex re. i. negocio nomē īpoſuit. Hic. n. res illa ē qd negocii genere ut
qualitate q̄ritur. Itaq; ex re huic conſtitutioni nomē īpoſuit ut generalis uocet̄. i. q̄litas. At cū inq̄t
cā ex eo pēdet & reliq̄. Cū inq̄t talis fuerit cōtrouerſia ut ī hoc ſit tota cōtētio. Cum aut apud alios
nos accuſari debere dicimus: aut non nos: ſed alios accuſari: aut n̄ apud hos: ſed illos nō hac lege:
ſed illa n̄ hoc crimīe ſed illo n̄ hac pena: ſed illa: qm̄ ī his oībus de trāſlatione actionis cōtrouer-
ſia ē. Agit̄. n. ut actio trāſlatiua noiet̄. Conſtitutio trāſlatiua noiat̄. Huic quoq; conſtitutioni ex mō
actionis nomē īpoſuit. Agit̄. n. ut actio trāſferat̄. Verū qd ait: non hoc crimīe: ſed illo: nō ne: &
in fine cū q̄rit̄: ut utrū fur an ſacrilegus ſit id querit̄: qm̄ magis crimīe accuſādus ſit. Sed hoc iter-
eſt: qd ī fine crimīa utraq; iungūtur. Non. n. cū ſacrilegū dico furē nego. in tranſlatione uero uno
accuſandus crimine ſiue illo: quod intēdimus. ſiue illo: ad quod reus trāſferri poſtulat actionem.
Atq; harum aliqua in omne cāæ genus Siue inquit in iudiciali: ſiue ī deliberatiua: ſiue ī demon-

ſtrationē neceſſe ē: aut cōiecturalē: aut finitiuā aut generalē: aut trāſlatiuā īcidere conſtitutionem. Vbi īquit harū nulla fuerit iūcta ibi nulla ē cōtrouerſia. Quare nec cā eſſe iudicāda ē. Si. n. conſtitutio nulla eſt: unū latus recedat oportet id. n. cōſtat qđ utriqꝫ latere cōcurrēt fulciē. igiē ſi cōſtitutio nō erit nec cā eſſe iudicāda ē. Eſt. n. aſſiſtata cōtrouerſia. Ac facti quidē controuerſia in oīa tēpora poeſt diſtribuit. Nūc poſtq̄ conſtitutiones & rebus & nominibus iudicauit ut has manifeſtius cognoſcere poſſimus hiſdē ſtatibus exēpla ſupponit. Ac facti quidē cōtrouerſia inqt ī oīa tpa diuidit. Et ſupra diximus cū de facto ſit q̄ſtio coiecturā uocari. Ergo hic coniecturæ tua tpa aſſignat ꝑteritū: pſens & futurū qđ quidē exemplis docet. Sed hoc ſcire debemus nullā rem in iudiciū. i. in iudiciale genus ca dere poſſe niſi de preterito. Oīa. n. argumēta ñ de futuris quæ incerta ſunt: ſed de ꝑteritis colligūt. itaqꝫ cōiectura q̄q̄ habeat tria tēpora tamen principalis eē nō poteſt: niſi de preterito ſit. De preſēti uero uel de futuro incidere poſſunt poſt ſtatū alium principalē. Ergo nec hanc coniecturā principalem eſſe credamus bono ne animo ſint erga populum romanum fregelliani. i hoc themate demonſtratio continet. Nā deſcribēdi nobis ſunt fregelliani. qui ſemp uidebātur aduerſi. ita & qđ ait ſi carthaginē reliquerimus incolumē: nūquid ſi incōmodi ad. r. p. peruēturū & hic deliberatiua pōt eſſe. Deliberat ſenatus an cur fagini pareat. Ergo nihil in iudicium niſi de pretertio cadit. Nominis cōtrouerſia ē: quum de facto cōuenit. Nūc de fine trctaat: cū nois inquit ē controuerſia. i. cū queritur quod id quod factū ē nomine appelletur. Verum cum & noīe ambigitur & de re neceſſe ē ambigatur nomen. n. rei eſt. Res uero nūq̄ ſine nomine ē. Quare cū de nomine dubitatio ē de re quoqꝫ dubitet̄ neceſſe ē. Ergo definitiuus ſtatus huiuſmodi eſt cum de facto conſtat & de re uel nomine controuerſi ēſt inter factum. n. & rem hoc interē. Res eſt certam ſui formā & ſpeciem circa cognitionem retinens. Ergo ſi ſpecies rei nota ē nomen quoqꝫ notum ſit neceſſe ē. Factū ē cōfuſū quiddā & incertū hoc ſolo certū. quod ſcitur quid factum eſt. in fine itaqꝫ factum cōſtat: ſed res non conſtat. & quia rei nomen ſemper adiunctum ē: ideo de nomine controuerſia ē. Quod inquit nomen breuiter nobis definiendum ē & contra atqꝫ aduerſarius dicat deſcribendū. & dat exemplum. Vt ſi quis ſacrum ex priuato ſurripuerit: fur an ſacrilegus ſit iudicandus factū conſtat. Nam aurum ex priuato conſtat eſſe ſublatum. De nomine incertum ē utrum ille fur an ſacrilegus iudicetur. Quare definitionibus noſtris nomen illi aliud q̄ aduerſarii uolunt imponere debemus. Definienda res erit uerbis & breuiter deſcribenda ad unum quidē utrūqꝫ tendit. ſed quia multimodæ ſunt definitiōis iudicamus interim quid inter ſit inter definitionē & deſcriptionē. Definitio talis ē. Homo ē animal rationale bipes riſus capax. Deſcriptio uero talis. Homo eſt qui rectum uerticem rotundo capitis attollit: cuius ſunt ſub collo humeri brachiaqꝫ dimiſſa: & cætera in hunc modum. ſed ut ipſe ait: breui deſcribenda. Ergo quoniam de fine tractauimus nūc quoqꝫ quid tractetur de qualitate uideamus.

Quare eā nec cām quidē cōueīt putari. At fci quidē cōtrouerſia ī oīa tēpora pōt diſtribui. Nā quid factū ſit pōt queri hoc mō: occiderit ne Aiacē Vlixes & qđ fiat hoc mō Bono ne aīo ſint erga rēpu. fragelliani & quid futurū ſit hoc mō. Si carthaginē reliquerim⁹ icolumē nūquid ſit incōmodi ad rēp. puētuꝝ. Nois cōtrouerſia ē: cū de fcō coueit & queritur id qđ factū ē quo noīe appellat̄. Quo īgenere: iō neceſſe eſt nois eſſe cōtrouerſia quod & de re ipſa ñ coueiat: nō qđ de facto nō conſtet: ſed quod id quod factū ſit aliud alii uideatur eſſe: & iccirco aliud alio noiare id appellet. Quare in huiuſmodi generibus definiēda res erit uerbis: & breuiter deſcribenda: ut ſi quis ſacrū ſurripuerit ex priuato utrum fur an ſacrilegus ſit iudicādus. Nā id cū querit̄ neceſſe erit utrunqꝫ diffinire: qđ ſit fur. quid ſacrilegus. de ſua deſcriptiōe oſtēdere alio noīe illā rē de qua agitur appellari oportere: atqꝫ aduerſarii dicūt.

Generis eſt cōtrouerſia cū & quid factū ſit cōueīt: & quo id factū nomīe appellari oportere ſtat: & tñ quātū: & cuiuſmoi: & oio qle ſit queritur hoc mō. Iuſtū an iiuſtū: utile an iutile. & oīa ī qb⁹ quale ſit id qđ factū ē querit̄ ſine ulla nois cōtrouerſia.

Generis ē cōtrouerſia. Cum & quid factū cōuenit tulit cōiecturā. Deinde cum ait & quo id factum nomine appellari oporteat cōſtat tulit finem. ergo ſupeſt ut quale ucl q̄tū ſit id quod factum ē uideamus. Et dēt exēplum. Vtrū iuſtū an iiuſtū ſit: utrū utile an iutile ſit. Quod cū q̄ritur nō nomē rei ſed rei q̄litas q̄ritur & ideo q̄litas appoſita ē. Icipit hermagoram reprehendere: qui demonſtrationem & deliberationem ſub qualitate conſtituerit.

Huic generi hermagoras partes quattuor ſuppoſuit. Reprehendiť diximus hermagorã quod demonſtrationē & deliberationē ſub q̃litate poſuerit cum ipſa qualitas. i. conſtitutio ſub deliberatiua & demonſtratiua ſit de qua re in conſequētibus latius diſputabiť: quod eius: ut nos putamus non mediocre peccatũ reprehendendum uidetur. Ait graue hermagoræ peccatũ ſe debere reprehendere & id breuiter. Ne ſi inquit. Taceamus quod primũ ē hermagore artes approbare uideantur. Et quare eiuſdem artes non ſumus ſecuti cauſas dare nequeamus. Deinde inquit ne ſi latiſſime her-

trouerſia. Huic Hermagoras generi p̱tes quattuor ſuppoſuit: liberatiuã demonſtratiuã: iuridicialē: negocialē. Quod eius ut nos putamus nõ mediocre peccatũ rep̄hēdendũ uř. ue℞ breui: & ne ſi aut taciti p̄teriem⁹: ſine cã nõ ſecuti eũ putemur: aut ſi diutius in hoc cõſtiterim⁹ morã atque ĩpedimētũ reliq̃s p̄ceptis intuliſſe uideamur

I deliberatio & demõſtratio genera ſunt cauſa℞ non poſſunt recte p̱tes alicuius cãe putari. Eadē enim res alii genus eē: alii pars poteſt. Eidē genus & pars eſſe non poteſt. Deliberatio aũt & demonſtratio genera ſũt cã℞. Nã aut nullũ cãe gen⁹: ē aut iudiciale ſolũ aut & iudiciale: & demõſtratiuũ & deliberatiuũ

magore peccatũ perſequi uoluerimus q̃d q̃dē eſt. Tertiũ inquit noſtris preceptis morã uideamur afferre. Sed q̃d medium eſt de peccato hermagoræ breiuter diſputabimus.

I deliberatio & demõſtratio ſ Queſtio hæc eſt quod nõ recte hermagoras deliberationem: & demonſtrationē ſub qualitate poſuerit. Ci. ergo ait nõ recte deliberationē & demonſtrationē ſub q̃litate poſitas quia genera cãrum ſunt. Quod ſi genera cauſarũ eē hermagoras fuerit confeſſus ſine dubio: nõ hæc debuit ſub qualitate ponere. Sin negauerit docebit. Ci. genera eē cauſarũ igiť male hermagoras demõſtrationē & deliberationē ſub qualitate collocauit. Ac primo per conditionalē queſtionē. i. hipotethicam ingreditur propoſitionem. Vbicunq; enĩ ſi ē ſub quadã cõditõe p̱poſitio eſt. ſi inquit hoc ē illud non eſt. hoc aũt ē igiť. illud nõ eſt: ita & hic ſi deliberatio inq̃t: & demonſtratio genera ſunt cãrũ nõ poſſũt recte partes alicuius generis cãe putari. Genera aũt cauſarũ ſunt. igiť generis cãæ p̱tes eē non poſſunt & docet genera eē cauſarum primũ igiť ponamus genus cãæ ſecundũ p̱tes generis cãæ. i. cõiecturã ſinē qualitatē trãſlationem. Tertiũ ſit illud q̃cq̃d qualitati ſubiicit: ubi hermagoras deliberationē & demonſtrationē cõſtituit Ergo Ci. primũ dicit deliberationē & demõſtrationē. q̃a p̄ria ſunt: ſecũda eſſe nõ p̄nt. Quod ſi ſecũda nõ ſunt: multo minus tertia eē poſſet. q̃d hermagoras cõſtituiſſe cõſpiciť. itaq; meminiſſe d̄bemus Ci. de duobus tractare. i. de p̄io & ſecundo. ſ. de genere cãæ & p̱tibus generis. ſi inq̃t deliberatio: & demõſtratio genera ſunt cã℞ nõ recte p̱tes generis cãæ p̄nt putari. i. cõſtitutões. Quod cũ docet cõſtitutões eē nõ poſſe: multo magis u dent p̱tes cõſtitutõis eē nõ poſſe. Eadē. n. res alii. genus eē alii p̱s p̃ot eidē genus eē. & p̱s nõ p̃ot. Ariſtoteles ait res oēs quæ in dictis & fcĩs: & ĩ oĩ mũdo agũť. decē eē q̃rũ rerũ noĩa ponemus. P̄ria ſubſtãtia ē. Deinde quãtitas: q̃litas ad aliquid: ubi q̃ñ ſitus: hr̄e facere pati. Greco autē uocabulo ſic uocãtur.

Ha℞ prima ut diximus ſubſtantia uocať. reliquæ nomē in ſubſtãtia ſũt quæ accidētes uocanť: ut puta mēbrana ſubſtãtia ē accidũt aũt ei crocum ſcriptura & cætera. Cum interea & ſubſtãtia res ſit: & ea quæ accidũt res ſint: nũc ad id de quo unũ agiť reuertamur. Eadē enĩ res alii genus eſſe: alii pars p̃ot: hic rem ſubſtantiã illas ponamus quæ dum ſola ē patet oĩbus accidentibus. Sed cũ ab uno accidenti fuerit occupata. Iam in ſe accidēs: aliud nõ admittit. Vt puta lana alba res eſt: ſed ſubſtantia. Hec res patet multis accidentibus. Poteſt enim lana illa: aut roſea fieri: aut ueneta: aut nigra. Sed ſi colorem unũ in ſe ſuſceperit: iã in ſe colorē altũ nõ admittit. Similiter & hõ ſubſtãtia ē: poteſt autē id quod homo ē nunc ſeruus eē: nunc domius Sed poſtq̃ dixerit dominũ in eo quod dominus eſt: eē & ſeruum non poteſt. Aut cum dixero ſeruum in eo quod ſeruus eſt. & dominus eſſe non poteſt. Ita ergo & hic deliberatio & demonſtratõ res eſt: ſed illa ſubſtantia quæ quãdiu ſola eſt patet accidentibus ideſt generi cauſæ: & cauſæ p̱tibus ita quamdiu in incerto ſunt genus alii: alii partes eſſe poſſũt. Cum uero generis nomē acceperint in eo quod genus ſunt: & partes eſſe non poſſunt: hoc eſt quod ait. Eidē genus: ideſt ſimile ac iudiciale eſſe & pars non p̃ot. Ergo ſi genus generis pars eſſe non p̃ot: multominus partis generis partes putabuntur. Deliberatio autem & demonſtratio genera ſunt cauſarum: id quod primo dubie p̱ poſuit aſſumpſit ſine dubitatione. Neque enim dicit ſi deliberatio: ſed deliberatio autem & demõſtratio genera ſunt cauſarum: & id triplici argumentatione conuicit ſcilicet demonſtrationē & deliberationē genera eſſe cauſarum. Nam aut nullum & cætera genus cauſæ eſt. Nam aut nullum inquit cauſe genus eſt. aut iudiciale ſolum: aut & iudiciale: & demonſtratiuũ. & deliberatiuũ. ideſt aut nullũ cauſe genus: aut unũ aut tria. Duo. n. p̱pterea nõ dixit: q̃m deliberatio & demõſtratio: q̃q̃ inter ſe diuerſa ſunt: ſimul tñ aut in generibus cãe ponũť. & ſiunt tria genera cauſæ aut ſimul tollũť & remãet unũ. i. iudiciale ſolũ. ergo tollit duo. i. nec unũ eē nec nullũ. ut id q̃d reliquũ ē approbeť

Nullū inquit cauſæ genus eſſe nō poteſt dicere. nā qui artes ſcribit multaſqꝫ dicit eē cauſas nullam
non poteſt dicere. Tulit rem unam: deinde unum iudiciale ſolum eſſe non poteſt dicere: ppterea
qđ & deliberatio & demōſtratio genera ſunt cauſaꝝ. Nā & interſe diuerſa ſunt: & ab iudiciali mul
tū ſeparata. Id porro qđ diuerſum ē tūc oīo diuerſū ē ſi īter ſe & rebus: & exitu diſtet. Atqꝫ ut rōes
ex ſimilibus colligamus: res eſt lectio exitus intellectus. Ergo hæc tria genera cauſarū re inter ſe di
ſtant Aliud enim agitur in demōſtratione: aliud ī deliberatōe: aliud ī iudiciali. Rerum quoqꝫ exi
tus d ſpar ē. Nā demonſtrationis fi-
nis & honeſtas. Deliberationis utili-
tas iudicialis: equitas quod ſi hec tria
inter ſe & re & exitu diſtant profecto
genera cārum conſtitui debebūt Non
ergo recte deliberationem: & demō
ſtrationem qualitatis partes eſſe dixit
In his autem que hucuſqꝫ diſputaui-
mus: uideamus quinqꝫ partium ſyllo
giſmum: ac primum queſtionem de
qua agitur conſtituamus. Hec autem
eſt queſtio: quod non recte hermago
ras deliberationem & demonſtratio
nem ſub qualitate poſuerit. Si delibe
ratio & demonſtratio genera ſūt cau
ſarum: non poſſunt recte partes alicu
ius generis cauſe putari. Hoc primū ē
Eadē. n. reali genuſ eſſe: alii ps poteſt
eidē genus eē: & ps nō pōt. Hoc ſecū

Nullū dicere cāe eſſe genus cū cauſas eſſe mul-
tas dicat: & in eis precepra det: amētia ē: Vnū iu
diciale autē ſolū eſſe qui poteſt: cū deliberatio &
demōſtratio: neqꝫ ipſe inter ſe ſimiles ſint: & a iu
diciali quoque genere plurimū diſſideant: & ſuū
quæque finē habeat quo referri debeāt. Relinqꝫ
ergo ut oīa tria genera cauſarum ſint. Delibera
tio igitur demonſtratio nō poſſunt recte ptes ali
cuius generis cāe putari: Male igitur eas genera
lis cōſtitutōis ptis eē dixit. Quod ſi generis cāe
ptes ñ poſſūt recte putari: multo minuſ recte ptis
cāe ptis putabūt. Pars āt cāe cōſtitutio ē omnis

dum ē, deliberatio aūt & demonſtratio genera ſunt cauſarum. Hoc tertiū eſt. Nam ut nullum cāe
genus ē aut iudiciale ſolū: aut & iudiciale & deliberatiuum: & demonſtratiuum. hoc quartum eſt
relinquitur ergo ut omnia tria genera ſint cauſarum. Hæc cōcluſio eſt. Videamus ergo illum quē
promiſimus ſyllogiſmum quinqꝫ partium. Si deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarum
non poſſunt recte partes alicuius generis cauſe putari. Hæc propoſitio eſt & quia neceſſe eſt expri-
mi cōfeſſione; ſecundū quoqꝫ in confeſſionē uenire. Propoſitio nobis approbanda: atqꝫ iungēda
eſt; atqꝫ ideo Cicero approbat propoſitionē. Eadē enim res inquit: alii gēus eſſe: alii pars poteſt ea
dem genus eſſe: & pars nō pōt. Approbauit ergo propoſitionem. Rurſus poſt approbatam pro-
poſitionem illud quod quaſi in propoſitione dubie propoſuerat: aſſumit hoc modo. Deliberatio
autem & demonſtratio genera ſunt cauſarum. Deinde approbat aſſumptionem ut ſupra diximus
triplici argumētatione. Nam aut nullum cauſe genus eſt: aut iudiciale ſolum. aut & iudiciale & de
liberatiuum & demonſtratiuū. Poſtremo tres adhibet cōcluſiones. Vbicunqꝫ enī ergo uel igitur ē
cōcluſio ſit neceſſe ē. Prima igitur cōcluſio approbatōis de aſſumptione ē. Quid enim erit in aſ-
ſumptōis approbatione. Nā aut nullū cāe genus ē: aut iudiciale ſolum: aut & iudiciales & delibera
tiuū: & demōſtratiuum. Cōcludit ergo hæc tria genera eſſe cauſarū. Relinquitur ergo iquit ut oīa
tria genera ſint cauſarum. Secunda concluſio propoſitionis eſt ſiue argumentationis eius. Quid ei
argumētat in ꝓpoſitōe. Si deliberatio; & demōſtratio genera ſunt cārū: nō poſſunt recte partes ali
cuius generis cāe putari. Cōcludit hoc ipm. Deliberatio igit. & demonſtratio nō poſſunt recte p-
tes alicuius generis cauſæ putari. Tertia autē concluſio qōnis eſt. Que enim queſtio eſt qđ herma
goras deliberationē & demonſtrationem non recte ſub qualitate conſtituit. Concludit itaque qō-
nem. Male igitur eas generalis conſtitutionis partes eſſe dixit. Verum cum in primo ſyllogiſmo
de duabus rebus tractauerit. de primo: & ſecundo: ideſt de genere & partibus generis. Cur hic
in tertia concluſione partis partium mentionē fecit. Quod ſcilicet tertium eſt. Hoc primum ſi
excuſatur quod hæc concluſio preter ſyllogiſmum ſit. Eſt enī queſtionis que extra ſyllogiſmum ē.
ſed ex ea ſyllogiſmus. Deinde quod per hanc extremā concluſionem ſenſim deſcendit ad aliū:
ſyllogiſmum: ubi hæc tractat: deliberationē & demonſtrationē. Cum partes generis eſſe nō poſ
ſunt; multo magis partium partes eſſe non poſſunt. Sed primū q̄ de eodem ſyllogiſmo tracte-
mus ea quæ in eo obſcura ſunt explicemus. Quod ſi generis cauſæ partes non poſſunt recte puta-
ri Diſputaſti quidem ſupra o Cicero: deliberationem & demonſtrationem: quia gener a ſint: ptes
generis eſſe non poſſe: non tamen oſtendiſti utrum conſtitutio pars generis ſit. an ipſum genus. in
certum ē enim utrum deliberatio ſub qualitate ſit: an qualitas ſub deliberatiōe. Doceas itaqꝫ opor
tet utrum pars an genus ſit conſtitutio. Hec ergo incidens qō ē: utrum cōſtitutio pars: an genus ſit
iam ſupra oſtendit deliberationem & demonſtrationem gsnera eſſe cauſarum: quod & inter ſe di
ſtent; & ab iudiciali plurimum diſſideant: & ſuum queqꝫ finē habēt quo referri debeant. Nunc eſt
docendum ē; utrū conſtitutōes cauſarū partes ſint: & ſic argumentatur ꝓpoſito themate qđ primū
inuenias genus; an cōſtitutōem. Vtique primū neceſſe ē agnoſcas: utrum deliberatiua an demon
ſtratiua controuerſia ſit. Tunc deinde que ſit conſtitutio. Ergo pars cauſæ eſt conſtitutio omnis

Non enī cā ad cōſtitutōem:ſed cōſtitutio ad cau/
ſam accomodaẗ:ſed demonſtratio & deliberatio
generis cāe non poſſunt recte putari quod ip̄a ſūt
genera. Multo igitur minus recte p̄tis eius quā
hic dicit partes putabuntur.

Einde ſi cōſtitutio & ipſa & p̄s cōſtitutōis
ei⁹quelibet ītētōis depulſio ē:quæ ītētōis
d̄pulſio cōſtitutio:nec p̄s cōſtitutōis ē. At ſi que
ītētōis depulſio n̄ ē:ea nec cōſtō nec p̄s cōſtōis ē

Nō enim cauſa ad cōſtitutōem ſed cōſtitutio ad cām accomodaẗ. Prius.n.cā cognoſcatur neceſ/
ſe ē:deinde cōſtitutio. Plus aūt cām eē q̄ cōſtitutionē. ſic ēt poſſumus cognoſcere ꝙ in ſingulis cāe
generibus cōſtitutiones uariantur. Cā autem oīum cōſtitutionum capax ē. Verū cum cauſa:& con
ſtitutio iuncta ſibi eſſe uideantur:cā tn̄ unum alteri prius ſit. Oē.n.quod loquimur:ſiue quod mē
te cōcipiamus:aut ſimplex ē:aut cōiunctū. Simplex ē quod ad aliud nō attēdit:ut tabula: ſaxū &
reliqua huiuſmodi. Cōiunctum uero:ut de duobus unū prius habeat quattuor modis fit:aut tēpo
re aut loco:aut ordine: aut cā. Aetas
cū in homine ſit tēpore ī ordinem ſe
cernitur:ſi dicas inuentas utiq; conſi/
deratione tp̄is inuctas ante ſenectutē
ē. Deinde loco iūcta domius ſecernū
tur. Cū.n.dicis attritū:iō primū ītel
ligis:quia cōſideras interiorē locum
eſſe:ubi triclinium. Ordine uero ſic
quum ī eodē loco multi ſedeamus ꝑ
ordie ſedētium nobis āte feramus.cā
aūt ſic de his quæ iuncta ſunt unum
prius efficiẗ:ut puta pr̄ & filius iūcta
ſibi ſūt. Neq;.n.āte pr̄:q̄ filius naſca
tur:aut ante filius q̄ illi ſit pater. Sed
quia filio ad naſcendū pater cā ē:iccirco ex cā pater filio prefertur. Ita hic ī themate cā & cōſtitutio
coniūcta ſūt:ſed ut prior cā ſit cā efficiẗ. Vt cōſtitutio.n.naſcaẗ cā precedit. Quod ipſe ait:nō.n.
cā ad conſtitutionem:ſed cōſtitutio ad cām accōmodatur. Hic quoq; :aduerſarius ſyllogiſmum
quadripartitū. Prima ē enī ꝓpoſito cū ad iuncto. Quod ſi generis cauſæ partes nō poſſunt recte:
putari:multo minus recte partis cauſæ partes putabunẗ. Huic propoſitioni approbatio nō fuit ſubi
cienda. Manifeſtum eſt enim ſi partes cāæ nō ſint multo minus partis cauſæ partes putari. Ergo ī
cidit quæſtio.utrum conſtitutio pars ſit:& ut ſupra docuimus ꝓbat partes. Sed hæc incidens quæ
ſtio nō pertinet ad ſyllogiſmū. Verum quia neceſſaria fuit interiecta ē. Deinde aſſumit illud qđ ꝓ
poſuerat. Sed deliberatio & demōſtratio generis cāæ partes nō poſſunt recte putari. Et approbat
aſſumptionē qđ ipſa ſunt genera inquit. Poſtremo concludit ꝓpoſitionis ſecūdā partem. Quid eſt
.n.in ſecūda parte propoſitōis:Multo minus recte partis cāæ partes putabūtur. Cōcludit hoc ipm̄
Multo igiẗ minus recte partis eius qđ hic dicit partes putabūtur. Prime.n.parti ꝓpoſitionis per in
cidēte queſtionē ſatiſfecit. Quod ē.n.in prima pte ꝓpoſitionis.¦Quod ſi generis cāe ptes nō poſ
ſunt recte putari.itaq; oſtēdit generis cāe partē cōſtitutione. Quadripartitus ergo ē ſyllogiſmus Eſt
enī ꝓpoſitio aſſūptio:approbatio aſſūptōis cōcluſio. Qō uero īcidēs ad ſyllogiſmū mīme ptinet.
Einde ſi cōſtitutio & ipſa & pars conſtitutōis eius quælibet intētionis depulſio ē quæ īte
d tionis depulſio nō ē ea:nec p̄s cōſtitutionis ē. Oīs p̄s tūc plene pars ē ſi generis & nomē
& definitionē recipiat:ut puta aīal gēus ē.iā ex aīali hō:equus:auis. Deinde ex aui cor/
uus cornix aq̄la. Itaq; hæc oīa generis ſui & nomē:& definitionē recipe debebūt gene/
ris uero nomē qđ ē aīal. Ergo & hō.& equus:& auis:& coruus:& cornix:& aquila aīa
lia dicūẗ. Deīde generis definitio quæ ē.i.aīalis. Aīal ē corpus aīarū:itaq; & hō:& equus:& auis
& coruus & cornix & aq̄la corpus aīatū ē. Veꝝ definitio a genere trāſit in ſpēs. Specierū uero defi
nitio ī gēus trāſire nō pōt. Nō enī eū hoīem definito hō ē corpus aīatū bipes :Iā cū dico bipes ad
generis definitionē n̄ ptinēt. Eſt.n.aīal & q̄drupes. Itaq; nūc accepta ſimilitudīe ad argumētatōem
Ci.redeamus:& prīo qōnē que in cōtētōe uerſaẗ attendamus. Illa aūt ut ſupra diximus qō a qđ
deliberatio & demōſtratio nō recte ſub qualitate ſint poſite. Supra id iā duabus argumētatōibus:
uicit. Quarū prīa illa fuit deliberationē.& demonſtrationē ſi genera ſint cauſarū ptes generis eē
nō poſſe. Et ꝓbauit genera eē cāꝝ.ſecūda uero argumētatio talis fuit q̄dē ſi generis partes eē non
poſſunt multo magis ptes ptiū eē nō poſſe. Nūc tertiā affert argumētatōem:Si inq̄t conſtitutio &
ipſa eius quelibet ītentōis depulſio ē:que ītentōis depulſio nō ē ea nec cōſtitutio nec p̄s conſtitutōis
ē ut ſupra diximus. Oīs p̄s generis ſui & nomē & definitionē debet recipe genus. Hic aūt cōſtitutō
eſt. Sub cōſtitutōe:quatuor cōſtitutōes.ſub qualitate demōſtratio:deliberatio iuridicialis:negocia
lis. Itaq; uideamus an deliberatio.& demōſtratio generis nomē & definitionē recipiāt. Gn̄eris no
mē ē cōſtitutio qđ nomē tollit Ci.demonſtratōi & deliberatōi:ſed ne dicat hermagoras cōſtitutō
nes dici poſſe oſtendit definitionē generis cadere nō poſſe in deliberationem & demōſtratōem.
Quod ſi definitio nō cadit nomē quoq; cadere nō debebit. Cōſtitutionē aūt ſic definimus. Cōſti
tutio eſt intentōis depulſio. Quā.ſ.definitionē in deliberatōe:uel dēmonſtratōe uidemus eſſe nō
poſſe .qđ ſi deliberatio & demōſtratio neq; nomē conſtitutionis:neq; definitionē recipiūt .nec cō
ſtitutiones ſunt:nec partes conſtitutōis. ipſi autē placet conſtitutionem intentionis depulſionem eē
& cōcedit ei alias definitiones. Rurſus inquit ſi finem per ſe ipſum conſideremus nihil aliud quā fi
nem inſpiciemus:nec in eo qđ finis eſt poſſumus trāſlationē ītelligere:ita ergo conſtitutiones ſin
gulæ hn̄t ꝓpriū ſuū in quo poſite genere cōmixtionē conſtitutionis alterius non admittūt. ſi ergo

conſtitutiones ſingulæ per ſemetipſas conſideratę habẽt propriũ ſuũ: cõmixtionem alterius nõ admittũt. Siue inquit cõſtitutionem primam cauſæ accuſatoris confirmationẽ dicat: ſiue defenſoris primam deprecationem neceſſe eſt deliberationẽ & demonſtrationẽ neq̃ cõſtitutionẽ eẽ: nec ptẽ conſtitutionis. Hoc loco animaduertere debemus genus ſyllogiſmi: quod obſcuritate ſui & artificio colligatum ſyllogiſmis fere omnibus ãtecellit. Sic itaq̃ iſte colligit̃ ſyllogiſmus a p̃io ad ſecũdum a ſecundo ad tertiũ: a p̃io ad tertiũ. Primũ enĩ & tertium ſimile eẽ mediũ facit quod utrique coniungitur. Sed ut melius poſſit artificiũ Cicerõis intelligi prius quæ libet ſimilitudo faciẽda eſt ponamus itaq̃ hæc tria. Victorinus docet unũ ſic ĩtelligis. aliud ſic ſpẽ habes: tertiũ ſic: itaq̃ faciamus ſyllogiſmum a primo ad ſecundum. Si Victorinus docet intelligis. Nunc a ſecundo ad tertiũ ſi intelligis ſpẽ habes. Deĩde a primo ad tertiũ. ergo ſi uictorinus docet ſpẽ habes. Primũ. n. & tertiũ qđ põt uteriſimile nõ uideri medio illo quaſi quadã approbatione coniungit̃. Hoc ergo & in Cicerõe uideamus. Primũ hoc ẽ ſi conſtitutio. & ip̃a & pars eius quelibet intẽtõis depulſio ẽ. Secundũ illud eſt. Quæ ĩtentõis depulſio non ẽ ea nec cõſtitutio nec pars conſtitutionis ẽ. Tertiũ hoc ſit deliberatio & demonſtratio neq̃ conſtitutio nec pars cõſtitutõis ẽ. Nũc uideamus ſyllogiſmũ a primo ad ſecũdũ. Si conſtitutio ĩgt & ip̃a & ps eius quelibet intentõis depulſio: quæ intẽtionis depulſio nõ ẽ: ea nec cõſtitutio nec ps conſtitutionis ẽ. Deinde a ſecundo ad tertiũ. At ſi qua intentionis depulſio non eſt ea: nec cõſtitutio nec ps cõſtitutõis eſt Deliberatio & demonſtratio: neque cõſtitutio: nec ps conſtitutionis eſt. Nunc a primo ad tertium. Si igitur conſtitutio. & ipſa & pars eius quelibet intentionis depulſio eſt: deliberatio & demonſtratio neque conſtitutio: neq̃ pars conſtitutionis eſt. Ergo a primo ad tertium cõcluſio eſt ſyllogiſmi Denique Ciceronis igitur inquit conſtitutio. Vbicunque enim ergo: uel igitur ponitur concluſio ẽ argumenti. Deinde coniecturalis cauſa: non poteſt ſimul. Aliud ĩcipit argumẽtum: ideſt quartum ſyllogiſmum quo oſtendit non recte ſub qualitate deliberationem & demonſtrationem poſitas. Quem ſyllogiſmum prius quam oſtendamus ea quæ in re ſunt ante uideamus. Deinde inquit coniecturalis cauſa ſi inquit coniecturam per id quod ẽ attendamus nihil aliud inueniemus quam coniecturam ſolam: nec in eo quod coniectura eſt poſſumus intelligere. Rurſus inquit ſi finem per ſe ipſum conſideramus. Nihil aliud quam finem inſpiciemus nec in eo quod finis eſt poſſumus tranſlationem intelligere. Si ergo conſtitutiones ſingulæ per ſemetipſas conſideratæ habent proprium ſuum: in quo poſitæ genere commixtionem conſtitutionis alterius nõ admittunt: Mile igitur hermagora delibeartionem & demonſtrationem partes conſtitutionis: ideſt qualitatis eſſe uoluiſti: cum deliberatio: ſiue demonſtratio per ſe cõſideratæ non ſolæ intelligi ſed omnes in ſe conſtitutiones continere poſſint. Simul ex eadẽ parte eodem in genere. & ſupra legimus. Pars aũt cauſæ ẽ cõſtitutio oĩs: Genus aũt ẽ conſtitutionis id qđ ualet: qđ ſe explet. id denique: quo una queq̃ cõſtitutio ab aliis conſtitutionibus ſegregatur. Pars autem cõis poteſt eſſe cum multis. Et omnino nulla conſtitutio. Nec pars conſtitutionis & cetera. Quoniam deliberatione: & demonſtratiõe quæſtio ẽ: quæ deliberatio & demõſtratio parte conſtitutiouis ab hermagora ponuntur recte: cum de ſolis conſtitutionibus loqueretur: partes etiam tetigit. & omnino inquit: nulla cõſtitutio: nec ps cõſtitutionis põt ſimul & ſuã habere: & alterius in ſe uim cõtinere. Altera aſſumpta nũerus conſtitutionis duplicatur: nõ uis conſtitutõis augetur. Sapienter dixit. Multe. n. cõſtitutões in cauſa eſſe poſſunt. Sed ſi plures ſint ad numerũ conſtitutionum nõ ad augendã uim alterius cõſtitutionis accedũt. At deliberatiua cauſa ſimul ex eadẽ parte eodẽ in genere & cõiecturalẽ & generalẽ: & definitiuã & trãſlatiuã ſolet hẽre cõſtitutionẽ & unã aliquã & plures nõnũq̃. Cũ inquit cõſtet unã quãque cõſtitutõem alterã ĩ ſe ñ admittere deliberatiua ex eadẽ pte eodẽ ĩ genere oẽs ſolet recipe cõſtõnes. Ergo ipſa nec cõſtõ: nec ps cõſtõnis ẽ ſit ex eadẽ pte. Deliberatio. n. ps cauſæ ẽ. Videamus nũc quadripartitum ſyllogiſmũ proponit ſic. Primo ſpecialiter: deinde generaliter. ſpecialiter ſic

Demõſtratio & deliberatio: neq̃ conſtitutio: nec pars cõſtitutõis eſt. Si igitur cõſtitutio & ipſa. & ps eius quelibet intentõis depulſio eſt: deliberatõ & demõſtratio: neq̃ cõſtitutio neque pars cõſtitutõis eſt. Placet autẽ ipſi intentõis eſſe depulſionẽ Placeat igit̃ oportet nõ eẽ cõſtitutionẽ nec partẽ cõſtitutionis: Atq̃ hoc eodẽ regebitur ſiue cõſtitutõem primã cauſæ accuſatoris cõfirmationem dixerit: ſiue defenſionis pri[..]ã deprecationẽ. Nã cũ eadẽ omnia incommoda ſequẽtur: deinde coniecturalis cauſa non poteſt ſimul ex eadẽ pte eodẽ in genere & cõiecturalis eẽ & definitiua. Rurſus nec diffinitiua cã poteſt ſimul ex eadem pte eodem i genere diffinitiua eſſe & trãſlatiua. Et oĩo nulla conſtitutio: nec pars conſtitutionis p̃t ſit̃ & ſuã habere: & alteri⁹ i ſe uĩ continere. Iõque una quæque ex ſe & ex ſua natura ſimpl̃r cõſideratur. Altera aſſũpta nũer⁹ conſtitutionũ duplicatur nõ iuſ cõſtitutiõiſ auget̃. Ad delibatiuã cã ſit̃

ex eadē parte eodē in genere & coniecturalem. &
generalem: diffinitiuā: & trāſlatiuā ſolet habere
cōſtitutionē: eē unā aliquando & plures nōnun-
quā ergo ipſa nec cōſtitutio eſt: nec pars cōſtitu-
tōis. idē in demonſtratōe ſolet uſu uenire. Gene-
ra ergo ut ante diximus hæc cārū putāda ſūt: ne
que ptes alicuius cōſtitutōis. Hæc igit̄ cōſtiturō
quā generalem nominamus partes nobis uidetur
duas habere iuridicialē: & negocialē. iuridicialis
eſt: ī qua eq & rectı̄ natura aut premii: aut rō pœ
ne queritur. Negocialis ē in qua qd iuris ex ciui-
li more & eqtate ſit cōſideratur: cui diligētie pēē
apud nos iuriſcōſulti exiſtimātur. Ac iuridicialiſ
qdē ipſa ī duas diſtribuit̄ ptes: abſolutā: & aſſū-
ptiuā. Abſoluta eſt que ipſa in ſe cōtinet iuris & ī
iurię qōnē. Aſſūptiua ē que ipſa ex ſe nihil firmi
dat ad recuſatōem; fortiſ aūt aliqd defēſiōiſ aſſuit

Deinde coniecturalis cauſa non poteſt ſimul ex eadem parte eodem in genere & coniecturalis eſſe
& de finitiua. Specialiter enim & coniectura propoſuit. rurſus nec de definitiua cā pōt ſil' ex eadē
parte eodē in genere & definitiua eſſe: & tranſlatiua: & hic ſpecialiter de finē propoſuit: nūc ꝓpo
nit generaliter de omnibus conſtitutionibus. & earū partibus: & omnino īquit nulla cōſtitutio nec
pars conſtitutionis poteſt ſimul & ſuam habere. & alterius in ſe ui cōtinere. Hucuſque propoſuit.
Deinde approbat propoſitionem. ideo inqt quod una quæque ex ſe & ex ſua natura ſimpliciter cō
ſideratur altera aſſumpta nūerus cōſti-
tutionū duplicatur: non uis conſtitu-
tionis augetur. Poſt approbationē ꝓ
poſitionis aſſumit quod ſibi neceſſa-
rium eſt. At deliberatiua inquit cau-
ſa ſimul ex eadē pte eodē in genere &
cōiecturalem & generalem & defini
tiuā tranſlatiuā continet conſtitutio-
nem. & unam aliquam & plures nō
nunquam. Quod quoniam manife-
ſtum eſt & apertum omnibus non fu
it neceſſe approbare aſſumptionem
ſequitur ergo concluſioquæ duplex ē.
Prima ad id quod aſſumptum eſt.
At deliberatiua cauſa ſimul ex eadem
parte eodem in genere eſt. Ergo ipſa
nec cōſtitutio nec pars conſtitutionis
eſt. Secunda ad utrunque de quo agi
tur. pariter enim de deliberatione &
demonſtratione tractetur. genera in
quit igitur ut ante diximus hec cauſa-
rum putanda ſunt: non partes alicu-
ius conſtitutionis. Hec ergo conſtitu-
tio quam generalem uocamus partes
uidetur nobis duas habere. Ergo ipſa
neque conſtitutio eſt neque pars conſtitutionis. Idem in demonſtratione ſolet uſu uenire. Poſt
quam docuit deliberationē & demonſtrationē non partes qualitatis: ſed genera eſſe cauſarum: ad
ipſius qualitatis deſcendit diſputationem. Ac primo hanc in duas diuidit partes: in iuridicialem:
& negocialem. Quarum partium hoc compendium tenere debemus. Quod iuridicialis ſem
per de præterito eſt. & negocialis ſemper de futuro. Que tempora ī ipſarū partium definitione ui
detur Cicero non declaraſſe. ait enim. Iuridicialis eſt: in qua æqui & recti natura aut præmii. aut
pœnæ ratio queritur. Negocialis in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit conſideratur. Cui
diligentie præſſe apud nos iuriſconſulti exiſtimantur. Hic omnino tempus quaſi præteritum nō
demonſtrat niſi ꝙ magis futurum tempus uidetur includere cum aut præmii: aut pœnæ ratio que
ritur. Quo loco primo oſtendendum eſt & pœnam & præmium de preterito eſſe poſſe: Nā
& poſt ſupplicium de aliquo iniuſte ſumptum poſſunt nonnulli in iudicium uocari. & ꝙ non re-
cte premio aliquem donauerint poſſunt in iudicium uocari. Vt uerres qui ſupplicium ſumpſit de
ciuibus Romanis & anulo aureo ſcribā in contiōne donauit. Ergo præmii & pœnæ rō pōt de
ꝑterito eē. Sed occurrit illud pōt tñ præmii & pœnæ rō & de futuro eē: iōꝙ in iuridiciali qualitate
tpſ preteritū nō recte definiuit. Cū iā huic loco ſic rñdetur ꝙ dixerit Rō. n. ſemper de ꝑterito eſt fa
cto. definitio aūt cū qritur rōcinatio dicit̄: & ē ibi tm̄ meriti rō: qd' meritū ꝑteritū ē. Atꝙ ita ratio
nū ꝗ niſi de ꝑterito ē. Cū. n. dicis petit ꝑmiū: neceſſe ē afferat meritū: ita ī eo ꝙ petit premiū nulla
rō ē: Sed cū aīs eū mereri tū rō ē ex ꝑterito uenies: ergo ait Ci. iuridicialis ē ī q̄ æq & recti natura:
aut ꝑmii. aut pœnæ rō qrit̄. In eo ꝙ ait: rō ꝑteritū tpſ icludit. Iuridicialis a iure æq. n. & recti rō ñ
niſi iure cōſtat: deinde negocialis ē iqt ī q̄ qd iuris ex ciuili more & æqtate ſit cōſiderat̄. negocialis
qlitas talis: cū aliqd generatī iure cautū ad ſpēm deuocāus: ut puta uiro forti ꝑmiū det̄: uir fortis pe
tit inimici mortē ī eo qd' dicit uiro forti ꝑmiū dat qdē uiro forti ꝑmiū ſed ñ ēt deſignat illud forte
qd petit. ergo ī negociali qlitate ex æqtate ꝓcedētis iuris noua iura firmāt̄. i. ut liceat id qd ī cōtētōe
uerſat̄ & iō de futuro ē. Quod ēt iuriſꝑiti faciūt q ſe forte id de quo agit̄ iur ñ cautū ē: ꝑ īterꝑtatio
nē ſtatuti iuris id ēt qd ī eodē iure noīatī ñ cōtiet̄ affirmat hoc ē qd ait. Cui diligētie ꝑeē apud nos
iuriſcōſulti exiſtimāt̄ Hoc quoꝗ: tpſ futurū demōſtrat cū ait qd iuris ſit cōſideret̄. Cōſideratio. n. d
īcerto ē: & qa iuris cōſideratio ē de futuro ē. Ac iuridicialis qdē ipſa & ī duas diſtribuit̄ ptes: abſo
lutā & aſſūptiuā. Negocial' qlitas cōſtat: nec aliqs ex ſe ptes fūdit. Iuridicialis uero ī duas ptes fūdit̄
ī abſolutā qlitate & aſſūptiuā: deīde hic quoꝗ rez cōpēdiū tenere debemus: qd ī abſoluta qlitate fa
ctū ipm iuſtū aſſerimus. In aſſūptiua uero qlitate nō factū iuſtū: ſed cām fci iuſtā fuiſſe cōtēdimus.
Itaque ī abſoluta qlitate æqui & recti natura quærit̄. in aſſumptiua uero ꝑmii & pœnæ rō querit̄

Q ue aſſumptiua quattuor locis diuiditur: Cōceſſione remotione: criminis relatōe criminis compa ratōe. Verū hic quattuor horum locorū. Cicero ordinem cōuertit. Nam a poſtremo quod hic po ſuit retrorſum uerſus ordo eſt: & enim uim ſingularū defenſionum cōſiderare debemus. Primo hæc eſt īnocentis hominis. ut dicat nō feci. Deinde feci: ſed non ſic uocatur. Tertio feci: & ſic uo catur: ſed iure feci: deinde hoc ipſum iure feci. Aut licuiſſe ſibi debebit oſtendere quæ eſt qualitas abſoluta: aut ſi non licuit debet ſibi extrinſecus aſſumere aliquid quo hic probet quod iniuſte factū uidetur. Videamus nunc quæ ſit de his quattuor aſſumptōibus fortior aſ ſumptio. Primo debet dicere feci ſed profui & ꝓbare plus ſe profuiſſe quā obfuiſſe quæ eſt qualitas cōpenſatiua quā ideo Cicero cōparatiōem uocat quod comparetur id quod in crimen uocatur ad id quo ſe reus profuiſſe di cit: quæ cōparatio ſemper in eodē fa cto eſt: ut puta quidā muros ciuitatis diſſipauit: hoſtes fugerūt reus ſit læſæ reipu. in eodē eſt cōparatio. Nā quod muros deiecit uidetur læſiſſe rēpu. & quia muros deiecit hoſtes fugerūt ui detur profuiſſe rempu. Ergo hoc pri mum debet aſſumere. Feci ſed ꝓfui. deinde debet dicere feci quidem: ſed ut hoc facerem ante prouocatus ſum: ideſt feci ſed meruit quæ ē relatio cri minis Tertio debet dicere feci ſed al ter me impulit ut facerem quæ eſt re motio criminis. Poſtrēo ſi hæc cun cta decerit. i. ſi ut hec faceret nec pro fuit nec iniuriā reddidit neque ab alio cōpulſus ē: quoniam nihil eſt quo ſe defendat debebit factum fateri ſed ue niā poſtulare quæ eſt qualitas uenialis: q̄ conceſſionē Cicero uocauit. Hunc ergo ordinem Cicero hoc loco cōuertit quem in poſterioribus ſeruat. Itaque cōceſſio duas partes habet: purgationem & deprecationem: in purgatione: tria ſunt. Imprudentia: caſus neceſſitas ſi hæc non fuerint depre catio eſt. Sed hæc aut apud imperatorem aut apud populum: itaque in purgatione factum conce ditur: ſed facientis animus excuſatur. Hoc eſt quod ait cum factum conceditur: culpa remouetur. In deprecatione uero & factum & culpa conceditur: ſed tamen uenia deprecatur. Hoc eſt quod ait. Deprecatio eſt cum & peccaſſe & conſulto peccaſſe reus ſe confitetur & tamen ut ignoſcatur: poſtulat. Hec ergo deprecatio non niſi aut apud imperatorem aut apud populum ualet apud iudi ces uacat. Remotio criminis eſt cum id crimen quod infertur ab ſe & ab ſua culpa ui: & poteſtate in alium reus remouere conatur. Remotionem criminis hanc eſſe dicit cum reus id quod ei intē ditur ab ſe remouet & in alium transfert. Atque id duobus modis facit ſi in alium aut cauſam: aut factum transferat: ſeu ut id faceret dicat alium cœgiſſe. Verum quod ait factum poteſt hic quæſtio moueri. Nam cum omnis qualitas facti confeſſionem teneat: cur hic factum non confitetur. ſed in alium transferre conatur. Denique nullus artium ſcriptor in hac qualitate facti tranſlationem no minauit: ſed ideo quia nullus intellexit. Nam factum ſic a ſe remouet: ſalua tamen confeſſione fci ut in hoc themate quod Cic. in ſecundo libro poſuit. Mancinus cum numantinis fœdus fecit iu iuſ ſu populi ac ſenatus pulſo eodem in exilium atque hoſtibus dedito petitur ad pœnam: etiam ille q porcam tenuit contradicit. Nam hic & cauſam & factum in alium remouet. Cauſam ſic ut porcam tenerem mancinus ui ac poteſtate cœgit. Deinde factum ſic. Fœdus non ergo feci ſed mancinus: qui aut debuit. aut potuit. Manet tamen facti prima illa cōfeſſio. ꝙ porcam tenuit. non enim pōt negare a ſe porcam fuiſſe tentam. Ergo remotio criminis duobus modis conſtat. Si autem cauſam in alium transferamus: aut factum. Relatio criminis eſt cum ideo iure factum dicatur ꝙ alius ante iniuria laceſſerit. Relatio criminis talis ē. ſi in eo ꝙ fecimus uicem nos reddidiſſe dicamus ut puta occidi: quia ille me uolebat occidere. Hoc ergo feci: ſed meruit. Comparatio eſt cum aliud aliquid alicuius factū rectū aut utile contenditur. quod ut fieret illud quod arguitur dicitur eē cōmiſſum. Inter comparationem & conceſſionem hoc intereſt: ꝙ in comparatione de eadem re cōparatio ē ut ſupra diximus diſſipaſti muros: læſiſti rempu. Contra ille diſſipauit quidē muros: ſed hoſtes fu gerūt in eodem cōparatio eſt: ut ſupra diximus diſſipaſti muros. i. ꝙ muri diſſipati eē dicūt: iō ait qd ut fieret illud quod arguitur dicitur eē cōmiſſum. Alioqn uerres qui multa ſigna & uaſa ex ſici lia ſuſtulit & utitur hac defēſiōe: ꝙ a bellis tutā ſiciliā reddiderit. Non potuit dicere iō ſigna ſuſtuli

Eius partes ſunt. iiii. cōceſſio: remotio crimis re latio criminis cōparatio. Cōceſſio eſt cū reus non id qd factū ē defēdit: ſed ut ignoſcat̄ ſibi poſtu lat. Hæc ī duas ꝑtes diuidit̄ purgatōem & deꝑca tionē Purgatio ē: cū factū cōcedit̄: culpa remo uet̄: Hæc ꝑtes habet tres. īprudētiā: caſū. neceſſi tatē: Deꝑcatio ē: cū & peccaſſe reus cōſulto pec caſſe cōfitetur & tamē ut ignoſcat̄ poſtulat: qd genus perraro p̄t accidere. Remotio. criminis eſt cū id crimē qd infertur ab ſe & a ſua culpa ui & poteſtate in aliū reus remouere cōatur. Id duplici ter fieri poterit: ſi aut cā: aut factū in aliū trāſfer tur. Cā trāſfertur: cū aliēa dr̄ ui & poteſtate factū Factū autē cū alius aut debuiſſe: aut potuiſſe fa cere dr̄. Relatio criminis eſt quod ideo iure factū dr̄ quod aliquis ante iniuria laceſſerit. Cōparatō ē cū aliud aliqd factū alicuius rectū aut utile cō tēdit̄ qd ut fieret illud qd arguit̄ dr̄ eē cōmiſſum

ut defenderē ꝓuinciā neqꝫ.n.propterea tulit ſigna ut prouincia eēt defenſa. Ita ꝑ utiꝛ ueniali ſta
tu id ē cōceſſiōe per deprecationē. Ergo in cōparatione id quod intēdit ideo a nobis factum diceꝛ
debemus ut ex eo ipſo bonū illud qd̄ contingit fluxiſſe dicamus. In quarta conſtitutione quam trāſ
lationē nominamus. Et ſupra docuimus qd̄ in ſe trāſlatio cōtinere ſcilicet ut aut omnem actionē
cōmutet aut aliqua ex parte debilitet. Hoc eſt ꝙ hic ait aut oīo aliquid de cōmutatione aut infirma
tione actionis. Igiꝛ huius cōſtitutionis hermagoras īuentor eſſe exiſtimaꝛ. Inueniendi duo genera

In quarta cōſtitutiōe quā trāſlatiuā noiamus eiꝰ
conſtitutiōis ē cōtrouerſia cū aut quē aut quātū
qūo aut apd̄ quos aut quo iure aut quo tpe age
re oporteat querit aut oīo d̄ cōmutatiōe aliquid
aut īfirmatiōe actiōis agit. Huiꝰ conſtitutiōis.
Hermagoras iuentor eē exiſtimaꝛ nō quo nō uſi
ſint ea oratores ueteres ſæpe multi ſed qa nō aiad
uerterūt artis ſcriptores eam ſupiores nec retule/
rit numeꝝ cōſtitutionū. Poſt āt ab hoc iuētā mlꝛ
ti rephēderūt quos ñ tā iprudētia falli putamꝰ:
res.n.pſpicua ē quā iuidia atqꝫ obtrectatiōe q̄/
dā ipediri. Et cōſtitutōes qdē & eaꝝ ptes expoſui
mus exēpla āt cuiuſqꝫ generis tūc cōmodiꝰ ex/
poſituri uidemur cū unūqd̄qꝫ eoꝝ argumētorū
copiā dabimꝰ Nā argumētādi rō dilucidior erit
cū & ad genꝰ & ad exēplū cāe ſtati poterit acco/
modari. Cōſtitutōe cāe repta ſtati placet cōſidera
re utꝝ cā ſit ſimplex an cōiūcta & ſi cōiūcta erit
utrū ſit ex pluribꝰ q̄ſtionibꝰ iūcta an ex aliq̄ cō
patiōe. ſimplex ē q̄ abſolutā i ſe cōtinet q̄ſtionē
unā hoc mō. Corīthis bellū iudicamꝰ an nō. cō
iūcta ex pluribꝰ q̄ſtiōibꝰ i qua plura q̄rūt hoc
mō utrū carthago diruaꝛ an carthagīēſibꝰ rēd
daꝛ an eo colōia deducaꝛ Et ex cōparatiōe in qua
ꝑ cōtētionē utꝝ potiꝰ aut qd potiſſimū ſit quæ
riꝛ ad hūc modū. Vtrū exerciꝰ in macedōiā con/
tra philippū mittaꝛ qui ſociis ſit auxilio an tene/
atur in italia ut quā maxime ſint cōtra Haniba/
lem copię controuerſia ſcripti:

Einde cōſiderandum eſt in ratōe. an ſcripto

ſunt. Vnum tale cū in mediū proferi
mus id qd̄ erat ſed latebat. Aliud qd̄
quaſi ñ erat ſed a nobis primis uideꝛ
inuētū. Itaqꝫ de his Ci. leuiorē inuēti
onē dedit Hermagoræ. ſ. ut id ꝙ la/
tuerat in mediū protuliſſe uideatur.
Hoc eſt ꝙ ait. Nō quo nō uſi ſint ea
ueteres oratores ſæpe multi ſed quia
animaduerterint artis ſcriptores eam
ſuperiores & nō retulerint īnumerū
conſtitutionū Ideo āt trāſlationē mul
ti ſcriptores inter conſtitutiones refer
re noluerūt ꝙ oīs cōſtitutio auctorita
tem conſtituat. Tranſlatio aūt id uidē
tur agere ne actio ſit. Sed hermago
ras recte hanc inter cōſtitutiones po
ſuit nā hoc ipm qd̄ actionē cōmutat
actio eſt. Itaqꝫ multi inquit Hermago
rā reprehenderunt ꝙ tranſlationem ī
ter conſtitutiones retulerit ſed īuidia
magis q̄ ex uero. Et cōſtitutiōes quidē
& earū partes expoſuimus. Poſtq̄ qd
eſſent ſingulæ conſtitutiōes uel quid
poſſent docuit & earū partes ideſt q̄
litates expoſuit ꝓmittit ſe his cōſtituti
onibus exēpla ſubditurū. Sed tū cū ce
perint argumēta tractari quæ argum̄
ta dulcidiora futura eē promittit ſi hiſ
dē argumētis in tpe exēpla ſupponat
Hoc ē qd̄ ait nā argumētādi rō dulci
dior erit cū & ad genus & ad exēplū
cauſe ſtati poterit accōmodari. Gene
ra cauſarū ſcimus tria eē demonſtrati
uum deliberatiuū iudiciale. Exempla
uero cāꝝ ſunt themata. ſ. . Cōſtitutio
ne cauſæ reperta ſtatim placet cōſide
rare utrū cā ſit ſimplex an coniuncta
Quoniā in his duobus libris Cicero
nihil niſi de inuentione tractat iccir/
co per ordinē quæ ſint inueniēda de
monſtrat. Poſtq̄ inquit cōſtitutionē
inueneris conſiderare debebis cauſā
utrū ſimplex ſit an iuncta ideſt utrum
de una re agaꝛ an de pluribus conſtitutio ſic inuenitur. Occidiſti: non occidi aut iure occidi. Cauſa
uero hæc ēſt an occiderit an iuſte occiderit. Ergo hæc cauſa ſimplex an iuncta ſit conſiderare debe
mus. Deinde iuncta utrum ex pluribus quæſtionibus eſt ex aliqua comparatione ex pluribus quæ/
ſtionibus cauſa iuncta eſt ut in uerrinis accuſatur. Verres quod multa furatus ſit quod ciues roma
nos necarit quod peculatum commiſerit. Itaque quando ex pluribus quæſtionibus cauſa iuncta eſt
ipſe quæſtiones inter ſē diuerſæ ſunt. Ex comparatione autem cauſa iuncta eſt cum quid potiſſimū
faciendum ſit conſideratur ut in diuiſione agitur utrum Cice. accuſet an cecilius. Sed quia compa
randi duo modi ſūt comparatiuus & ſuperlatiuus iccirco ait. Ex cōparatione in qua per contentio
nem utrum potius aut quid potiſſimū ſit quæritur. Verum his locis quæ tractabimus ipſe etiam
Ci. perſpicua exempla ſupponit.

Einde conſiderandum eſt in ratione an in ſcripto ſit controuerſia. Primo inquit conſtitu
d tio inuenienda eſt. ſecundo utrum cauſa ſit ſimplex an iuncta. tertio in ratione an in ſcri/
pto ſit controuerſia. ſcriptum non tantum leges accipiamus ſed & ſenatus conſultum & te

flamentum & uerba ſola & multa hu
iuſmodi. Huius ſcriptionis genera
ſunt quinque ut ipſe primum rebus:
deinde nominibus indicauit ideſt pri
mum ſcriptum & uoluntas. Secundũ
leges contrariæ. Tertium ambigui/
tas. quartum collectio ſiue ratiocina/
tio. quintum definitio legalis ut eſt in
ceciniana. Ratio eſt autẽ cum omnis
oratio nõ in ſcriptione ſed ĩ aliqua ar
gumentatione conſiſtit ideo ait cum
omnis oratio nõ in ſcriptione ſed in
aliqua argumẽtatiõe cõſiſtit. Qm̃ &
orationẽ ſcriptio & oppoſitio oratio/
nẽ habet ſed cũ auctoritate quippe ex
ſcripto. i. ex teſtamento uel lege ueniẽ
tem. Ergo ĩquit ratio eſt cũ res quæ ĩ
contione uerſatur non in auctoritate
legis. ſed in argumentatione uerſat̃.
Actũ conſideratio genere cauſæ. Re
perto inquit genere materiæ & con
ſtitutione & cauſa utrum ſimplex an
iuncta ſit & ipſa cauſa ſcripti an ratio
nis habeat controuerſiam. Deinde ui
dendum eſt quæ ſit quæſtio: quæ rõ
quæ iudicatio: ꝙ firmamentũ. Verũ
de his tria præcipue ſunt in omni cãe
genere perquirenda. Firmamentum
uero per raro adhibetur. Et ſi quan/
do adhibetur neceſſe eſt aut in thema
te ſit aut in hiſtoria alias lema dicit̃
ineſt falſum argumẽtum ergo tria ĩl
la ſine intermiſſione ubique inſpicien
da ſunt ideſt quæſtio. ratio iudicatio
Quæſtio eſt quæ naſcitur ex conſtitu
tione ut eſt illud iure ne occiderit. Ra
tio eſt quæ facit controuerſiam ut pu
ta occidi clodium propterea quia ille
me uoluit occidere. Infirmatio ratio
nis eſt etiam ſi te clodius uoluit occi/
dere. tu tamen non iure occidiſti. Iu
dicatio eſt utrum cum clodius uolue
rit occidere iuſte tamen a milone oc
ciſus eſſe uideatur ut Cicero de oreſte
exemplum dedit. Firmamentum eſt
firmiſſima argumentatio defenſoris
& aptiſſima ad iudicatiõem. Fir
mamentum ſi uerum ſit ualde pro
deſt ſed ſoli defenſori. Accuſator
enim pro firmamento aſſertionem
habet ſed hoc ut diximus raro in cau
ſam cadit. Cuiuſmodi autẽ ſit firma
mentum ipſum. Cicero docet ut ſi
uelit dicere. Oreſtes eiuſmodi animũ

ſit cõtrouerſia. Nã ſcripti cõtrouerſia ẽ ea q̄ ex
ſcriptiõis genere naſcit̃. Eius ãt genera q̄ ſũt ſe/
parata a cõſtitutiõibꝰ qnq; ſũt. Nã cũ uerba ipa
uidet̃ cũ ſnia ſcriptoris diſſidere tũ iter ſe duę le/
ges ac plures diſcrepare tũ id qd ſcriptũ eſt duas
aut plures res ſignificare ur̃ tũ ex eo qd ſcriptũ ẽ
Aliud quoq; qd nõ ſcriptũ ẽ inueniri tũ uis uer/
bi quaſi idiſinitiua cõſtitutiõe in quo poſita ſit q̄
re. Quare primũ gẽus deſcripto & ſnia ſecundũ
ex cõtrariis legibꝰ tertiũ ãbiguum quartũ ratio
cinatiuũ qntũ diffinitiuũ noĩamus. Ratio ẽ au/
tẽ cum oĩs queſtio nõ ĩ ſcriptiõe ſed ĩ aliqua argu
mẽtatiõe cõſiſtit ac tum cõſiderato genere cãę &
cognita cõſtitutiõe cum ſimplex ne an cõiuncta
ſit intellexeris & ſcripti an rõis hẽat cõtrouerſiã
uideris Deiceps erit uidẽdum quæ quæſtio que
ratio que iudicatio qd firmamẽtũ cãę ſit q̄ oĩa a
cõſtitutiõe proficiſcãt̃ oportet. Quæſtio ẽ ea q̄
cõflictiõe cõſtitutiõe cãrum gignit̃ cõtrouerſia
hoc mõ non iure feciſti iure feci: Cãrum ãt hæc
ẽ conflitio ĩ qua conſtitutõ conſtat. Ex ea igitur
naſcit̃ controuerſia quã quæſtiõnẽ dicimus hoc
modo iure ne fecerit. Ratio ẽ que contiet cãm q̄
ſublata ſit: nihil in cã controuerſię relinqt̃ hoc
modo ut dicẽdi cã in facili & puulgato exẽplo
conſiſtamꝰ. Oreſtes ſi matricidi accuſat̃ niſi hoc
dicat iure feci. illa. n. occidit patrẽ meum nõ hẽt
defenſiõnẽ. Quare ſublata oĩs controuerſia quo
q; ſublata ſit. ergo eiꝰ cãę ratio ẽ qd illa Agamẽ
nonẽ occiderit iudicatio ẽ quę ex ĩfirmatione &
confirmatione rationis naſcit̃ controuerſia. Nã
ſit ea nobis expoſita ratio quã paulo ãte appoſu
imus. Illa. n. ĩquit meum occiderat prẽm. At nõ
ĩquit aduerſariꝰ abs te filio mrẽm necari oportu
it. Potuit. n. ſine ſuo ſcelere illiꝰ factum puniri.
ex hac deductione rationis illa ſumma naſcitur
controuerſia quã iudicatiõnẽ appellamus. ea eſt
huiuſmodi. Rectum ne fuerit ab oreſte matrem
occidi cum illa. Oreſtis patrem occidiſſet. Firmã
mentum & firmiſſima argumentatio defenſoris
& aptiſſimam iudicationem. Vt ſi uelit. Oreſtes
dicere huiuſmodi animum matris ſuæ ĩ parentẽ
ſuum in ſe ipſum ac ſorores in regnum & ĩ famã
generis & familię ut ab ea pœnas liberi ſui potiſ/
ſimum petere debuerint & in cœteris quidem con
ſtitutionibus ad hunc modum iudicationes re/

matris ſuæ fuiſſe in parentem ſuum in ſeipſum ac ſorores in regnum & reliqua ; & cæteris quidẽ in conſtitutionibus ad hunc modum iudicationes reperirentur . Quoniam omnis de facto iã confeſſio eſt iccirco in omnibus conſtitutionibus dicit iudicationem de infirmatione rationis fieri præter in coniectura. In coniectura enim facti nulla confeſſio eſt. Quare ĩ coniectura eadẽ erit iudicatio quæ quæſtio. Factũ ẽ nõ ẽ factũ, Factũ ne ſit, Q đ aũt in cauſa conſtitutiões aut earũ partes erũt qualitatis. ſ. partes reliquæ enim conſtitutiones partes non habent. Ergo quot in cauſa conſtitutiões uel partes erũt tot neceſſe erit inueniri quæſtiões ratiões iudicatiões firmamẽta. His oĩbus in cauſa repertis, tũ deniq; ſingulæ partes totius cãe cõſiderande ſunt. Sub diuerſa ſignificantia Cicero partes poſuit. Alie ſunt enĩ partes oratoris officii aliæ partes qualitatis aliæ partes cãe aliæ partes orationis. Itaq; partes cãe ſunt ut ſuſcepto negocio per rerũ ordinẽ eaq; dicẽda ſunt diligẽter inſpicias. Q đ cũ pertractaueris ideſt cũ cãæ partes inſpexeris tũ de mõ tibi ordinandæ ſunt partes oratiõis. Nõ. n. inquit quia primũ exordiũ eſt ſola tibi primo erũt conſideranda pĩcipia & ſcribẽda, Sed conſiderato oĩ negocio tunc appoſitæ ſumere exordiũ debemus. Hæ partes eſſe ſex oĩo nobis uidentũ. Multi enim quattuor eſſe dixerũt ideſt exordiũ narrationẽ quæſtiones. epilogũ Cice. aũt ſex eẽ dicit id eſt exordiũ narrationẽ partitionẽ confirmationẽ reprehenſionẽ concluſionẽ epilogũ. ſ. & recte confirmationẽ & reprehenſionẽ. Hoc. n. maximum eſt oratoris officiũ ut argumenta ſua primũ afferat deinde aduerſariorũ diſoluat. . Quare inquit qm̃ primũ exordiũ eſt principio exordii pcepta tradenius. Exordiũ ẽ oratio animũ auditoris idoneæ cõparãs ad reliquã dictionẽ. Optĩa definito ẽ quæ a genere incipit deinde deſcendit ad ſpeciem. Poſtremo ita propria cõplectiẽ ut excludat oĩo id qđ cũ aliis poteſt eſſe cõmune ut hic ſex partes orationis Cicero ponit, Orator porro duo agit aut fidẽ facit aut aĩos cõmouit . Quare ĩ quattuor illis mediis partibus fides fit in naratiõe in partitione in confirmatione in reprehenſione, In exordio uero uel epilogis aĩ cõmouentur. itaque ut definiat exordiũ a genere incipit. Exordium eſt oratio omnis enim pars oratio eſt deinde ſic deſcendit ad ſpeciem ita ut excludat quattuor illas partes medias quibus fides fit animum inquit auditoris idonee comparans. ſed quia & in epilogis animi comparatur : ita proprium complectitur ut excludat etiã epilogus. Ad reliquam inquit dictionem. Ita ergo exordii plena definitõ eſt. Exordium eſt oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem, Verum cũ aliquid fieri uolumus primum definire debemus quid ſit illud quod fieri uolumus ut hic de exordio definiuit quid eſſet exordium eſt inquit oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem deinde debemus definire quid inde fiat ut hic fecit quod eueniet inquit ſi eum beniuolum attentum, Docilem fecerit ſed quia non bene aliquid facimus niſi prius ſciamus ubi faciendum ſit prius oſtẽdit ubi faciendum ſit. Poſtremo quemadmodum faciendum ſit ait ergo tunc nos optime exordiri ſi cauſarum genera cognoſcamus hoc eſt ubi faciendum ſit. Genera cauſarum quinque ſunt: honeſtum admirabile humile anceps obſcurum. Hic quæſtio naſcitur cum ſupra dixerit genera cauſarum tria eſſe demonſtratiuum deliberatiuum iudiciale cur hic rurſus genera cauſarum quinque eſſe dixit, Verum hæc fictio occulta nimis ratione ad difficili diſputatione diſſoluitur. Ani-

periuntur. In coniecturali autẽ conſtitutione qa ratio non eſt factum. n. nõ concedit nõ põt ex deductiõe rationis naſci iudicatio. Quare neceſſe eſt eandẽ queſtionẽ eſſe & iudicationẽ ut factũ eſt factum nõ eſt, factũ ne ſit. Quod autẽ ĩ cauſa cõſtitutiões aut earum partes erũt totidem neceſſe erint queſtiões rationes iudicatiões firmamenta reperiri. His omnibus ĩ cauſa repertis tũ deniq; ſingulę partes totius cauſę conſiderandę ſunt: Nam nõ ut quodq; dicẽdum primum ẽ ita primum animaduertendum uidetur iõ quod illa quę prima dicuntur: ſi uehementer uelis cõgruere & coherer̃ cum cauſa ex eis dicas oportet quę poſt dicenda ſunt. Quare cum iudicatio & ea q̃ ad iudicationem oportet inueniri argumenta diligendi erunt artificio reperta cura & cogitatiõe pertractata: tunc denique ordinandę ſunt cęterę partes orationis. Hæ partes ſex eſſe omnino nobis uidentur exordium narratio partitio confirmatio reprehenſio concluſio. Nunc quoniam exordium princeps omnium eſſe debet nos quoq; primum in ratione exordiendi precepta dabimus Exordium eſt oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem quod eueniet ſi eum beniuolum & attentum & docilem confecerit. Quare qui bene exordiri cauſam uolet cũ neceſſe eſt genus ſue cauſe diligenter ante cognoſcere. Genera cauſarum ſunt quinque honeſtum admirabile humile anceps obſcurũ. Hone

maduertere enim debemus q̇d Ci. ſecutus ſit. Res multe ſunt quarũ una ſubſtantia relique accidũt
Itaq; cũ ſubſtãtie acciderit una qualitas põt & alia accidere. Sed quæ nõ ſit in eodem genere in quo
prima qualitas fuit nupta ſi dicas foliorũ genera duo ſunt de membrana & de charta hic folium
ſubſtantia eſt acceſſit ei una qualitas membrana & carta. Poteſt tamẽ eidẽ ſubſtantie. i. folio alia q̃
litas accedere quæ nõ ſit in eodẽ genere in quo prima qualitas ſi dicas foliorum genera ſunt tria.
Eſt oblongum eſt latũ eſt quadratũ. Quare ſi circa primã qualitatẽ numerus definitionis uarietur
uitiũ eſt. Sin aũt in eadẽ ſubſtantia cir
ca alias qualitates numerus definitio
nis uarietˀ nõ eſt uitiũ ut hic ait primũ
cauſarũ genera tria ſunt cauſa hic ſub
ſtãtia eſt. Accidit ei una qualitas ut
ſit demonſtratiuum genus deliberati
uum iudiciale Deinde ait cauſarũ ge
nera quinq; ſunt licet eadẽ ſit ſubſtan
tia alia tamẽ ei qualitas accidit. ĩ iudi
ciali enĩ ſiue alio genere cãæ inuenitˀ
& honeſtũ cãæ genus & admirabile
& humile & anceps & obſcurũ. Ergo
duplici hoc mõ poſſumus intelligere
Aut ꝙ ſubſtãtiæ multæ ſæpe accidũt
qualitates aut ꝙ multæ qualitates ſub
ſtãtiales ſunt. ideſt ꝙ eis qualitatibus
poſſunt aliæ accidere qualitates: ut
hi: ſubſtãtia ẽ cã: accidit cãæ ut ſit iu-
dicialis. Itaq; iudicialis qualitas eſt.
Rurſus hæc ipſa qualitas ſubſtãtialis ẽ
Nã accidit ei ut habeat in ſe: aut hone
ſtũ cãæ genus: aut admirabile: aut:
humile: aut anceps: aut obſcurũ item
in deliberatiuo genere cauſæ: uel de
mõſtratiuo põt hoc ipm euenire.

ſtum cãæ genus ẽ cũ ſtatĩ ſine oratiõe noſtra au-
ditoris fauet aĩus. Admirabile quoq; ẽ a quo alĩ
enatꝰ ẽ aĩus eorũ q audituri ſũt. Humile q̇d ne-
gligẽter ab auditore: & nõ magnopere attẽdẽdũ
uidetˀ. Anceps in quo aut iudicatio dubia ẽ aut
cã & hõeſtatis & turpitudinis pticeps ut & beni
uolẽtiã pariat: & offẽſionẽ. Obſcurꝝ ĩ qͦ aut tar
di auditores ſũt aut difficilioribꝰ ad cognoſcẽdũ
negociis cã iplicita ẽ. Quare qm̃ tã diuerſa ſũt
genera cãꝝ: exordiri quoq; diſpari rõe ĩ uno quo
q; genere neceſſe ẽ. Igitˀ exordiũ ĩ duas ptes diui
ditˀ ĩ pricipiũ: & iſinuatiõe. Pricipiũ ẽ orõ pſpi-
cue & ptinꝰ pficiẽs auditorẽ beniuolũ: aut do-
cilẽ. aut attẽtũ. iſinuatio ẽ orõ q̃dã diſimulatio
ne & circuitiõe obſcurˀ ſubiẽs auditoris aĩum. In
admirabili generˀ cãæ: ſi nõ oĩo ĩfẽſi erũt audito-
res: pricipio beniuolentiam comparare licebit.

Quare nullus hic error eſt generis cauſarum circa definitionem numeri. Siquidem ſubſtantiæ
nunc plures accedant qualitates: ut ſupra docuimus: nunc multæ ſunt qualitates ſubſtantiales id-
eſt quibus poſſunt aliæ incidere qualitates quod ſimiliter ſupra docuimus. Ergo quinque genera
dixit eſſe cauſarum: honeſtum admirabile: humile anceps: obſcurum: & definit genera ipſa. Ho
neſtum inquit cauſæ genus eſt cui ſtatim ſine oratiõe noſtra fauet auditoris animus. Definitio nũc
ex rebus ipſi: nunc ex euentu rerum colligitur. has itaque definitiones. Cicero nõ ex rebus ipſis ſed
ex euentu rerum colligit. Sæpe enim honeſtis: uel non honeſtis rumorum opinionibus abutimur
Et quia rumori facile creditur: Peruenit autem rumor uſque ad iudicem. Orator porro apud iudi
cem agit neceſſario non rei honeſtum ſequi debet: ſed opinionem quæ etiam iudici nota eſt.
Ergo Ci. honeſtum cauſæ genus non ex rebus definiuit: ſed ex euentu rerum qui notus eſt iudici.
Honeſtum inquit cauſæ genus eſt: cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet auditoris animus. Ergo ſi
& ſtatim & ſine oratione noſtra fauet iudex opinionem ſequitur: ideſt euentum rerum. Admira
bile: a quo eſt alienus animus. eorum qui audituri ſunt. Et hæc definitio de animis iudicum eſt.
Admirabile eſt inquit cauſæ genus: cum is defenditur quem ob magnitudinem criminis defendi
nullus poſſe credebat. Itaque hic iudices beniuoli faciendi ſunt. Humile eſt quod negligitur ab au
ditore: & non magnopere attendendum uidetur. Humile cauſæ genus eſt ſi de re abiecta ſit con-
trouerſia. In hoc genere attenti auditores faciendi ſunt: hæc quoque definitio de animis iudicum
ſumpta eſt. Anceps in quo aut iudicatio dubia eſt aut cauſa & honeſtatis & turpitudinis particeps
Hæc definitio & ab ipſis rebus ſumpta eſt. Verum anceps inquit cauſa duobus modis eſt. Si aut iu
dicatio dubia ſit: aut ĩhoneſtiſſima materia. ut in Oreſtis themate: quia nõn una ratio eſt. Iudica-
tio quoque ſit dubia. Occidiſti. iure occidi. nam illa patrem meum occidit etiam ſi patrem occi
dit: non iure a filio mater occiſa ẽ. iudicatio an cum illa patrem occiderit iuſte a filio occiſa uideatˀ
Deinde poteſt & hæc eſſe ratio iure occidi: nam eum id facerem Apollo reſpondit. infirmatio ra
tionis etiam ſi Apollo id reſpondit non iuſte a filio mater occiſa eſt. iudicatio an cum Apollo re
ſponderit iuſte mater a filio uideatur occiſa. Ergo in hoc themate iudicatio dubia eſt. Deinde ſit
ãcepi cauſæ genus ſi habeat in ſe cauſam & honeſtatis & turpitudinis. Si leonis filius fortiter faciat
& premium petat honeſtum eſt: ꝙ fortiter fecit turpe: ꝙ filius leonis. in hoc quoque genere cauſæ
beniuolentiam comparare debemus. Obſcurum in quo aut tardi auditores ſunt aut dificilioribꝰ
ad cognoſcendum cauſa implicata eſt. Quod obſcurum eſt tribus modis ſemper obſcurum eſt.
Si aut is qui enarrat non ĩtelligit: aut is cui narratur tardior ẽ: aut ſi res ipſa perplexa eſt. Verum
hic duo poſuit. Superfluum. n. fuerat cum de oratore hic perfecto loquatˀ: ſi aliquid de eius impru

dentia diceret. hic itaq; iudices dociles facere debemus ergo oſ̄dit primū qd eēt exordiū aiorꝫ igt cōmutatio : deīde oſ̄dit qd īde fiat; aut attētus aut docilis. aut bēiuolus: deīde ubi fiat. ideſt ī generibus qnq; cāꝫ. & oſ̄dit quæ eſſent genera: Nūc ꝑ qd faciēdū. i deſt ꝑ pricipiū & īſinuatiōnē: Itaq; breuiter qd ī hac lectiōe cōtineat̄ explicabimus. Exordiū igt ī duo diuidit̄: ī pricipiū. & īſinuationē: Horꝫ duorꝫ: hāc differētiā teneamus ī pricipio apte: & ut ipſe ait: ꝑtinus iudices nobis; aut attētos aut dociles: aut beniuolos cōparamus. In īſinuatiōe uero occulte & qbuſdā circuitiōibꝫ hoc quoq; cōpendiū tenere debemus: qd ī oibꝫ cāæ generibꝫ principio nobis utēdū ē. In admirabili uero nūc pricipio. Pricipio. nūc ſi auditores nō oio erūt aliēati. inſinuatione: tunc ſi uehemēter erunt aliēati. Beniuolētia iiii. ex locis cōparat̄ ab nr̄a ab aduerſariorꝫ ab iudicū: ꝑſona ab ipa cā: Beniuolos igt iudices a quattuor locis facere debemus: uel poſſimus.
A nr̄a ꝑſona ab aduerſariorꝫ a iudicū ab ipa cā. Rurſus a noſtra ꝑſona q̄ttuor ex locis beniuolētiā iudicis poſſumus cōparare. Si de noſtris igt factis & officiis ſine arrogātia dicemus plena eni gloria ī his duobꝫ ē ī factis & officiis. Officiū ē qd ex legibꝫ uel ex natura neceſſe ē nos īplere. Factū uero ē qd ſupra quā debemus p̄ſtamus. Ergo ſi de nr̄is factis & officiis: ſed ſine arrogātia dicemus. Deīde ſi crimina igt illata & aliq̄s minus honeſtas ſuſpitiōes iniectas diluemus. i. ſi ea q̄ ad deformationē ꝑſonæ nr̄æ p̄ter iudicialē q̄ſtionē fuerint obiecta diluemus Deīde ſi aliqd futurꝫ mali p̄dicemus quō ipſe Ci. Moneo: p̄dico: an denūciatio. Poſtrēo a nr̄a ꝑſona beniuolētiā cōparamus. ſi igt ꝑ nobis ſupplici utamur orōne. Deīde ab aduerſariorꝫ ꝑſona tribꝫ ex locis beniuolētiā iudicis cōparamus ſi eos aut ī odiū aut ī cōtēptionē aut in īuidiā deduxerimus. In odiū ſic; ſi eorꝫ turpia uel crudelia facta ꝑferamus. in īuidiā ſic ſi eorꝫ potētia gratiā pecuniā ꝑferamus. Et qm̄ hæc īterdū nō mō. non crimini: ſed ēt decori ſūt. recte addidit. Horꝫ oium uſum arrogātē. Multæ. n. res ꝑ ſe male ſūt. Multæ cū mediæ ex euētu bonæ uel malæ fiūt. Deinde ī cōtēptionē ſic aduerſarios adducimus: ſi eos cōtēnēdos eē dicamus qd aut negligētes ſint: aut ignaui.
Ab iudicū ꝑſona uero duobꝫ ex locis beniuolētiā cōparamus. ſi eorꝫ bene geſta ſine adulatiōe ꝑferamus. Et ſi dicamus p̄ſentis iudicii magnā eſſe expectationē. Poſtremo ab ipo negocio duobꝫ ex locis beniuolētiā cōparamus. Si nr̄am cām laudādo extollamus aduerſariorꝫ uituperādo deprimamus. Attētos aūt faciemus ſi de-

Sin erūt uehemēter abaliēati cōfuger̄ neceſſe erit ad iſinuationē. nā abaliēatis ſi ꝑſpicue pax & beniuolētia appetit̄: nō mō ea nō īuenit̄: ſed augeatur atq; īflāmat̄ odiū potiꝰ. In humile āt genere cāæ cōtēptiōis tollēdę. neceſſe erit attētū efficere auditorē. Anceps gēus cāæ: ſi dubiā iudicationē hēbit: ab ipſa iudicatiōe exordiēdū ē. Sin autē partē turpitudinis & ꝑtē honeſtatis hēbit beniuolētiā captare oportebit: ut ī gēus honeſtū cā trāſlata uideat̄. Cū aūt erit honeſtū cāę genꝰ uł p̄teriri pricipiū poterit: & ſi cōmodū fuerit aut a narratōe īcipiemꝰ aut a lege: aut ab aliqua firmiſſima rōe nr̄æ dictiōis. Sin uti pricipio placebit: bēiuolētię ꝑtibꝰ utēdū ē: ut id qd̄ ē augeat̄. In obſcuro āt genere cāę ꝑ pricipiū dociles auditores efficer̄ oportebit. Nūc qm̄ q̄s res exordio cōficer̄ oporteat dictū ē. reliquū eſt ut oſ̄dat̄ qbꝰ quoq; rōnibꝰ queque res cōfici poſſint. Beniuolētia. iiii. ex locis cōparat̄. Ab nr̄a ab aduerſariorū: ab iudicū ꝑſona: ab ipā cā. Ab nr̄a ſi de nr̄is factis & officiis ſine arrogātia dixerius ſi crimina illita & aliquas minꝰ honeſtas ſuſpitiōes īiectas diluemꝰ: ſi quę īcōmoda acciderit: aut quę īſtēt difficultates ꝑferemꝰ: ſi p̄ce & obſecratiōe hūili ac ſupplici utemur. Ab aduerſariorū aūt ſi eos aut ī odiū aut ī īuidiā: aut ī cōtēptionē adducemus. In odiū adducēt̄ ſi qd eorū ſpurce; ſupbe: crudeliter malitioſe. proferet̄. In īuidiā ſi uis eorū potētia diuitię gr̄a cognatō: pecūię ꝑferēt̄. atq; eorū uſus arrogās & ītolerabilis: ut iis rebus mag' uideāt̄ q̄ cāę ſuę cōfidere. In contēptiōem adducēt̄: ſi eorꝫ inertia. negligētia: ignauia: deſidioſū ſtudiū luxurioſū ocium ꝑferet̄ ab auditorꝫ ꝑſona beniuolētia captabit̄: ſi reſ ab hiſ fortiter ſapiēter māſuete geſte ꝑferēt̄: ut neq; aſſētatio nimia ſignificet̄ & ſi de his q̄ hōeſta exiſtiatio: q̄ atq; eorꝫ iudici & auctoritatis expectatio ſit oſtēdet̄. A rebꝰ ipſis ſi noſtrā cām laudādo extollemus aduerſariorꝫ ꝑ cōtēptionē deprimemꝰ. Attētos aūt facimꝰ: ſi demōſtrabimus ea quæ dictu-

monſtrabimus eaqꝫ dicturi erimus magna noua. Nũc docet quẽadmodũ attẽtos iudices facere de
beamus. Attẽtos inqt iudices faciemus. ſi nos magna ꝓmittamus dicturos eẽ ut ait Ver. Maius
opus moueo. Deĩde ſi noua nos dicturos eẽ dicamus. interdũ ẽt ſi magna inqt nõ ſit res: tñ noua
aĩos auditoꝝ facit attẽtos. Poſtremo ſi icredibilia. Neceſſario etenim attẽte audiẽdũ ẽ qđ uix cre-
di poſſe ꝓmitto. Deinde ſi hæc inqt magna noua incredibilia dicamus nũc ad oẽs ptinere: ut ſæ
pe Ci. ait de quo agat nõ ſolũ ad reũ: ſed oĩum fortũnas dicit ptinere. Nũc ad eos ꝙ audiũt ut Ci.
ſæpe ait hoc iõ agi ut a iudicibus iudi
cia trãſferant. Nũc ad aliquos illu
ſtres ſi dicamus rem iuſtam ad ſa-
cerdotes: ad ſenatores: uel alios hu-
iuſmodi pertinere. Nunc ad eos
ĩmortales: ut Ci. de domo ſua dicit.
Rẽ ad eos ptinere ne ipſi Ciceronẽ
domo expluiſſe uideant. Nũc ad ſu
mã reipu. ptinere. Ergo his oĩbus at
tentos iudices facius. Nec nõ inqt ẽt
tũc attẽtos iudices facimus cum nos
breuiter dicturos eẽ ꝓmittimus. Et
ne mentiri nos iudices putẽt quã bre
uiter nos dicturos eẽ ꝓmittimus. Ex
ponere inqt debemus iudicationem
aut iudicatiões ſi plures erũt. Dein
de oſtẽdit quo pacto dociles audito-
res facere debeamus. Si inquit in
principiis ea quæ ſunt nobis dicenda
ponamus ut nobis iudices ad cogno
ſcendum negocium comparemus ꝓ
terea inquit cum dociles iudices faci
mus ſimul attentos iudices facere de
bemus. Ita ipſe Ci. in cluentiana facit
dociles iudices cum ait animaduerti
iudices omnem accuſatoris orationẽ
in duas diuiſam eſſe partes. Deinde
facit attentos cum ait. Quarum alte
ram inniti & magnopere confidere
uidebatur inuidia inueterata iudicii
iuniani & reliqua. Tunc & enim in
quit iudex melius docilis fiet; ſi & at
tentus fuerit effectus: hæc de principi
is: nunc nobis de inſinuatione dicendum eſt. Inſinuatione igitur utendum eſt cum admirabile
genus cauſæ eſt. Diximus principiorum triplicem eſſe finem ſcilicet ut aut beniuolos iudices
aut attentos: aut dociles faciamus. idem nobis & in inſinuatione faciendum eſt. ſed hoc intereſt
quod in principiis hoc aperte facimus. In inſinuatione oculte & quibuſdam circuitionibus nec
in alio cauſæ genere niſi in admirabili: tunc cum animi iudicum erunt uehementer offenſi.

Ergo inquit inſinuatione tunc erit nobis utendum cum animi iudicum fuerint offenſi. Et oſten
dit quibus rebus offenſos iudicum animos poſſumus agnoſcere. Prius enim uulnus inſpiciendum
eſt ſic apponenda medicina. Tribus inquit uel maxime cauſis animi iudicum offenduntur. Ve
rum cum ait maxime oſtendit: & aliis cauſis offendi iudices: ſed his plerumque ſi aut in negocio
ipſo ineſt aliqua turpitudo. ut res ipſa preter perſonas aut iudicis aut gentis pariat offẽſionem. aut
ſi iam aliquid iudicibus ab his qui primum dixerunt perſuaſum uidetur. Et ideo is qui poſt dictu
rus eſt nõ libenter auditur. Aut ſi illi qui audituri ſunt: alios audiendo cœperint eſſe offenſi.
Quare cum hæc animaduerteris ſingula hac dicendi arte ſanabis ſi cauſæ turpitudo contrahet of
fenſionem. Duobus modis cauſa contrahit turpitudĩe: aut enim res turpis eſt: aut perſona. ſi in
quit perſona turpis fuerit. aut alium hominem ſubiicies qui amatur: aut rem pro perſona. Deinde
ſi res turpis fuerit; aut aliam rem quæ honeſta eſt ſubiicies: aut re pro hominem. ſi utrunque tur
pe fuerit & res & perſona commodum erit eam ſuſcipere. Tamen ſi quid leuiter turpe fue
rit poteſt ſuſcipi, deinde inquit debebis diſſimulare defenſionem. Poſtquam minores reddide
ris auditores paulatim ingredi in eandem defenſionem & dicere ea quæ aduerſariis diſpliceant
tibi etiam diſplicere: ſed nihil horum ad tuum negocium pertinere. Deinde inquit oculte &
de aduerſariis detrahere debebis. Poſtremo inquit de ſimili negocio aliquorum iudicũ afferri
oportebit exẽplũ. Aĩaduertere tñ debemus; ut & ĩſinuatiõe ꝙttuor locis ꝓcepit beniuolẽtiã cõpa

rí erímꝰ magna noua ĩcredíbilía eẽ aut ad oẽs aut
ad eos ꝙ audíẽt aut ad alíqᵒs íluſtres hoíes aut ad
đos ĩmortaleſ aut ad ſũmã rĩp. ptineř & ſí noſ pol
lícebímur breuí nrãm cãm demõſtraturos: atqꝫ
exponemꝰ íudícatíonẽ: aut íudícatíões ſí plures
erũt. Dociles audítores facíemꝰ ſí apte & breuí
ter ſũmã cãæ exponemꝰ hoc ẽ ĩ qᵒ cõſíſtat cõtro
uerſía. Nã & cũ docílẽ uelís facer ſíř & attẽtũ fa
cías oportet. Nã ís maxíe docílís ẽ ꝙ attẽtíſſíme
ẽ paratꝰ audíř. Nũc íſínuatíões quẽadmodũ tra
ctarí coueíat: deíceps dícẽdũ uř. Inſínuatíõe ígíť
uídẽdũ ẽ cũ admírabíle genꝰ cãæ ẽ hoc ẽ ut añ
díxíus: cũ aímus audítorís íſectꝰ ẽ. Id ãt tríbꝰ ex
cauſís maxíe fít ſí aut íeſt ĩ ĩpa cã quædã turpítu
do. aut ſí ab hís ꝙ ãte díxerũt íã ꝗddã audítorí ꝑ
ſuaſum uídeť. Aut ſí eo tpe locus dícendí datur:
cum íã íllí quos audíre oportet defeſſí ſunt audí
endo. Nã ex hac quoqꝫ re nõ mínus quã exprí-
mís duabꝰ ín oratore nõnunquã aíus offendítur
audítorís. Sí cãæ turpítudo cõtrahet offenſíonẽ
aut ꝓ eo hoíem ín quo oñdítur alíũ homínem ꝙ
dílígíť íterponí oportet. aut ꝓ re ĩ qua offendíť alí
am rẽ ꝓbeť: aut ꝓ re hoíem aut pro hoíe rẽ aut

randam.i.ab ipſa cauſa:a noſtra perſona ab aduerſariorum.a iudicum:a cauſa dixit poſſe beniuolentiã comparari:ubi ait pro eo homine.in quo offendit̃ alium hominem:qui diligitur interponi oportet.& reliqua.Deinde oſtendit quẽadmodum a noſtra perſona beniuolẽtiã comparamus cum ait:& diſſimulare te id defenſurũ:ꝙ exiſtimaris defenſurus. Deinde ubi iã mitior factus erit auditor ingredi pedetentim ĩ defenſionẽ:& dicere ea:q̃ indignẽt̃ aduerſarii:tibi quoq; idigna uideri.ab aduerſariorũ uero pſona docet quẽadmodũ beniuolẽtiã cõparamus:cũ dicit.Et negare te qc q̃ de aduerſariis eẽ dicturũ.neq; hoc neq; illud:ut neq; aperte lædas eos q diligunt̃ & tñ id obſcure faciens:quo ad poſſis a halienes ab his auditorum uolũtatẽ.Poſtremo docet:ut a iudicũ pſona beniuolentiã cõparemus:cũ ait.Et aliquorũ iudicum ſimili de re:aut auctoritatem pferre imitatiõe dignam.Verũ quod ait.Deinde eandẽ aut ſimilem:aut maiorẽ aut minorẽ:agi rẽ in pſentia demonſtrare.Et eni ſemper poſt exẽplum faciẽda ẽ cõparatõ.Cõparatio porro:nũc a pari:nũc a maiori nũc a mĩori ſẽp fiat neceſſe ẽ.Oſtẽdit qđ primũ fuit.Si p cãe turpitudinẽ auditores offẽſi extitiſſent.q̃bus mõis ab his poſſet bẽiuolẽtia cõparari.Nũc ĩgt ſi orõ aduerſarioꝝ dictis finẽ fecerit.Et iõ iudices uidẽt̃ ab alienati tribus mõis bẽiuolẽtiã cõparamus;ſi aut ab eo argumẽto:qđ ſibi firmiſſimũ crediderãt aduerſarii te dicturꝝ eẽ pmittas aut ſi ab eo dicto ĩſpicias qđ aduerſarius nup dixerit:aut ſi ĩgt cũ admiratõe dubites.cui potiſſimũ rñdeas qõni.cũ.n.ĩgt te iudices uiderĩt paratũ ad rñdẽdũ exiſtimabũt ſibi ñ recte ab his.q an dixerũt.id qđ crediderãt fuiſſe pſuaſũ. Poſtremo docet quo pacto beniuolẽtiã nobis a iudicibus cõparemus ſi forte ipſi iudices defatigati fuerint multos audiendo. Prio inquit oportebit polliceri breuius te q̃ fueris eẽ dicturũ.Deinde ſi ita hẽbit negocium utile erit rebus.nouis.uel ridiculis riſũ iudicibus.aut locum mouere.Atq; id duplici mõ.aut ex tpe.ſi forte clamor.aut ſtrepitꝰ fuerit exortus.aut cogitatis.paratiſq; ut uel a fabula incipias.ul' apologo ad preſens negocium pertinentibus.Fabule ſunt.quas fere uidemus extitiſſe ex phedris Medcis cyltẽneſtoris.aliiſq; ſimilibus.Apologi ſũt ex rebus humilibus compoſite.quedam forme.ac ſpecies ad uiuendum:ut extat illa đ mure & leone.ergo ſi inquit negocii dignitas patietur riſum .uel locũ mouere oportebit. Sin autem tale negocium fuerit aut iocandum nõ ſit a re aliqua triſti & ſeuera cõmodũ erit icipere.Nã ut ingt cibi faſtidium nũc ſub dulci re.nunc ſub amara releuatur. ita inquit ſtudium audiendi apud iudices nunc rebus ridiculis.nunc a ſuperioribus redintegratur.

ab eo quod oderit ad id quod anim⁹ auditoris diligit traducatur.& diſſimulare id te defenſurum.quod exiſtimeris defenſurus.Deide cum iam mitior factus erit auditor ingredi pedetentim defenſionem.& dicere ea que indignentur aduerſarii.tibi.quoq; indigna uideri.Deinde cum lenieris eũ:qui audiet demonſtrare nihil eorum a te pertinere & negare te quicq̃ de aduerſariis eſſe dicturũ neq; hoc.neq; illud:ut neq; aperte lædas eos qui diliguntur.& tamen id obſcure faciẽs.quo ad poſſis alienes ab eis auditorum uoluntatem.& aliquoꝝ iudicum ſimili de re:aut auctoritatem proferre.imitatione dignam.Deinde eandem.aut conſimilem:aut maiorem aut minorem agi rem in preſentia demonſtrare.Sin oratio aduerſariorum fidem uidebitur auditoribus feciſſe.idq; ei q intelligit:quibus rebus fides fiat.facile erit cognitu oportet.aut de eo quod aduerſarii ſibi firmiſſimũ putarunt.& maxime hi.qui audierint probarint primum te dicturum polliceri:aut ab aduerſarii dicto exordiri.& ab eo potiſſimũ:quod ille nuperrime dixerit.aut dubitatõe uti quid primũ dicas:aut cui potiſſimũ loco rñdeas cum admiratõe.nã auditor cum eum quẽ aduerſarii parant.pturbatum oratõe uideat animo firmiſſimo cõtradicere:paratũ:plerunq; ſe potius temere aſſenſiſſe.quã illũ ſine cã cõfidere arbitrat̃.Si auditoris ſtudiũ defatigatio abalienabit a cã te breuius:quã paratus fueris eſſe dicturũ:cõmodum eſt polliceri nõ imitatuꝝ aduerſarium.ſinautẽ res dabit non inutile eſt:aut ab aliqua re noua:& ridicula incipere aut ex tempore:que nata ſit.quod genus ſtrepitum acclamationem dicimus:aut iam parata que uel apologum:uel fabulam:uel aliquam contineat irriſionem:aut ſi rei dignitas adimet iocandi:facultatem aliquid triſte nouum horribile:non incommodum eſt ſtatim iniicere.nam ut ſacietas cibi & faſtidium.aut ſub amara aliqua re releuatur:aut dulci mitigatur.ſic animus defeſſus audiendo.aut admiratõe integratur.aut riſu nouatur.

Ac ſeparatī quidē. quæ de pricipio & iſinuatione dicenda uidebāť. hæc fere ſunt. Nūc quiddā breuiter cōiterq; de utroq; precipiendū uideť. Exordiū ſentētiarū & grauitatis plurimū debet hēre: & oia oio ea que ptinēt ad dignitatē i ſe cōtinere: ppterea qđ id optie faciēdū ē: qđ orarorē auditori maxie cōmendat. Splēdoris & feſtiuitatis & cōcinitudinis minimū ppterea: qđ ex his ſuſpicio q̄dā apparitōis atq; artificioſe diligentie naſciť que maxime orōni fidem oratori adimit dignitate uľ auctoritatē. Vitia uero hæc ſunt certiſſima exordioꝝ que ſūmopere uitare oporrebit: uulgare cōe cōmutabile: ſeparatū: lōgū: trāſlatū: cōtra pcepta Vulgare eſt qđ in plures cāſ pōt accōmodari: ut cōuenire uideať. Cōmune eſt qđ nihilominus in hac q̄ in cōtrariā partē cāe poteſt cōuenire. Commutabile eſt qđ ab aduerſario pōt leuiter mutatū ex cōtraria parte dici. Longū ē quod pluribꝰ uerbis aut ſentētiis ultra q̄ ſatis eſt pduciť. Separatū ē qđ non ex ipſa cā ductū eſt: nec ſicut aliqđ mēbrum annexum oratōi. Trāſlatum ē: quod aliud efficit quā genus ſue cāe poſtulat: ut ſi quis docilem faciat auditorē. cū beniuolentiā cauſa deſiderat: aut ſi principio utať. cum inſinuatōne res poſtulat. Cōtra precepta eſt. quod nihil eorū efficit. quorū cauſa de exordiis precepta traduntť: hoc ē quod eū: qui audit: neq; beniuolū: neq; attentū: neq; docilem reddit. aut qđ quo nihil pfecto peiꝰ ē ut cōtra ſit faciet. ac de exordio qdē ſatiſ dictū ē

Ac ſeparatim quidem: que de pincipio & inſinuatione dicenda uidebantur. hæc fere ſunt. ſupra inquit quid in principiis faciendū eſſet. quid in iſinuatōe ſeparatim diſputamus. Nunc inquit breuiter: in utrunq; præcepta dabimus. Exordium ſententiarū & grauitatis plurimum debet habere. & omnino omnia. quæ pertinent ad dignitatē in ſe continere. Sentētiarū iquit. nō illarū. quæ generaliter dicuntur. ut eſt illud. Obſequiū amicos ueritas odiū parit. Præceptū eſt autē. ne quid in principiis generaliter dicatur: ſed hic ſentētias accipiamus. Senſus atq; inuētōes plurimas atq; eaſdem graues. Præterea inquit. ut cōmendati ſimus auditoribus. i exordio oīa illa habere debemus quæ nobis. uel orationi noſtre pariāt dignitatem. Splendoris & feſtiuitatis & cōcinnitudinis minimum. in exordio inquit nihil ſplēdidum. nihil diligenter accuratum habere debemus. ne ipſa dicēdi diligentia diffidētiam negocii demonſtremus. Docuit quid i pricipiis quid in iſinuatōe. quid generaliter in utroq; ſeruare debemus. Quare poſt q̄ oſtēdit quid faciēdum eſſet. præcipit rurſus quid nō faciēdum ſit. Vitia uero hæc ſunt certiſſima exordiorū. quæ ſummopere uitari oportebit. Vitia uero inqt hæc ſunt certiſſima exordiorum. Cum ait certiſſima. oſtēdit & ſupra ſe non nihil de uitiis exordii dixiſſe. Ait. n. ſplendoris & feſtiuitatis & cōcinitudinis minimum in exordio eſſe debebit. Verum hæc maxia uitia exordiorum eſſe dicit: atq; hæc omnino uitāda eſſe præcipit. Vulgare: comune: commutabile: longum: ſeparatum: trāſlatum cōtra præcepta Vulgare eſt quod i plures cauſas pōt accommodari. ut cōuenire uidetur. Vulgare ē. quod i plures cauſas pōt. accōmodari. i. ꝙ dicitur generale principium. & q. nō unius. ſed omnium poteſt eē cauſarum. ſi ſic icipias. ioue ego optimum aut maximū uellem ſi fieri poſſet iudiceſ. Cōmune. ꝙ nihilominus in hāc quā in cōtrariam partem cauſæ poteſt conuenire. Cōe eſt quod nihilominus in aliquā contrariam partem cauſe poteſt conuenire. Inter uulgare & cōmune hoc itereſt. Vulgare oium cōtrouerſiarū ē. Cōe i eadem cōtrouerſia utriuſq; partis. ita q; cōe ſpecie includitur. Vulgare uero generale eſt. Quare cōe erit qđ tam a nobis quam ab aduerſariis dici poteſt. Commutabile eſt quod ab aduerſario poteſt leuiter commutatum ex contraria parte dici. Commutabile eſt inqt quod non quidem ab aduerſariis dici poſſit ita ut a te probatum eſt. Sed commutato uerbo uel addito poſſit in parte contraria commutari. Longum eſt. quod pluribus uerbis aut ſententiis ultra quam ſatis eſt producitur. Meminimus in duobus eſſe orationem noſtram: nunc in uerbis: ſingulis: nūc in cōiunctis: quæ ſnīe dicuntur. Itaq; inquit longum eſt: quod nimis aut in uerbis: aut in ſnīis inuolutum eſt. Separatum. quod non ex ipſa cā ductum eſt. Nec ſicut aliquod mēbrū anexū oratōi. Separatū eſt: quod nō eſt proprii negocii. neq; eius cauſe de qua agitur: ut ſi hōicida tibi accuſādus ſit. & tu adulterii facinoribꝫ exordiū ſumas. Trāſlatū ē: qđ alid cōficit. quā cāæ genus poſtulat: ut ſi qs docilē faciat auditorē: cū beniuolētiā cauſa deſideret. Tranſlatum eſt inquit cum ignorato genere cauſæ aut dociles pro attentis: aut attentos pro beniuolis faciendos nobis iudices putamus. Contra præceptum eſt. quod nihil eorum efficit: quorum cauſa de exordiis: præcepta traduntur. Contra præceptum eſt inquit: ꝙ non iudicum animos nō cōparat ſibi interdum etiam infeſtos facit. Quare finitis exordii præceptis: nūc nobis de narratione dicēdū ē.

Narratio eſt rerum geſtarum aut ut geſtarum expoſitio. definit quid ſit narratio. in definitione uero. ut ſæpe iam. diximus omnia quæ ad rem aperiendam pertinent: colligi. atq; includi debent Q uare quoniam non tantum illa narrantur. que uere geſta ſunt. ſed etiam illa que non geſta ſunt ſed generi poterunt. ideo ait. narratio eſt rerum geſtarum. aut ut geſtarum expoſitio. Geſtarum rerum expoſitio eſt negociorum ciuilium & hiſtoriarum. ut geſtarum rerum expoſitio eſt comœdiarum. fabularum q̃ thematum. qe in auditorio dicuntur. Ergo tria genera narrationis eſſe dicit.

Narratio eſt rerum geſtarum: aut ut geſtarum expoſitio. Narrationum tria ſunt genera. Vnum genus eſt in quo ipſa cauſa. & omnis ratio. controuerſiæ continetur. Aliud in quo digreſſio aliqua extra cauſam aut criminationis: aut ſimilitudis: aut delectatiõis non alienæ ab eo negocio. de quo agitur. aut amplificationis cauſa interponitur. Tertium genus eſt remotum a ciuilibus cauſis. quod delectationis cauſa non inutili cum exercitatione dicitur & ſcribitur. Eius partes ſunt due. quarum altera in negociis. altera uero perſonis: maxime uerſatur. Ea quæ in negociorum expoſitione poſita eſt tres habet partes fabulam. hiſtoriam. argumentum. Fabula eſt in qua nec ueræ: nec ueriſimiles res continentur cuiuſmodi eſt angues ingentes: alites iugo iuncti. Hiſtoria eſt res geſta ab noſtra ætatis memoria remota. quod genus eſt . Appius indixit Carthaginenſibus bellum. Argumentum eſt ficta res: quæ tamen fieri potuit huiuſmodi apud Terentium eſt . Nam ſi poſtq̃ exceſſit ex ephebis. Soſia.

Verum ꝙ ſit in cauſæ expoſitione: ut eſt illud. C. quintus frater huius te. p. quinti fuit: & huic ſimilia. Verũ quoniam narratio cãe non id ſolum agit ut res geſtas explicet. Verum etiam multa futuris præſtruit queſtionibus.

Animaduertamus ut Cice. utrũq; complexus. ſit in quo ipſa cauſa ĩquit hoc ad rerum expoſitionem. Et omnis ra io controuerſiæ cõtinetur. hoc ad queſtiones pertinet: ergo unum: narrationis genus eſt. in quo ipſa cá: & omnis ratio controuerſiæ continetur. Aliud genus narrationis ċ qđ extra cauſam eſt. ſed ad cauſam facit. ut eſt illud. Agonis eſt quædam lilibitana liberta. Veneris erycinæ. Hec narratio extra cauſam eſt. Agitur enĩ qui magis debeat accuſare: ſed tamẽ: ad cauſam facit. locus enim introducitur. in quo ſe. Cecilii iniuriam a Verre paſſum eſſe: commemorat. qua ſe læſum accuſare debere contẽdit. Verum hæc narratio extra cauſam quattuor modis fit: aut criminationis cauſa: aut ſimilitudinis: aut declinationis. aut amplificationis. Criminationis cauſa fit ut dio quidam. fuit baleſinus. Paſellus mortuus eſt. C. ſacerdote prætoræ. Similitudinis cauſa fit. ut eſt illud. Sic iſte multo ſceleratior: & nequior: quã ille. Adrianus: aliquando etiam felicior fuit. Digreſſio. & hæc uideri poteſt: ſed non eſt: quia non interponitur narratio que cauſa eſt deliberationis. Delectationis cã fuit: non alienæ ab eo negocio: quo de agitur: ut ſi prata: ſi nemora: ſi fontes: riuoſq; deſcribas: & hanc ipſam deſcriptionem ad cauſam applices. Amplificationis cauſa fit: ut eſt illud de. Eriphila: quæ uiſum ornamentũ adamauit. amplificauit crimen Verris. quod cum illa rem uiſam adamauerit. Verres: multa etiam non uiſa concupierit. Ergo ſecundum genus narrationis: hoc eſt: que digreſſio dicitur: quæ fit aut criminationis: aut ſimilitudinis: aut dilectationis: aut amplificationis cauſa. Tertium genus narrandi: eſt quod extra oratorem eſt: hoc eſt: quod ait. Remotum a ciuilibus cauſis: Eſt autem poetarum uel hiſtoriographorum. dat tamen curſum etiam in hanc narrationem præcepta. Hæc inquit narratõ remota a ciuilibus cauſis duo membra habet. Nam aut propter negocia exponẽda ſumitur: quod eſt comediographorum. uel tragœdiographorum: uel propter perſonas. Verſidici uero ĩ utroq; uerſatur. Nam Vergilius Aenæ & mores & facta deſcribit. Ergo hæc narratio extra oratorem in duo diuiditur. in negocia & in perſonas. Verum illa narratio: quæ in negociis eſt. tres habet partes: fabulam: hiſtoriam: argumentum. Fabulam dicit eſſe. que nihil ueri nec ueriſimile continet: & dat exemplum cuiuſmodi ċ. Angues ingentes alites iuncti iugo. Verum hic quæſtio eſt. cum in definitione generali narrationis dixerit. Narratio eſt rerum geſtarum: aut ut geſtarum expoſitio cur in fabulæ definitione: que u iq; quoniã & ipſa narratio eſt generi ſimilis eſſe debuit ait fabula eſt in qua nec ueræ nec ueriſimiles res continentur. Deinde hiſtoria eſt inquit: que res ueras continet. ſed a noſtra memoria remotas. & dat exemplum: quod genus Appius idixit Carthaginẽſibus bellum. Argumentum eſt ficta res: quæ tamen fieri potuit. Argumentum eſt. quod quidem nõ factũ: ſed fieri potuiſſe creditur: ut in Terentio. Adoleſcẽtis uita narrantur. Nam his poſtquã exceſſit ex ephebis. Soſia. A negociis ergo narratio tres partes habet fabulã: hiſtoriã. argumẽtum. Fabula nihil ueri. nec ueriſimile cõtinet hiſtoria geſta. pteritorũ argumentũ nõ uerũ: ſed ueriſimile

Illa autem narratio: que uerſatur in perſonis exprimendis talis eſſe inquit debet: ut in narratione
rerũ uim perſone agẽtis. & aĩas oſtendat: & dat exẽplum de Terẽ: ubi Demeæ & Mitionis ſenum
pſona morũ cõtrario ſecernitur. Venit ad me ſæpe clamitãs. Quid agis Mitio: cur perdis adoleſ-
ſcẽtẽ nobis & reliqua. in his oĩbus & rigor: & auſteritas perſone obiurgãtis oſtendiẽ. Verũ ne nos
pturbet qꝫ & in illa narratõe: quæ in negociis ẽ: ſepe ẽt perſona deſcribitur. nã deſcribitur Catelia
deſcribitur Sertorius: & reliqui. Et illa rurſus narratione quæ de pſonis ẽ geſta ẽt narrant. Nõ tamẽ
nos perturbent: quia mixta ſunt. Sed
animaduertere debemus: quid: pro
pter qd dicatur. Sæpe. n. perſona de
ſcribitur. ut negociũ pateſcat: ſæpe ge
ſta narrantur. ut apertius qualis ſit p
ſona uideãtur. ſed ad præceptũ narra
tionis illis reuertitur: quæ ipſam cau-
ſam continet. & totius controuerſiæ
narratione . Oportet igitur eã tres
habere res: ut breuis: ut aperta: ut pro
babilis ſit. Oportet igitur eã tres habẽ
re uirtutes. ut breuis: ut aperta: ut pro
babilis ſit. Tres uirtutes ſunt narratio
nis. ut breuis ſit narratio: ut aperta: ut
probabilis. Verũ ut hæc tria ſemper
oĩa ſint: nõ unũ aliquod ex tribus. ita
qꝫ iſtæ uirtutes narratõis: licet & aliis
partibus orationis cõueniãt. narratio
nis tamẽ ſunt ꝓpriæ. Aliarũ aũt par-
tiũ oratõis uirtutes narrationi conuẽ
nire non poſſunt. Quælibet rephen
ſio: quælibet cõfirmatio. quælibet cri
minatio põt hẽre hæc tria: ſed quaſi
aliena. ipſa aũt quæ habent narratiõi
nõ conueniunt: ut indu tiones: ut rõ
cinationes: & reliqua huiuſmodi: qui fidei ſunt. non affectus. igitur tres iſtæ uirtutes narratõi ora
toriæ conuenire poſſunt: & illi narrationi: quæ extra ciuiles cauſas ẽ Nãqꝫ hiſtoria & breuis eẽ de
bet in expoſitione & aperta & probabilis. ut Sal. ſibi oĩa in Catelina tribuit. quã breuiſſime pote-
ro paucis abſoluam. Cũ aliis hyſtoriographis ſingula tradidiſſet in libro primo hiſtoriarum dat.
Catoni breuitatẽ. romani generis diſertiſſimus paucis abſoluit. Fãnio uero ueritatem. ſed anteq̃ di
camus ut breuis narratio fiat. ut aperta. ut probabilis principio dicendum uidetur quid ſit narratio
oratoria. qd agat. uel quo diſtet a reliquis partibus orationis. Oratio quæ negociũ explicat. atqꝫ ĩ
ſinuat audiẽti narratio dicitur. explicãs. quid geſtum ſit. aut per uerũ. aut per ueriſimile. ideſt aut id
quod geſtum eſt. aut per id quod geri potuit. que oratio tametſi partibus narratione plenis iucline
tur in actoris cõmodum. nõ tamẽ ad pugnam cõtinuo eaſdẽ partes ducit. Negocium. n. iudici in
ſinuaẽ. nõ pars negocii. Agiẽ. n. ut cãm iudex norit. Cã uero duarũ partiũ eſt. ſed ſubtilitas expo-
nentis aliquid quod ſuæ parti proſit ĩſinuat. nã iudex ſic ab uno audit. quaſi extra partem: ſed ue-
reis optimus patronus ẽ in narrando. qui ita narrat. ut & aduerſarius ita narrare potuiſſe credetur
Verũ talis oratio eſſe non poteſt cum crimina proponuntur. quibus in propoſitionibus. & ſi dicaẽ
illud fuit. illud cõſecutum eſt. & cætera ſimilia. tamen narratio non eſt. quoniam hæc omnia. ad
crimina iõnẽ cõtinuo ducuntur. Et non id agitur in hac oratione. ut iudex ſciat cauſam. ſed ut au-
diat crimen admiſſum. At in narratõe. cum cã omnis fuerit explicata. tunc crimen aut ab accuſa
tore ꝓponitur poſt narrationẽ. quaſi intentio aut a defenſore. quaſi queſtio. ut purgeẽ. ſextus. Ro
ſcius occiſus eſt. Accuſator dicit a filio. Tullius negat. hinc eſſe criminatio poteſt & defenſio. inſi-
nuaẽ iudici p narrationẽ totũ negocium. ubi. q̃do. quõ ſextus Roſcius ſit occiſus. Hoc dicat utraqꝫ
pars neceſſe eſt huic ſinguli ſubtiliter interiaciunt id. quod parti ſuæ ꝓdeſſe poſſit. nõ pugnæ mõ.
ſed adiũcta ueriſimilitudine. ut ita narret: quaſi & aduerſarius eodem modo narrare poſſit. Expli
cito negocio. cauſaqꝫ cognita. incipit aduerſarius dicere. qꝫ ſextum Roſcium filius iteremit. & hec
criminatio. Si autem defenſor eſt ꝓponi crimẽ. quaſi qõnẽ. Occidiſſe partẽ ſextus Roſcius arguiẽ.
& affert argumẽta quibus hoc poſſit diſſoluere. ita in dictionibus aliis criminatões intelliguntur.
uel propoſitiones criminum. cum oratio exponendi quodammodo implicatã ſecũ habet intentio
nem. ut occidi. aut tuliſti. At ubi narratio ẽ. poſt narrationẽ dicuntur. ſed tñ in narratõe ſignificaẽ
iudici non aperte ab oratore dicunẽ. Breuis erit. ſi unde neceſſe eſt. inde initium ſumetur. & non
ab ultimo repetetur. Breuis erit. ſi unde neceſſe eſt inde initiũ ſumet. nõ ab ultimo repeteẽ. Dixit ſu
pra narrationẽ oratoriã tres uirtutes habere debere. ut breuis ſit. ut apta. ut ꝓbabilis nũc docet bre
uis narratio. queadmodũ eẽ poſſit. & breuis ꝓ q̃litate negocii. Breuis ĩquit erit ſi initiũ ſũas a rebus

Illa aũt narratio ẽ: quæ ĩ pſonis uerſatur. eiuſmõi
eſt. uti ea ſimul cũ rebus ipſis pſonarũ ſermones.
& animi poſſit perſpici hoc mõ. Venit ad me ſepe
clamans: qd agis Mitio: cur perdas adoleſcẽtem
nobis cur amat: cur potat: cur his reb⁹ ſũptũ ſug
geris. Veſtitui nimio indulges: nimiũ ĩept⁹ ẽ. dur⁹
eſt ꝓter æquũ & bonũ: Hoc ĩ genere narratõis mł
ta debet ĩ eẽ feſtiuitas cõfecta ex rerꝫ uarietate aĩo
rũ diſſimilitudĩe: grauitate: leuitate: ſpe. metu: ſuſpi
tõe: deſiderio. diſſimulatõe: errore miſericordia. fortu
næ cõmutatõe: ĩſperato ĩcõmõ: ſubita leticia iucũ
do exitu rerꝫ. Verũ ex his hec que poſtea de elocu
tõe precipienẽ. ornamẽta ſumunẽ. Nũc de enarra
tõe ea que cãe continẽt expoſitionẽ dicendũ uide
tur. Oportet igiẽ eã tres habere partes. ut breuis
ut apta: ut ꝓbabilis ſit. Breuis erit. ſi unã neceſſe ẽ
ĩde ſumatur initium. & non ab ultimo repetatur.

neceſſarius.nõ ab ultimo.ut puta.Si nobis bellum Troianũ narrãdũ ſit.dbemus a raptu Helenæ incipere:nõ a læda:quæ Helenam genuit.ergo præcepta dat in breuẽ narrationem.quæ i initio narrationis.quæ in fine.quæ in medio ſeruare debeamus.atq̧ hoc præceptũ de initio narrationis eſt quod ait.Breuis erit.ſi unde neceſſe eſt.inde initiũ ſumet̃.non ab ultimo repetetur. Et ſi cuius rei ſatis erit.ſummã dixiſſe.eius partes nõ dicẽtur.ut puta cũ ſufficiat dicere occidit.& nõ dicamuſ & uoluit.& potuit.& occidit.Cum harũ partiũ ſumma.ſi occidit:& hoc dixiſſe ſufficiat. Verum

&ſi cui⁹rei ſatis erit ſummam dixiſſe eius ptis ñ dicent̃.Nam ſæpe ſatis ẽ:qd factũ ſit dicere:non ut enarras.queẽadmodũ factũ ſit.& ſi nõ lõgi⁹ q̃ ſitu opus ẽ i enarrando pcedet̃.& ſi nullã i rẽ aliã tranſcribit̃.& ſi ita dicet̃:ut nõnunq̃ ex eo.qd dictũ ſit id qd dictũ nõ ẽ intelligat̃.& ſi nõ modo id qd obeſt.uerũ ẽt id qd nec obeſt.nec iuuat pteribit̃.Et ſi ſemel unũquodq̧ dicet̃.& ſi nõ ab eo in quo pxime deſitum erit incipiet̃ deinceps.Ac multos imitatio breuitatis decipit:ut cum ſe breues putãt eẽ lõgiſſimi ſint cum dent operã ut res multas breuiter dicãt:nõ ut oio paucas res dicãt:& nõ plres q̃ neceſſe ſit:nã pleriſq̧ breuiter dicere:ur̃.q ita dicũt:Acceſſi ad ædes:puerũ uocaui rñdit queſiui dñm:domi negauit eẽ.hec tametſi tot res breui⁹ nõ potuit dicere.tñ qa ſatis fuerat dixiſſe dñm negauit eẽ domi.Fit rerũ multitudie lõg⁹ Quare hoc quoq̧ in genere uitãda ẽ breuitatis:imitatio.& nõ min⁹ rex nõ neceſſariax q̃ uerbox multitudie ſuperſedẽdũ ẽ.Aperta aũt narratõ poterit eẽ.ſi ut qdq̧ primũ geſtum erit.ita primum

hoc preceptũ de medio narratõis eſſe põt.Et ſi nõ longius quã qd ſitu opus ẽ in narrando pcedet̃.Et ſi nõ lõgius q̃ quod ſitu opus eſt in narratõe pcedit̃.i.ſi narres quouſq̧ narrandum eſt.non etiam illa narrẽtur.quæ iam in tractatus cadunt: utputa:quidam fortiter fecit:petit premii nomĩe æra rii dimidium:contradicit̃.Narandũ ẽ quẽadmodũ fortiter fecerit:non ẽt quẽadmodum ad ciuitatem regreſſuſ ſit:& quẽadmodũ præmium petierit & quẽadmodum ei contradictum ſit Verũ hoc præceptũ de fine narrationis eſt.Et ſi nullã in rem aliam tranſibitur.ſ.ut illa tm̃ narres:quæ ad cauſam pertinent.nõ ẽt aliqua quæ extra ſunt:& quæ ad negociũ minime pertinẽt.Et ſi ita dicetur:ut nõnũq̃ ex eo quod dictũ ſit:id quod nõ ſit dictum intelligat̃.Vt poſita ſecunda:que ſũt ſua prima declararent.Si dicas ide cũ reuerſus eſſem utiq̧: cũ dicis reuerſus oſtendiſti:& profectũ neſcio quo & perueniſſe poſtremũ reuerſum.Et ſi non modo id quod obeſt:uerũ etiã id quod neq̧ obeſt.nec adiuuat preteribitur.Et enim qui breuitati ſtudet:non modo illa in narratione pterire debet:quæ obfutura ſunt:uerũ etiam illa.que nihil pfutura:& ſi ſemel unũ quodq̧ dicet̃.i.ut non modo illa pretercantur:quæ aut obfutura ſunt aut nihil profutura:uerum etiam illa:quæ proſunt:ut ſemel dicantur non bis:his aut amplius. Et ſi non ab eo:quo in proximo deſitum erit deinceps incipietur. Preceptum omne duplex eſt nunc.n.oſtendit quid faciendum ſit nunc quid non faciendum.ita hic Ci.in ſuperioribus oſtendit quid eſſet in narratione faciendum:nunc oſtendit quid ſit non faciendum. Et ſi non ab eo inquit:quo in proximo deſitum erit:deinceps incipietur.i.ne a re illa:quam nuper diximus ad aliam rem ſumamus exordium.Si dicas profectus urbe ſum:& cum eſſem profectus ad uillã ueni:& cum ueniſſem.Quare his qui breuiter narraturus eſt iterare nihil debet.Ac multos imitatio breuitatis decipit:ut cum ſe breues putent eſſe longiſſimi ſint.Sepe inquit:& ſi dictio in uerbis breuis eſt:tamen longa efficitur:cum non neceſſariæ res in narratione ponũtur.Quod ut nos nõ prætereat primo nobis dicendum eſt:quemadmodum poſſumus intelligere q̧ ubicunq̧ dicta ſint ſingula uerba ſignificant res ſuas ſingulas.ut ſedet:currit:eo:uenio.item copulatio ratiocĩalis uerborum plurimorum unam rem continet.Maxime autem ſi in narratione ſit:cum premiſſa uerba tertia perſona concludit:ut.M.lepido cum omnibus copiis italia pulſo ſegnior:neq̧ minus grauis.& multiplex cura partes exercebat hæc tertia perſona unam rem fecit omnium ſuperiorum.ita q̧ in oratione tot res erunt:quot erunt tertiæ perſonæ.Ergo in hac oratione.Acceſſi ad ædes puerum euocaui. Reſpondit quæſiui dominum:domi negauit eſſe.Quare cum ſufficere domi negauit eſſe:abundabit rebus ſuperfluis:quia dixit ante reſpondit. Ita ergo multos imitatio breuitatis decipit.Qui cum res breuiſſime dicant:tamen quia plures quam oportet dicunt:incipiũt breues non eſſe.Quamobrem inquit.ſi breues eſſe uolumus non ſolum uerba non neceſſaria pterire debemus:ſed etiam res. Aperta autem narratio poterit eſſe. Dixit quemadmodum breuis narratio eſſe poſſit.Nunc quemadmodum aperta eſſe poſſit:exponit. Illud autem perſpicere debemus.& in apertam narrationem illa dat præcepta.quæ & in breuem.Hic etiam quid in principio apertæ narrationis.quid in fine.quid in medio facere debeamus oſtendit. Nunc ita q̧ totam.complectitur narrationem.cum ait.Aperta autem narratio poterit eſſe.ſi ut quicquæ primum geſtum erit.ita primum exponetur.ſcilicet ut non peruerſo.narrandi ordine.

expōet̃.& rerũ ac tēporũ ordo ſeruabit̃:ut ita na
rēt̃.ut geſtæ res erũt.aut ut potuiſſe geri uidebũ
tur Hic erit cōſiderãdũ ne qd perturbate:neq; cō
torte dicat̃:nequã ĩ aliã rē tranſeat̃:ne ab ultimo
repetat̃:ne ad extremũ procedat̃:ne qd qđ ad rē
ptineat pretereat̃:& oĩo quæ p̄cepta de breuitate
ſũt hoc quoq; in genere ſunt cōſeruãda. Nã ſepe
res parũ ē ĩtellecta longitudine magis q̃ obſcuri
tate narratōis. Ac uerbis quoq; dilucidis utēdũ ē
quo de genere dicēdũ ē in p̄ceptis elocutōis. Pro
babilis erit narratio.ſi in ea uidebũt̃ ineē ea quæ
ſolēt apparere ĩ ueritate:ſi pſonarũ dignitates ſer
uabũt̃.ſi cãe factorũ extabũt.ſi fuiſſe facultates
faciũdi uidebũt̃.Si tp̄s idoneũ:ſi ſpacii ſatis ſi lo
cus oportun⁹ ad eãdē rē:q̄ de re narrabitur fuiſſe
oñdet̃.ſi res & ad eorũ q aget naturã.& ad uul-
gi rũorē & ad eoꝝ q audiēt opinionē accōmoda-
bit̃.Ac ueri q̄dē ſimilis ex his rōibus eē poterit.

fiat iudicibus in cognitōe confuſio:& rerũ ac tēpoꝝ ordo ſeruabitur.ſ.ne id primũ narres: quod
poſtea factũ ē.Quod ſi feceris:& in reꝝ & in tempoꝝ ordine deliquiſti. Vt ita narrent̃: ut geſte
res erunt.aut ut potuiſſe geri uidebuntur:hoc ē quod ait ſupra in definitōe narratōis.Narratio ē re
rũ geſtaꝝ:aut ut geſtaꝝ expoſitio.i.uera & ueriſimilis.Hic erit cōſiderandũ ne qd perturbate :ut
in p̄ceptis breuis narrationis primũ oſtēdit qd faciendũ eſſet:deinde qd nō faciēdũ:ita & hic oſtē
dit primo q̄d faciendũ eſſet:tum qd nō faciendũ.Cōſiderandũ inqt erit:ne qd perturbate dicat̃.
i.ſi reꝝ ac tempoꝝ in narratione or-
do mutet̃.Deinde inquit.Ne qd con
torte.i.cũ interdũ nō facilis tranſitus
ac directus ē:ſed obſcurus. Nequã in
aliã rem trãſeat̃:ne omiſſis rebus da
preſens negocium pertinentibus non
narranda:atq; aliena narremus :hoc
præceptũ ēt de breui narratione de-
dit.Et ſi in nullam rē trãſibitur:ne ab
ultimo reperatur:ita ut ſupra de bre
ui narratione:ſi unde neceſſe ē:inde
initiũ ſumet̃:nec ab ultimo repetetur
Verum hoc præceptũ ēt hic de initio
narrationis eſt:ne ad extremum pro
deat̃:ita ut ſupra de breui narratione
Et ſi nō lōgus:q̄ quod ſitu opus ē nar
rãdo procedetur. Verum hoc p̄ceptũ
ēt hic de fine narrationis eſt:ne ad ex
tremũ prodeat̃:ne qd quod ad rem
ptineat prætereat̃.hoc uitium mediæ
narratōis eſt:ita ut principii uitium ē.
ſi ab ultimo repetatur. finis autē ſi ad
extremũ prodeatur.Deinde cōcludit
illa inqt oĩa de breui narratione p̄ce-
pta ēt in aperta nobis ſeruanda ſunt.
Nam ut aperta non poſſit eē narratō
nō intelligitur.i.aperta nō ē lōgitudi
ne magis q̄ obſcuritate.Ergo aut aperta ſit narratio:& ut ĩtelligitur minime longa.i. breuis eē de
bebit.Preterea inqt:ut apertã hēamus narrationē uti inquit dilucido:ac de pximo petito ſermōe
debemus.Probabilis erit narratio.ſi in ea uidebuntur ineſſe ea quæ ſolent apparere in ueritate.ſe
cundũ ordinē diuiſionis ſuæ:poſtq̄ de breui & aperta narratōe tractauit .Nunc incipit de narratō
ne pbabili diſputare.Probabilis inqt erit narratio:ſi in ea fuerint illa oĩa.qbus ſolet ueritas ĩueni-
ri nã ĩ his ſeptē oĩs ad fidē argumētatio cōtinetur.Septē illa ſuperiora:qs.qd:cur:ubi:q̄do.quēad
modũ.qbus adminiculis oēs artiũ ſcriptores tractauerunt:& ĩ p̄ceptis ſuarũ artiũ reliquerũt. Verũ
Cic.rerũ ac tēporũ pſonarũq; cōſiderãs naturã:addidit illis oĩbus octauã opinionē:& recte.Res.
n.oēs nō p ſe ſunt:nec ex nã ualēt:ſed opinione.Neq;.n.cũ dicimus tunicã:p ſe ipſam ĩtelligimus
tunicã eē qua ueſtimur.ſed qa nr̃a nobis opinione pſuaſum ē cũ audierimus tũicã ĩtelligimus rē eē
qua ueſtimur.Et reliqua ſimiliter colligere poſſumus.Ergo Ci.oĩa dicit.Hãc uero opinionē ĩ tri-
bus plenã eē dicit:ſi id quod dicimus a noſtra nã nō abhorreat.i.ab eoꝝ natura.p qbus agimus.
ſ.ne de pudicitia agat leno.de caſtitate meretrix:q ſi fiat pbabilis narratio nō erit.Deīde ut id qđ
agimus a populi rumore nō abhorreat.ſ.ne cōtra cōſuetudinē audictũ loquaris. Si apud romãos
narres cōtra iuſticiã:& ſi apud ſitbas mores barbaros rep̄hēdas.Poſtremo ſi id qđ agimus cũ eo
rũ qcũq; audiũt iudicaturi opinione cōſentiat.itaq; narrationē pbabilē eē dicit:ſi in ea ſint ſepte il
la qs:qd:cur ubi:qñ:quēadmodũ.quibus admĩculis:ſed cũ oĩa hic poſuerit:unũ nō poſuit.i.mo
dũ qđ ē quēadmodũ.Et recte modũ ĩter p̄cepta pbabilis narratōis nō poſuit.Nō.n.ĩ mōdo fides
it. cũ magis auxeſis crĩs.Et qm̃ p̄cepta hæc:& ad cōiecturã accōmodãda erãt:ubi factũ negatur
merito modus eē nō debuit qa modus nō excutit̃ niſi cũ factũ cōcedit̃.Cũ aũt ĩ cōiectura:ubi factũ
negatur oĩo eē nō poterit:multomagis alibi modus nō erit.Si aũt in reliquis ſtatibus fuerit auxeſis
facti erit nō pbabilis narrationis expoſitio.Ergo hic uideamus ſeptē illa abſq; ſolo mō. Perſona.ſi
perſonarũ dignitates ſeruabuntur.Cauſa:ſi cauſæ factorũ extabũt:Facultas ſi fuiſſe facultates uide
buntur.Tempus ſi tempus idoneum.locus.ſi locus oportunus. Videamus & opinionem quæ
his oĩbus quoq; a ci.addita ē.Si res & ad eorũ qui agent naturam:& ad uulgi morem:& ad eorũ
qui audiunt opinionē accōmodabitur.Si perſonarũ dignitates ſeruabuntur,nō honores ſed prout
queq; digna ſit.Si tempus idoneum.ſi ſpacii ſatis.Duo ſunt tempora.unum per ſpacium.i.per in
teruallum:Aliud per oportunitatē.Spaciũ ē.ut unus alter,multi dies.menſis menſes.anni.Opor
tunitas eſt occaſio ex hominũ actibus facta,ut bellum,pax, ludi,ſeditio.hoc eſt ergo qđ ait.Si tē-

pus idoneum ſi ſpacii ſatis. iam cum ait. Si tempus idoneum: oſtendit tempus e̅ per oportunitatē
Illud aūt præterea conſiderare oportebit: ſupra docuit quæ in narratione ſeruāda ſint. & quemad
modū faciēda. Nunc in ipſam narrationē quattuor præcepta dat: Q uæſtio eſt enim: an ubiq; nar-
randū ſit. Deinde ſi narrandū: quo loco narrandū. Poſtremo ſi ita narret: quēadmodū cauſa po-
ſtulet. Non ubiq; narrandū ē inquit. Et enim cum obeſt narratio pretereūda eſt. Et cum nihil ꝓdeſt
prætereūda ē. Deinde inquit uidendū ē: quo loco na rrandū ſit. Sepe enim poſt argumēta narrādū

illud aūt p̃terea cōſiderare oportebit. ne aut cū ob
ſit narratio. aut cū nihil ꝑſit iterponat̃. tūc. aut n̄
loco. aut nō quēadmodū cā poſtulat narretur ob
eſt tū cū ipſius rei geſte expoſitio magnā excipit
offenſionē. quā argumētādo & cām agendo leni
ter oportebit. Q uod cū acciderit mēbrati oporte
bit ꝑte rei geſtæ diſꝑgere in cām. & ad unāquāq;
rē cōfeſti rōnē accōmodare. ut uulneri præſto ſit
medicamētū. & odiū ſtati defenſio mitiget. Nihil
prodeſt narratio. tūc cū aut ab aduerſariis te expo
ſita nr̄a nihil intereſt. iteꝫ aut alio mō narrare aut
ab his qui audiūt ita tenet̃ negociū. ut nr̄a nihil i
terſit eos alio pacto docere. Q uod cum acciderit
omnino narratōe ſuperſedendū eſt. Nō loco dicit̃
cum nō in ea parte orōnis collocat̃ in qua res po-
ſtulet. quo de genere agemus cū de diſpoſitiōe di
cemus: nā hoc ad diſpoſitionē pertinet. Nō quem
admodū cauſa poſtulat narratur. cū aut id quod
aduerſario prodeſt dilucide & ornate exponitur:
ant qđ ipſum adiuuat obſcure dicit̃ & negligēter
Q uare ut hoc uitiū uitet̃ oīa torquenda ſunt ad
cōmodū ſuæ cāæ contraria quæ preteriri poterūt
pretereundo. que illius erunt leuiter attingendo
ſua diligēter: & enodate narrando. A c de narratō
ne quidem ſatis dictū uidetur. deinceps ad partitō
nem tranſeamus. Recte habita in cā partitio illu-
ſtrē & ꝑſpicuam totā efficit orationē. Eius partes
due ſunt: quaꝝ utraq; magnopere ad aperiendam
cām & ad conſtituendā pertinet cōtrouerſiā. V na
ꝑs eſt que quid cum aduerſariis cōueniat. & quid

eſt ut Ci. in miloniana fecit. Poſtrēo
ſecūdū cauſæ genus narrandum eſt:
ut quod non eſt prætereundum non
prætereas quod prætereundum præ
tereas. Obeſt tunc cū ipſius rei geſtæ
expoſitio magnā excipit offenſionem
Obeſt inquit narratio: ſi cū aperis: at
q; inſinuas rei geſtæ qualitatem neceſ
ſe habes tibi auditorem reddere infe-
ſum. Q uod cum contingit non con
texte inquit narrare debebis: nec cām
omnē iudicare: ſed ſingulas cauſæ ꝑ-
tes proponere: & his ſtatim argumēta
ſupponere: ut res dubia fidem ꝓ agē
tis accipiat uoluntate. Prætcrea īquit
cum nihil prodeſt narratio præteriri
debet. Nihil autem prodeſt narratio:
tum cum ita ab aduerſariis cauſa iudi
cibus expoſita eſt ut a nobis aliter nar-
randum non ſit. Deniq; iam ſupra di
ximus nō interdū opportuno loco po
ni narrationem. Verum hoc genus p̃
cepti differt ī id tempus: quo de diſpo
ſitione dicturus eſt. non quemadmo
dum cauſa poſtulat narratur. Præua
ricatio duobus modis fit ſi utilia nr̄æ
cauſe cum obſcuritate dicamuſ aut uti
lia aduerſariorum manifeſte: atq; ap
te proferamus. Verum hæc tunc ui-
tia ſunt ſi cum id facimus nihil nobis
prodeſt. Sepe enim prodeſt: ut tali p̃
uaricatione aliud quod uolumus obti
nere poſſumus. Nam ut obtineat Da
uus ne Chremes det filiam Pamphi
lo aperte narrat id quod contra Pā-
philū aperte narrat id quod contra.
pamphilum poterat uideri illum pe
regrinam amare: & filium ex ea ſuſce
piſſe. Nunc ſecundum ordinem po-
ſite narrationis ad partitionis prece-
pta ueniamus. Recte habita in cau
ſa ꝑtitio illuſtrē: & ꝑſpicuā totā efficit
orationē. Anteq̄ de p̄ceptis ꝑtitōis di
camus prius dicendū uī qđ interſit in
ter ꝑtitionē & diuiſionē. partitio ē totius cāæ ꝑ ꝑtes cōſtitutio: diuiſio ē rerum ſub partitione iacē
tium Verum hic hoc animaduertendum eſt: ut definitionem partitionis: non ab eo qđ faciat col
legerit. Recte inquit habita in cauſa partitio illuſtrem & perſpicuam totam efficit orationem. nar
rationes porro definitionem ab eo quid ſit ſcimus eſſe collectam. Narratio eſt rerum geſtarū: aut
ut geſtarum expoſitio. Dicit itaq; partitionem duas habere partes. Diſtributionem: & aliam quæ
oſtendit quid aduerſarii confiteantur. & quid in con entione uerſetur. Verum utrunq; harum par
tium duplex effectus eſt. Aperit cauſam & controuerſiam conſtituit. Aliud eſt. n. quod aperit cau
ſam: aliu d quod conſtituit controuerſiam. Namq; aperitur cauſa in narratione: in qua etiam ſi in
telligitur: quæ ſit. controuerſia: non tamen ab oratore conſtituit. C onſtituere eſt enim proponere
& dicere quid in controuerſia ſit. Ergo in narratione aperitur cauſa non conſtituitur controuerſia
At in partitione tā & ſi aperitur cauſa: tamen ſed utrunq; fiat. Nam aperi utiq; cauſam: quia par-
titur: quāq̄ alio cōſtituit̃ controuerſia: ut non modo aperit qua in narratiōe. Cū enim dicit dictu-

rus ſum de illo aperta eſt cā partitione: hoc eſt diſtributione. item in alia partitione cum dicitur illud manifeſtum ē non negatur. illud negatur utiq; aperit̄ cauſa: ſed partitione ut diximus in eo tamē & conſtituit̄ cōtrouerſia cū qd in confeſſione ſit docet quid in negatione. Alia aūt partitio: q̄ diſtributio nuncupatur: poteſt aperire tantū cām res enumerando. At cum uel uerba iungūt̄. uel oratio quæ dicat de his eſſe dicendū: tunc conſtituitur cōtrouerſia. Queſtor uerres fuit legatus p̄tor urbanus. prætor ſicilienſis. Hoc ſolū dicere aperire cauſam eſt: ſed partitione p̄ diſtributionem At uero illud adiungere q̄re hæc erit quadripartita diſtributio totius accuſationis meæ. hoc eſt conſtituere controuerſiam. Itaq; ut diximus partitio ſpecies habet duas. unā quæ quid cū aduerſariis conueniat docet & quid ī cōtrouerſia ſit. Alterā quæ diſtributōnem habet mēbrorū in reliquā oratōnem. illa ſuperior ſpecieſ cum ꝓpoſuerit qd conueniat ad ipſam ad ſe inclinat: ut p̄ ſe faciat id qd aduerſarius cōfitet̄. Poſtea uero ſubiūgit id quod ſit in cōtrouerſia. Facit hoc Cicero pro. Tullio. Dicā inq̄t uim factā. A. p. fabii familia. Aduerſarii nō negāt. Hic propoſuit: quod aduerſarii fateantur. Deinde ipſum pro ſe fecit dicendo dānum datum eſſe. M. Tullio. Concedis uici unam rem. item adiunxit alterā partem: in qua cōfeſſionē docet. cū dicitur. Ni hominibus armatis nō genas. Vici alterā poſt quidin cōtrouerſia ſit proponit cū dicit. Dolo malo factū negas: de hoc iudicium ē ſed q̄m nō in omni negocio aduerſarius fatetur illa altera adhibendi partitio: eſt: que diſtributio nūcupat̄: ubi totius cauſe membra ponuntur. Verum hæc membra aut ea ſunt quæ uere in eodem negocio continentur ut in uerrinis de quæſtura: de legatione: de pretura urbana de pretura ſicilienſi. Quā quadripartitā diſtributionē totius accuſationis ſuæ. Tul. eē dixit. item illa diſtributio de frumento quā fecit dicēdo emptū decumanū æſtimatū. Aut ſi partitio de ipſa cauſa nō ſumit̄: ea mēbra pōit orator quæ ipſæ igenio inuenit. & ſibi ipſa dicēda cōſtituit: nō ex negocii factis ad cām ſumptis. ſed argumentatōe oratoris ī cā collocatis: ut in diuinatōe. Ergo ſi ītelligo ſicut de pecuniis repetundis q̄ſtio ſit ſi nomē cuiuſpiā deferatur. Hæc duo in primis expectari oportere que maxime auctorē uelint hi: q eas iniurias paſſi ſint: & quem minime uelint hi: qui eas iniurias feciſſe arguant̄. itē pro ſexto Roſcio cū unum crimē ſit parricidii. Ac propterea unum negocium partitur: tamen Tullius non cauſam: ſed orationem dicendo in crimen audaciam & in potentiam. Criminis confictionē. Accuſator erutus ſuſcepit. Audaciæ partes Roſcii ſibi depopoſcerūt. Criſogonus autem potentia pugnat. Altera eſt: in qua rerum earum: de quibus erimus dicturi breuiter expoſitio ponitur. Partitionis duæ partes ſunt: una quæ quid cum aduerſariis cōueniat indicat: & qd in cōtrouerſia ſit demōſtrat. Altera quæ dicit̄ diſtributio. hæc eadē duplex. nā aut ea mēbra cōtinet: quæ in cā ſūt aut ea quæ ingenio fingit orator. Quibus dictis intelligat fore peroratū. Precipit in partitione completa nihil amplius dicamus præter concluſionem. Quæ partitio quid conueniat: aut quid nō conueniat: oſtēdit. in hac partitione id quod aduerſarius cōfitet̄ ad cauſæ noſtre cōmodū nos docet inclinare debere. Et dat exemplum. Si dicat accuſator matrem occiſam ab Oreſte filio conſtat. iam cum ait matrem a filio conſtat occiſam: id quod aduerſarius confitetur ad ſe inclinat. Cōſideratione enim ſanguinis non uidetur debuiſſe a filio matrem occidi. Deinde ſi dicat Oreſtes uel eius defenſor conſtat a Clytemneſtra Agamēnonem maritum occiſum confeſſionem aduerſarii ſine dubio ad ſe inclinat. Conſideratione enim iuris occidi maritus ab uxore non debuit. iam quid in controuerſia ſit ex iudicatione colligitur: ideſt an recte Oreſtes matrem occiderit: cum illa patrem occiderit Oreſtis: Quare accuſatoris talis erit partitio. interfectam matrem a filio: cū aduerſariis mihi cōuenit: cum illa occiderit Agamēnonē: an a filio occidi debuerit. Queſtio ē rei uero talis erit partitio. interfecta a Clytēneſtra Agamēnonē cōuenit: an a filio Clytēneſtra debuerit occidi. quæſtio ē: quæ aūt partitio rerū diſtributarū cōtinet expoſitionē: hæc habere debet breuitatē abſolutionem paucitatem. in oī diſtributione. ſiue quā habet orator ī mēbris negocii: ſiue q̄ in mēbris: quæ ipſe format & fingit dicēda ſuare d̄bet hæc tria: breuitatē: abſolutōnē: paucitatē. breuitas ī uerbis ē

in cōtrouerſia relinquat̄ oſtēdit. ex qua certū qdam deſtinat̄. auditori: ī quo animū debeat habere occupatū. Altera ē in qua rerū earum de q̄bus erimus dicturi breuiter expoſitio pōit̄ diſtributa ex qua cōficit̄: ut certas aīo res teneat auditor: q̄bus dictis peroratū fore ītelligat. Nūc utroq; genere partitōis: queādmodū cōueniat uti breuiter dicendū uidet̄. Que partitio qd cōueniat: aut qd nō cōueniat oſtēdit. Sed debet illud qd cōuenit ī clinare ad ſue cāe cōmodum hoc modo. interfectā eſſe matrem a filio cōuenit mihi cum aduerſariis item a Clitēneſtra interfectū Agamēnonem conuenit: nā hic uterq; & id poſuit. quod cōueniebat & tamē ſue cauſe cōſuluit cōmodo. Deīde qd cōtrouerſie ſit ponēdū ē in iudicationis expoſitione que queādmodū inueniret̄ ante dictū ē: que autē partitio rerū indiſtributarum cōtinet expoſitionē hec habere d̄bet breuitatē abſolutionē: paucitatē

abſolutio in toto: paucitas in generibus. Breuitas eſt cum niſi neceſſarium nullum aſſumitur uer
bũ: ut ſi ſic partiamur dicemus de decumano frumẽto; deinde de empto. poſtremo de æſtimato:
nũc dicemus de decumano frumẽto. Deinde ubi maius eſt crimen de eo: quod ſolet publicis pre-
ciis cõparari. Poſtremo ubi nihil auaritia uerris in tactũ reliquit: dicemus etiam de æſtimato fru-
mẽto Hæc itaq; ſuperflua uerborũ in breuitate partitionis uitare debemus: ut animus auditoris nõ
uerbis: ſed rebus potius occupetur. Hæc in hoc genere icc irco eſt utilis: in hoc genere ideſt in diſtri

Breuitas ẽ cum nihil neceſſarium nullũ aſſumit̃
uerbũ: hæ in hoc genere: iccirco utilis ẽ: qđ ipĩs
rebus & partibus cãe non uerbis: neq; extraneis
ornamẽtis ani nus auditoris tenẽdus ẽ. Abſolu-
tio ẽ p quã oĩa: que incidũt in cãm genere. de qui
bus dicẽdũ ẽ ãplectimur. in qua ptitõe uidendũ
ẽ: ne aut aliquod gen9 utile relinquat̃ aut ſero ex
tra partitionẽ id quod uitioſiſſimũ ac turpiſſimũ
ẽ inferatur: Paucitas in partitionẽ ſeruatur: ſi ge
nera ĩparũ rerũ ponuntur: neq; permixte cũ parti
bus implicãtur. Nã genus ẽ quod pl̃es ptes ãple
ctitur: ut aĩal pars ẽ quæ ſubeſt generi: ut equus
ſed eadẽ res ſepe aliĩ gẽus. aliĩ pars eẽ põt. Nã hõ
pars aĩalis eſt thebãi aut troiani genus. Hec igit̃
diligẽtius inducit̃ deſcriptõ ut a pte itellecta gnã
li partitõe paucitaſ generũ in partitõe ſuari poſſit

butiõe breuitas utilis ẽ ad animos au
ditorũ nõ uerbis: ſed rebus potius oc
cupãdos. Abſolutio eſt: per quam
omnia quæ incidũt in cauſam gene-
ra: de quibus dicendum eſt amplecti
mur. Abſolutionem tunc facimus ſi
omnia quæ incidunt in cauſam par-
ri ntes ponamas. Hæc quæ incidunt
omnia nũc ſpeciebus confici poſſunt
nũc generibus: quoniam autem ſpe-
cierũ maior eſt multi udo: anguſtior
generũ uis & natura quippe cum ge-
nus multas in ſe ſpecies contineat: q
facit partitionem de ſpeciebus oĩbus
cauſæ incidentibus abſolutionẽ qui-
dẽ ſeruat quod omnis ſpecies in par-
titione pponit: ſed peccat: quod ſpe-
cierum latior diſtributio eſt & in par
titione amplius quam quattuor par-
tes omnino eſſe non debent. Ergo ut
abſolutio melius ĩ diſtributione ſerue
tur: ſpecies illæ ad genera reſeruãdæ
ſunt: ut paucis generibus cum ſpecies
omnis complexi fuerimus abſolutio-
nem conficiamus: quod omnia & paucitatẽ qđ genera: quæ incidunt ĩ cãm in diſtributõe colloca
mus: ne aut utile aliqd genus ꝑtereamus: ut poſtea cãæ quod ẽ uitioſius inferamus. Paucitas in pti
tõe ſeruat̃: ſi genera ipſa rerũ ponũt̃. Tũc iqt pauca in partitione collocamus cũ qd ſit genus qd ſit
ſpecies iã ſcimus: nec cũ generibus ſpẽs ĩplicemus. Itaq; ſi ſtudere uolumus paucitati ẽt genera pau
ca ĩ ptitione collocare debemus. Nã genus ẽ quod plures ptes amplectitur ut animal. Pars eſt que
ſubeſt generi ut equus ON greci ſubſtãtiæ & accidẽti genus ponũt. ſed non bene pars enĩ oĩs gene
ri ſuo ſimilis eſſe debet. Subſtantia porro res ẽ: quæ aliis rebus ſubeſt capax accidentium qualitatũ
Deinde accidens ẽ id quod in ſubſtantia cadit. Q uare qm̃ illđ ſuperius ON utrunq; eẽ non poteſt
non recte ſubſtantiæ & accidenti genus factum eſt. Ergo qm̃ præcipimus: ut ſpecies generi ſemper
ſimilis eſſe debeat uideamus: ubi hic. Cice. quaſi uideatur erraſſe. Non poſuit hominem reſpectu
duplici ut ad inferiora genus ſit ad ſuperiora ſpecies: huic animal prepoſuit ut ſpeciem faceret id
quod homo cum id ipſum genus uellet oſtendere: quod homo eſt ſubiicit huic ſpeciem romanũ
thebanum. Nõne uidetur eẽ uitioſum. quod cum homo ſubſtantia ſit: romanus autem aut theba
nus accidẽs. Et enim parum recta ſubiectio eſt ſub eo quod ſubſtantia ſit id quod ẽ accidens collo-
cari: nam rectum illud præceptum eſt in faciendis generibus & ſpeciebus & indiuiduis: rẽ aut ſub
ſtantialem in omnibus eſſe ſeruandam: aut accidẽtalem: ut cum in genere ſit ſubſtantia & ĩ gene-
re: & in ſpecie & indiuiduo ſit. Animal namq; ſubſtantia eſt. huic cum ſuppono ſpeciem ſubſtãtia
eẽ debet: ſuppono autem hominem. Item cum ſuppono homini Ci. ſubſtantiã pono. Sic factum
eſt: ut in oĩbus ſubſtantia ſeruaretur pari rõne: ſi id quod ẽ accidens fuerit etiam ſpecies accidẽs de
beo collocare. Pariter & ĩdiuiduum ut genus ponam colorem. Accidit enim color corpori huic
cum ſuppono ſpeciem: album: uel nigrum intelligo. & hoc quoq; accidens eſſe: Eritq; et ſimilis
ratio: cum ſub albo pono hoc albũ: quod ẽ indiuiduũ. indiuiduũ ẽ quod oculis: digitoq; monſtra
tur. Ergo & albũ & color accidẽtia cũcta ſunt corporis. ſ. Q uãobrem romanus & thebanus acci-
dẽtia ſunt. Accidũt enim ſubſtãtie cuilibet: aut homini aut equo Cicero uero hominẽ ponit. i. ſub
ſtantiã & recte facit huit genus dãdo animal. namq; animal ſubſtãtia eſt. Nõ recte aũt cũ hominis
ſpecie ſupponeret thebanũ. & troianũ ſupponit: qm̃ hec ut diximus accidẽtia ſunt: ſed hoc fruſtra
ĩ qõnẽ uenit; licet enĩ id quod accides e poni in ſubſtãtiã cũ eo ĩpo ſibi copulato: cui ſupponit̃ ut pu
ta homo ut diximus aĩalis ſpecies ẽ hominis uero ſpecies ẽ thebanus quod ẽ accidẽs hic nõ theba
nũ ſolũ audire debeo: ſed hominẽ thebanũ: ut imul cũ thebano: & hominẽ audiẽdo faciã id qđ ẽ
accidẽs ſubſtãtiale. Q uare Cic. recte hominẽ animalis ſpeciẽ poſuit. & genus: thebanũ aut Troia
ni hominis: ſcilicet. itaq; inqt: ideo diligentius genera & ſpecies generum definire uolumus: ut
ĩtellectis aperte generibus quo breuior ſit partitio ẽt genera pauca in partitõe eadem collocemus



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nam qui ita partitur oſtendam propter cupiditatẽ & audaciam & auaritiam aduerſariorum om-
nia incommoda ad rempu. perueniſſe. In partitione quæ dicitur diſtributio tria ſemp. dicit eẽ ſer
uanda: breuitatẽ abſolutionẽ: paucitatem. Breuitas in uerbis eſt. Abſolutio ut omnia genera quæ
in cauſam incidunt ĩ partitione ponamus. Paucitas ut ſola uerum genera que partium genera ſũt
abſq; partibus ſuis in partitione ponamus: & que genera partes aliorum generum eſſe nõ poſſunt
Nunc itaq; de paucitate tractatus eſt: & dat exemplum uitioſæ diſtributõis: ideſt in qua genus &
pars eius ſimul poſita ſunt. Nam qui
ita inquit partitur. Oſtendendã ꝑpter
cupiditatem & audaciam aduerſario
rum is inquit errauit. Et enim pauci-
tatem ſeruare neſciunt ſiquidem non
ſola rerum genera poſuit: ſed genus
& partem generis. Cupiditas. n. ge-
nus ẽ: pars cupiditatis auaritia: ergo ĩ
ſuperioribus quod faciendum eſſet:
oſtendit nunc quid non faciendum.
Et hæc fere bipartita preceptorũ om
nium diſciplina eſt. Hoc igitur uitan-
dum eſt ne cum genus poſueris eius:
ſpeciem ſicuti aliquam diuerſam ac-
diſſimilem partem ponas in eadem
partitione. Hoc igitur uitandum eſt:
ut ſciamus nunc illud præcipi: quod
faciendum non ſit: quod ſit in genus
plures incident partes: id quod cum
in prima partitõne cauſæ erit ſimpli-
citer expoſitum: Genera inquit ipa re
rum in partitione ponenda ſunt: ſed
ſi cui generi partes ſuas fuerit neceſſe
ſupponi. Poſtquam inquit partitione
cœpimus exequi: & ad id genus ue-
nerimus: tunc nos partes eius conue-
nit explicare. In partitione tamen par
tes in genere iungere nõ debemus. In
tractatibus qõnũ dbemus de generiſ
partibus diſputare. Atq; illud quoq;
ptinet ad paucitatẽ: qm̃ de paucitate:
tractatus eſt: atq; illud quoq; pertinet
ad paucitatẽ inqt: ne plura quam ſatis
non demonſtraturos eẽ dicamus hoc
modo inquit. Oſtendam aduerſarios
qđ arguimus: & uoluiſſe & potuiſſe
& feciſſe cum in tertio cũcta ſint. Deĩ
de inquit cũ ſimplex quiddã in cõtro-
uerſia ſit: nos tñ diſtributione utamur
Ac ſunt alia quoq; precepta partitio
nũ que ad hũc uſum oratoriũ tantope
re pertineant. Oſtendit ptitionũ mul
ta eẽ alia precepta: ſed tamen que ad
philoſophiã: ñ que ad rhetoricã perti
neãt: Ad philoſophiã ĩquit: de q̃ hec
ipſa p̃cepta tranſtulimus! ideo inquit
quia nihil horũ in reliquis artibus ĩue
nimus Oſtẽdit hec de partitione p̃ce
pta latinos nũq̃ habuiſſe ĩ artibus ſuis
ſe primũ trãſtuliſſe de grecis: atq; his
de partitõe p̃ceptis ĩ omni dictõe me
opor. Ad extremũ hoc dat ĩ partitõe
p̃ceptũ: ut quod primum in partitiõe
ponimus id primum aggrediamur
& explicemus quod ſecundum ponimus ut ſecundo aggrediamur loco q; tertium: tertio po-
ſtremo: finitis per ordinem ſuum partibus dictionem omnẽ. extremis epilogis concludamus.

Nã q ita patitur oſtendã ꝑpter cupiditatẽ. & au-
daciã & auaritiã aduerſarioꝝ oĩa incõmoda ad rẽ
pu. pueniſſe is nõ intellexit: in partitõe expoſito
genere partem ſe generis admiſcuiſſe. Nã genus
eſt oĩum nimiꝝ libidinũ cupiditas. Eius aũt ge-
neris ſine dubio pars eſt auaritia. hoc igit̃ uitãdũ
eſt ne cuius genus poſueris eius ſecũ ſicuti aliđ
diuiſã ptẽ ac diſſilẽm põas in eadẽ ptitõe. Q đ ſi
qdem in gen⁹ pl̃es incident partes id cũ ĩ pria cãe
partitiõe erit ſimpl̃r expoſitũ diſtribuet̃ eo tẽpore
cõmodiſſime. cũ ad ipm uẽtũ erit explicandũ in
cãe dictione poſt partitionẽ: atq; illud quoq; pti
net ad paucitatẽ: ne aut pl̃a: q̃ ſatis ẽ demõſtratu
ros nos eẽ dicãus. hoc mõ. Oſtẽdã aduerſarios id
qđ arguimus & potuiſſet facere: & uoluiſſe & fe
ciſſe nã feciſſe ſatis ẽ oſtẽdere aut cũ in cã ptitio
nl̃la ſit: & cũ qddã ſimplex agat̃ tñ utãt̃ diſtribu
tõe: idq; perraro poterit accidere. Ac ſũt alia quo
q; p̃cepta ptõnũ: que ad hũc uſũ oratoriã nõ tãto
pere ptineãt que uerſãt̃ ĩ philoſophia ex qb⁹ hec
ipſa trãſtulim⁹: q̃ couenire uidebãt̃. ut quoꝝ ni
hil ĩ ceteris artibus ĩueĩebamus: atq; his de ptitõ
ne p̃ceptis ĩ oĩ dictõe meminiſſe oportebit. ut &
pria queq; ps ut expoſita ẽ ĩ ptitõe ſic ordie trãſi-
gat̃ & oib⁹ explicatiſ poratũ ſit hoc mõ: ut ne qd
poſteri⁹ p̃ter cõcluſionẽ ĩferat̃. Partit̃ ãt apud.
Terẽ. breuiter & cõmode ſenex ĩ ãdria q cogno-
ſcẽ libtũ uelit eo pcõ & uitã nati & cõſiliũ meum
cognoſces & qd facẽ ĩ hac: re te uelit itaq; queãd
modũ ĩ ptitõe expoſuit: ita narrat primũ nati ui-
tã hoc mõ. nã is poſtq̃ exceſſit ex ephebis ſoſiali
beri⁹ uiuẽdi fuit ptãs: deiñ ſuũ cõſiliũ & nũc id
opãdo. deiñ qd ſoſiã uelit facẽ id qđ extremũ po-
ſuit ĩ ptitõe poſtremũ dicit nũc tuũ ẽ officiũ quẽ
admodũ igr̃ hic & ad primã ptẽ q̃ acceſſit & oib⁹
abſolutis finẽ dicẽdi fecit: ſic nobis placet ad ſin
gl̃as ptes accedẽ: & oibus abſolutiſ porare: nũc
de cõfirmatõe deinceps ita ut ordo ipſe poſtulat

precipiẽdũ uidet᷑.

## De cõfirmatione.

Onfirmatio ẽ per quã argumẽtãdo noſtre cãe fidẽ & auctoritatẽ & firmamẽtũ adiũgit oratio. Huius ptis certa ſũt pcepta que ĩ ſingula cãꝝ genera diuidẽt᷑. Verũtñ nõ incõmodũ ur᷑ quandã ſiluã atqꝫ mãm uniuerſam añ permixtam: & cõfuſam exponere oĩum argumẽtatõum Poſt aũt tradere quẽadmodũ unũquodqꝫ cãe genus hinc oĩbus argumẽtandi rõibus tractatis cõfirmari oporteat oẽs res: argumẽtando cõfirmãt᷑: aut ex eo quod perſonis. aut ex eo quod negociiſ attributũ eſt ac perſonis has tres attributas putamus nomẽ: nãm uictũ. formã: habitũ affectio

Onfirmatio ẽ per quã argumẽtando noſtræ cauſæ fidẽ & auctoritatẽ & firmamẽtũ adiũgit oratio. Definitio cõfirmatõis nõ per id quod ẽ: ſed p id quod facit. Et ꝙ ait noſtræ cãæ cõe præceptũ ẽ tã defenſoris ꝗ accuſatoris. Vtarqꝫ. n. utroqꝫ ſemper utit᷑. i. & cõfirmatõe & reprehẽſione. Scire aũt debemus exordiũ: narratõem: partitionẽ: & cõcluſionẽ: in oĩbus cãe generibus: uel cõſtitutõibus generali diſciplina eadẽ pcepta retinere. Cõfirmatõem uero & reprehẽſionẽ per ſingula cãrũ genera; uel ſingulas cõſtitutões diuerſa & ꝓpria ſemper habere pcepta: Nunc itaqꝫ iuxta ordinẽ partiuni poſt partitionẽ tractat de cõfirmatione. Et qm̃ ut ſupra diximus ĩ ſingulis cauſarũ generibus: uel conſtitutõibus diuerſa & ꝓpria habet precepta: quia mora ẽ ut per ſingulas cõfirmationis ſpecies pcepta dicant᷑ generaliter & cõfuſe pcipit: qbus de locis argumentãdi rationibus tractis in omni cauſarũ genere: uel in omnibuſ ſimul cõſtitutõibus confirmatio effici poſſit. Et hoc in primo libro agitur. i ut omne genus: formãqꝫ cauſarum: quædam cõitas argumentationũ uel ut ſilua ponatur. Secundus autem liber hoc cõtinet. ut in ſingulis cauſarũ generibus ac formis ꝓpria & certa diuerſa: & precepta ſeparẽt᷑: de primo libro cũctis argumẽtandi rõibus tractis per quã argumentando . Hoc enĩ ꝓpriũ ẽ cõfirmatõis. Alioqn & narratio fidẽ facit: ſed nõ argumẽtãdo fidẽ & auctoritatẽ & firmamẽtũ. Fides ẽ argumẽtũ: quo crimẽ pbamus. i. fidẽ crimini faciamus auctoritas ẽ argumentũ uerius atqꝫ hõeſtius: & cui quaſi neceſſe habeat credi. Firmamẽtũ ẽ creberrima argumẽtatio. Oẽs res argumẽtãdo cõfirmãt᷑: aut ex eo ꝙ pſonis: aut ex eo ꝙ negociis ẽ attributũ. Oĩs res argumẽtãdo cõfirmat᷑: ſed quæ in ẽ: quæ cã dicit᷑: cuius cãe iſta definitio ẽ. lis cũ certa perſona. Hec qdem omnis res ex illis ſeptẽ locis argumẽta cõtrahit. qs: qd: cur: ubi: quãdo quẽadmodũ qbus adminiculis. Verũ ex his duo pria omnẽ uim argumẽtatõiſ continent quinqꝫ reliqua ſecundo ſubiacent: itaqꝫ duo hec prima qs & qd apertioribus nominibus: Ci. & ad opus uicinioribus nũcupat: ideſt perſonã & dictũ factũ ne quod negociũ ẽ. Itaqꝫ oĩs res cõfirmat᷑: aut ex attributis perſone argumẽtis ſumptis: aut ex attributis negocio. Perſonis aũt attributa ſunt undecim nomẽ: natura uictus forma habitus affectio: ſtudiũ cõſilia: facta: caſus: oratões. itaqꝫ ſi hec oĩa attributa pſone ſunt quæ ſit ipſa pſona uideamus. Nomẽ eẽ nõ põt. qa primũ attributũ pſone ẽ. Homo eẽ nõ põt quia nature perſone attributũ ẽ: & natura mortaliũ ĩ duo diuiditur: in hominibus & in feras. Quæ eſt ergo pſona. illa. ſ. quæ in ꝓnominibus finitis ẽ: ut ego: tu ille: hic: hæc: hoc: itaqꝫ ex perſona nulla argumẽtatio põt ſumi: cũ enĩ dixero: hic ꝙ argumẽtũ feci. Ex attributis aũt perſone ſumit᷑ oĩs argumẽtatio breuiter uel ſub diſtributa: p quæ ſe aperit: & qbus ĩpletur ipſa perſona attributis ſuis. igit᷑ pſonarũ omniũ uis pbat᷑. Nomẽ ẽ quod unicuiqꝫ perſonæ tribuitur quo ſuo quæqꝫ ꝓprio & certo uocabulo appellãt᷑: anteꝗ ad hoc nomẽ. quod definiẽdũ eſt ueniamus prius de ſignificãtia nominis dicamus. Nomẽ hoc: qd᷑ ſonat nomẽ quattuor ſignificantia habet. Vna talis eſt quæ ĩ ẽ appellatõe rerũ omniũ. Verba aũt noſtra oĩa rerũ noĩa ſunt: ut ſalio: curro. Vtiqꝫ his oĩbus noĩbus res ſignificãtur. Vnde multi illũ ſapientiſſimũ: ac beatiſſimũ eẽ dixerũt q rebus noĩa ĩpoſuit. Certe ut ſciamus oẽs partes orationis. i. omne qd loqmur noĩa eẽ rerũ: cũ de Sybille reſponſis ageretur . in reſpõſis ãt oĩs octo partes orationis fuerint neceſſe eẽ: qd᷑ ait Vergilius. Foliiſqꝫ notas & nomina mãdat. Ergo hæc una ſignificãtia noĩs ẽ: quæ in oĩum uerborũ appellatõe ẽ. Alia nominis ſignificantia talis ẽ: ꝗ unã parte orõnis ex octo ptibus orõnis: uidemus eẽ ſignatã: ut nomẽ: ꝓnomẽ: uerbũ. Tertia noĩs ꝓprii: ut hoĩs ut deoꝶ. Quarta aũt hec qdripartita ẽ: qua unaquæqꝫ perſona ſine alterius cõione ſignat᷑. Et ut ſciamus unã de qttuor hãc eẽ ſignificationẽ noĩs. ſic ꝓpoſuit ut oſtenderet: qd nomẽ eſſet definiturus. Nomẽ ẽ inqt: qd unicuiqꝫ pſone. quo queqꝫ ſuo ꝓprio & certo uocabulo appellatur. Ergo ut ꝓpriũ perſone: hoc nomẽ & certũ ſit: per quattuor tẽditur: prenomẽ nomẽ cognomẽ: agnomẽ. prænomẽ porro interdũ una. interdũ duabus interdũ tribus litteris cõtinetur ut. C. Gaius: GN. genus ut ſextus. fuitqꝫ nõnulla apud maiores noſtros prænominis ratio . nã & qntũ ideo dixerunt ꝙ quinto forraſſis loco natus eẽt. & luciũ ideo. ꝙ fortaſſe eẽ initio lucis exortus Verũ qm̃ hæc apud nos ratio nihil ualet. Argumẽtũ de prænomine nõ quærimus. Que nomen porro maiorũ ẽ tractũ ex familia uel ſanguine. ut Tullius Cornelius ex corneliis nomen aut ꝓpriũ perſone eſt. ut Cicero. ut Scipio. iam agnomen extrinſecus uenit. euenit tribus modis aut ex animo aut ex corpore. aut ex forma. Ex animo ſicuti ſuperbus. & plus ex corpore ſicuti Craſſus & pulcher

Ex fortuna ſicut aphricanus & creticus. Quattuor his itaq; partibus perſone proprium: & certū nomē includit. Prenomine. noīe: cognomīe: agnomine: ut Publius prænomē: nomen. Scipio: Cornelius cognomē: aphricanus agnomē. Argumentū aūt ſi neceſſe fuerit in tribus queremus: in noīe cognomīe: agnomine. itaq; definitōis iſtius hæc ē ꝓpoſitio. Nomē eſt cuiq; pſonæ; deinde hinc icipit definitio: quo quæq; ſuo. i. uocabulo: ſed ꝙ ſuū eſt ꝑt eē cōe cū fratribus. cū ꝓpinqs: ut: Tul. Multi. n. itaq; Tullii: qa nomen ex ſanguine eſt: deinde addit ꝓprio. Rurſus & uocabulū ꝓ-

nē: ſtudia: cōſilia: facta: caſus: oratōes. Nomē eſt quod unicuiq; pſone attribuit: quo ſuo quoq; ꝓprio & certo uocabulo appellat ipam naturā diffiniri difficile ē. Partes aūt eius enūerare eas quarū idigemus. ad hāc ꝓceptionē facilius ē. hæ [illegible] diuino parti: partim mortali in genere uerſantur Mortaliū aūt ps i hoīnū. pars in beſtiarū genere nūerat: atq; hoīnū genus in ſexu cōſiderat: uirile an muliebre ſit. & i natōe. pria: cognatōe etate. Natōe græcꝰ an barbarꝰ. Pria athenīēſis: an lacedemōiꝰ. Cognatōe qbꝰ maioribꝰ qbꝰ cōſāguieis Aetate puer an adoleſcēs. Natu grādior an ſenex

priū ꝑt eſſe cōe. ut Cice. propriū uocabulū: ſed tñ multi poſſunt eē Cicerones. Itaq; addidit certū. ſ. quod ex oībus quattuor conſtat. quo uniuſcuiuſq; perſonæ uerum & non niſi eius poſſit nomen itelligi: & recte certum nomen: iterdum enim ex libidine & quadā obtrectatōe nomen impōitur ut illud i Salu. Tyrānumq; & Cynnā appellātes. Itaq; huiuſmodi nomē certū eſſe nō pōt. Quotienſcunq; aūt ſpecialiter aliquid uolumus icludere his tribus includimus ſuo proprio certo: ut Tullius. Suis cū certis propriiſq; crimībus accuſabo. Naturā ipam definire difficile eſt. Partes autē eius enumerare eas quarum indigemus: ad hanc preceptionem facilins ē: hec eſt ratio ut difficilis ſit nature definitio: Et enim apud ſapientes contentio eſt. qd prius deus: an natura. Si natura prior eſt: ergo deus natus ē: atq deus naſci n̄ potuit. Rurſus ſi deus prior ē: nata ē nā: qd ſi naſci potuit nā icipit n̄ eē nā itaq; nāæ difficilis definitio ē. Difficilis definitio nāæ ſecūdū Platonē: uł alios ſapiētes iqt. Aliogn oñdit poſſe dfiniri: deniq; ſapiētes qdā ſic definiere nām. Nā ē ignis artifex qdā uia uadēs i res ſēſibilēs pcreādas. Et ei māifeſtū ē oīa pricipe igne generari. Plato aūt ſic definiuit. Nā ē dei uolūtas: & iter ceteras: hec magis ꝓbāda definitio. Na ſi deus & nā ita ſunt ut ex his alterū prius nō ſit neceſſe eſt aūt ex prio naſci: qd ſecūdū ē: deinde ſi qd naſcit: nec deus ē nec nā. Recte naturā dei dixit eē uolūtatē. Deus enī ſp uoluerit & uelit neceſſe ē. itaq; qm̄ naſci nā nō potuit. ſed dei uolūtas eſt. ut deus naſci nō potuit: nec nā. Illud aūt ſcire debemus nām illud eē qd mūdū ultra mūdū nām non eē. ſed deū. Volūtatē aūt dei. q̄ mūdus ē eandē eē nām. Itaq; hic Ci. nāe pricipalē definitionē dimiſit. dixit aūt eē difficilē. Partes aūt eius enūerat. ſed quarū inqt idigemus. Nā aīalis. inaīalis diuina mortalis hoīnū beſtiarꝝ. aī. corporis Extrinſecus itaq; partē illā nāe reliqt. quæ i aīalia generāt: neq;. n. eius idiget. q rhetoricā ſcribit illius aūt nature ptes exeqtur. quæ motu ſuo in rebus agit aliqd. i. quæ uiuit. Et enī ille q rhetoricā ſcribit ꝓceptis ſuis pſonā debet includere. Perſona aūt hō. Huius itaq; nature indigemus in qua hō. Hæc igitur natura quæ motu ſuo in rebus aliquid agit pricipaliter in duo ſcinditur. i diuinā naturā. & i mortalē. Ac diuina quidē natura ad rhetoricā nō ptinet & iō hanc omiſit: ſciri tñ debet: quia loco argumenti ſæpe rerū diuinarū inducitur diſputatio. ut illud ē q̄ res faciat. ut uigeamus q̄ ur occidamus. ſed hoc ad rhetoricā. nō tñ ex rhetorica deſcendit. itaq; cōferet ſe ad mortalē naturā. Rurſuſq; hanc in duo diuidit. in hoīes & in beſtias. Omne qd extra hoīnē uiuit cū aīa & corpore beſtias nominauit. Remoueamus itaq̄ & naturā illā mortalē q̄ beſtiarꝝ ē. hāc q ſolū iſpiciamus in q̄: hoīnes ſunt. & de eadē natura circa certā pſonā inuenta dupliciter argumenta capiamus. Et enī ea quæ i hoīs ſunt natura: nunc tm̄ nature ſunt. nunc ita nature ut & induſtrie uel artis eē credantur. Triplicit aūt debemus in hoīe inſpicere: atq̄ explorare naturā. que ſit natura animi. quæ corporis. quæ extrinſecus. Rerū quæ in hoīe extrinſecus ſunt ea tm̄. nature ſunt. quæ aūt i hoīe aī uel corporis ſunt. ea & nature poſſunt eē & diſciplinæ. itaq̄ primū uideamus que natura i hoīe ſit. Extrinſecus ut ſexus. Sexus eī tm̄ nature eſt. nec ex diſciplina pōt aliq̄do. cōtingere. ita & natio. & pria & cognatio: & ætas tm̄ nāe ſunt. Natio ē inqt ut cōſideres utrꝝ grecus ſit. an barbarus. hoc ſecundū ipoꝝ grecoꝝ ſnīam. qui abſq; ſe reliquos barbaros appellabāt Pria ē iquit ut cōſideres athenīēſis an. lacedæmonius. aquilenſis. an mediolanenſis ſit. Cognatio ē inquit ut cōſideres quibus maioribus oriūdus ſit. uñ ſanguinē ducat. ſitq; hinc optimū. ut illud ē i Ver. Bellum ne inferre paratis laomedōtiadæ. ſed & hoc argumentū q̄ſi ex noīe fieri ur. ꝙ ait laomedontiadæ. cū hic ex natura colligenda nobis inſinuat argumenta. Hoc itaq; intereſt. ꝙ in noīe. ex ſono ipſo noīs colligamus argumentū. ut ex uerre ꝙ euertat prouinciā. in natura aūt. non ex nominis ſono: ſed ex eius actu. uel moribus. cuius nomē eſt colligimus argumentū. Et enī cum dicimus laomedōtiadæ in ſono noīs nihil eſt. in actu aūt laomedontis perfide poſitum eſt argumētū. Aetatē aūt inqt iſpicere debemus utrū puer ſit an grādior. an ſenex ut cuicunq; ætati crimē: ꝙ agſt aut conuenire. aut nō conueuire doceamus. Hec de his quæ extrinſecus ſunt. quæ tm̄ nature ſunt.

Nũc uenit ad ea quæ corporis & aĩ ſunt: & quæ tã naturæ quã diſcipliæ eẽ poſſint. Etenim inter-
dũ ꝑ ſe multũ ualet natura. Interdũ tenuis. & infirma ẽ: diſciplina. n. uel uſu ſæpe mutaẽ. Enume
rat itaq;. quæ iſta ſint ueluti cõia ut cõſideremus utrũ aliquis ualẽs an imbecillis ſit lõgus an breuis
formoſus an deformis uelox an tardus. Hæc oĩa corporis ſunt quæ facile uidemus ſæpe hoĩbus:
ex natura ſæpe ex arte cõtingere. Deinde inquit debemus inſpicere memor: an obliuioſus ſit. Co-
mis. Officioſus. Prudẽs: Patiẽs: an cõtra: Hæc rurſus oĩa aĩ ſũt: quæ ſimiliter uidemus tã ex natu

Præterea cõmoda & icõmoda cõſiderãẽ ab natu
ra data aĩo aut corpori hoc mõ: ualẽs an ĩbecilliſ
lõgꝰ an breuis. formoſus an deformis: uelox an
tardꝰ ſit: acutꝰ an hebetior: mẽor an obliuioſꝰ
comis officioſꝰ prudẽs patiẽs an cõtra & oĩa q̃
a nã dãẽ aĩo & corpi ĩ natura cõſiderãda ſũt. Nã
q̃ ĩduſtriæ cõparãẽ ad hĩtũ ꝑtinẽt de quo poſteri
us dicẽdũ ẽ. In uictu cõſiderare oportet apd̃ quoſ
& quo more & cuiꝰ arbitratu ſit educatꝰ quos
habuerit artiũ liberaliũ magiſtros quos uiuẽdi
ꝓceptores q̃bus amicis utaẽ quo ĩ negotio q̃ſtu
artificio ſit occupatus q̃uo rẽ familiarẽ admini-
ſtrat q̃ cõſuetudĩe domeſtica ſit. In fortũa q̃riẽ ſ
uus an liber pecũioſꝰ an tẽuis ꝓuatꝰ an cũ pote
ſtate ſi cũ ꝑtãte iuẽ an ĩiuria fœlix an clarꝰ an cõ
tra q̃les libos hẽat. At ſi d̃ ñ uiuo q̃riẽ ẽt q̃li mor
te ſit affectꝰ erit cõſid̃randũ. Hĩtũ ãt appelãus aĩ
aut corpis cõſtãteſ & abſolutã aliq̃ ĩ re ꝑfectionẽ

ra nobis quã ex arte ꝓuenire. Verum
cuncta iſta inq̃t quæ aĩæ & corporis
ſunt q̃q̃ ſæpe ex diſciplina: uel arte cõ
tingat: tñ qualia. uel quanta ſint nõ ni
ſi in ſola natura cõſiderare debemus
Ea aũt quæ induſtria cõparanẽ ĩ habi
tu rectius cõſiderabimus. In uictu cõ
ſiderare oportet apud quos: & quo
moẽ & cuius arbitratu ſit educatus ui
ctus hoĩs eſt omne illud tp̃s a pueritia
uſq; ad id q̃d agit uel quo de agiẽ. Ita
q; cõſiderare debemus nõ apud quos
natus ſit ꝙ naturæ ẽ ſed apd̃ quos edu
catus ſit unde incipit uictus apd̃ quos
inq̃t. Intereſt. n. ĩſpicere illorũ uitam
apud quos educatus ſit. ex his. n. uiuẽ
di potuit capere diſciplinã ſed q̃a ho-
mines interdũ nõ ut uolũt educãt ali
qua neceſſitate cõpulſi q̃ppe & ſeueri
ores ſæpe diſſolutius & diſſolutiores
ſæpe ſeuerius educãt. recte quæren-
dũ dicit nõ ſolũ apud quos educatus
ſit: ſed ẽt quo more educatus ſit. Deĩ
de iq̃t ĩſpicere debemus ad cuius arbi
triũ ſit educatꝰ. i. patris patrui cogna
ti an alienioris. Animaduertamus ita
q; ut uictus a primis ãnis uſq; ad æta
tes alias protendaẽ ut dixit prĩo quærendũ quẽadmodũ ſit educatus: Hoc quẽãdmodũ ĩn tria di-
uiſit. Apud quos: quo more: cuius arbitratu. Deinde educatus puer ſolet adiſcendas litteras ſor
tiri: eaſdemq; liberales. Itaque qui liberales litteras diſcit duplices habere debet magiſtros: qui fa
ciunt uirum bonum: & qui faciant ediſcendi peritũ. & his duobus plenum oratorem. Recte ergo
etiam hoc quærendum quos habuit artium liberalium magiſtros quos uiuendi præceptores. Ita
que non utrum habuerit magiſtros utrum uiuendi præceptores ſed quos habuit quærendum. De
inde etiam hic animaduertendus ordo eſt poſtquam litteras quis didicerit: & certam uiuendi ac-
ceperit diſciplinam: tunc neceſſe eſt ut habere incipiat amicos: ſed quærendum eſt qualibus ami-
cis utantur. Amicus enim mihi eſſe non poteſt niſi ſimilis mei. Deinde quo negocio quæſtu & ar
tificio ſit occupatus quærendum. Neceſſe eſt enim ut in uita noſtra aliquid agamus: quo nos occu
pemut & hic actus in uita aliquid agentium triplex eſt. Nam aut negocium eſt: ut mercatura aut
militia aut agricultura & cætera aut qæſtus ẽ ut ꝓco ut paraſitus ut ſe nicus aut ſimilia aut artificiũ
ut artem. ſ. aliq̃ plene cognitã. Aut exerceas aut tradas ut orator ut rethor & alia huiuſmodi. Alio
quin ſcire aliquid perfecte & exercere nolle habitus ẽ. Deĩde aliq̃d nõ plene ſcire neq; id quodcun
que exercere affectio ẽ. Verũ uniuſcuiuſq; rei & habitus & affectus ſi exerceaẽ & ĩ actu ſit uictus eſt
Animaduertendũ inq̃t ẽt q̃uo rẽ familiarẽ adminiſtret qua cõſuetudĩe domeſtica ſit. Ex rebus. n.
priuatis & domeſticis quẽadmodum quis reip. iuuat facilẽ poſſumus agnoſcere. In fortuna quæri
tur ſeruus ſit an liber. Hoc quaſi naturæ magis eſſe uidetur: ut ſeruus quis an liber ſit. Serui enim
ſæpe naſcunẽ. Sed ut taceamus ut multi ſæpe ex fortuna ſerui ſint etiam illos qui naſcunẽ ex fortũa
ſeruos eſſe manifeſtum eſt. Etenim ex captiuis primũ ſerui facti ſunt. Captiuitas bello in bello nõ
niſi incerta fortuna. Itaq; ſeruum eſſe fortuna. Hoc etiã in fortuna conſiderandum pecunioſus
ſit an tenuis priuatus an cũ poteſtate. Sed quia nõ uno modo capimus poteſtatem recte addidit ſi
cum poteſtate iure an iniuria. Hoc etiã fortunæ ẽ ut uideamus utrum felix clarus an contra ſit. Cõ
ſiderare ẽt debemus nõ utrũ liberos hẽat ꝙ naturæ eſt ſed quales liberos hẽat ut ẽ illud ĩ Vergi. ua
de ait o felix uati pietate nõ nato felix ſed nati pietate. itaq; ĩ eo fortuna inſpexit. Quippe uade ait
o fœlix inquit. Facit. n. fortuna fœlicẽ quod ſi inquit cuius uictus quæritur mortuus erit non de
morte ſed de mortis eius genere q̃uæriẽ. Alioquin mors naturæ ẽ. Hĩtũ ãt hũc appellamus aĩ. Ha
bitus iq̃t iſte ẽ alicuius rei ſiue ĩ aĩo ſiue ĩ corpe a natura cœpta ſed uſu corroborata & plena ꝑfectio
Scire. n. plene aliq̃d hĩtus ẽ iã ſi id uolueris exercere uictus ẽ. Videamus itaq; hĩtu qualẽ eſſe dicat

aut uirtutis aut artis alicuius pceptionē: aut q̄uiſ
ſciētiā. Et itē corporis aliquā cōmoditatē n̄ natu
ra datā ſed ſtudio & induſtria ptā. Affectio ē aī
aut corporis ex tēpore aliqua de cā cōmutatio: ut
lætitia: cupiditas metus: moleſtia: modus: debili
tas: & alia quæ ī eodēgenere reperiūt̄. Studiū ē
aūt animi aſſidua et uehemēs ad reliq̄ rē applica-
tam magna cū uolūtate occupatio: ut philoſo-
phiæ: poetriæ: geometriæ: litteraꝝ. Cōſiliū ē ali-
quid faciēdi: aut nō faciēdi uere ratio excogitata
Facta aūt cāus & orōnes tribꝰ ex tpibus cōſide-
rabūt̄: qd fecerit: aut qd ſibi acciderit: aut qd dixe
rit: aut q̄d faciat: q̄d ipſi accidat: q̄d dicat: aut q̄d
facturus ſit: quid ipſi cauſarū ſit: quia ſit uſurus
oratione: ac perſonis quidē hæc uidēt̄ attributa

Aut uirtutis īquit hic hītus aī. Virtutis aūt quadruplex: iuſtitia: tēperātia: fortitudo. prudentia:
Sed tūc habitus ſi uirtutē ita teneamus acceptā ut nunq̄ a ſemel cōparata recedamus. Nā ſi frequen
ter ſua cuiq; reddamus & aliqn̄ rapiamus iā iuſtciæ habitū p intēperātiā nō tenemus: ſimiliter &
circa aliquas uirtutes. Ita. n. eſt habitus definitus. Habitū appellamus animi aut corporis cōſtātem
& abſolutā aliqua ī re pfectionē. Abſoluta ē ut plena ſit: cōſtās ut ſēper eadē ſit: neq; aliqn̄ a ſe rece
dat & tūc ē uere habitus. Deīde aut artis inqt alicuius pceptionē: utputa ergo rhetoricā plene qdē
noui ſed exercere nolo. Itaq; licet nō
exerceā ī eo tamē quod rhetoricā ple
ne noui habeo oratoris habitū ita & ī
cæteris artibus plena pceptio habitus
ē aut q̄uis ſciētiā. Ars Sciētia.
Actus. Artis. Nō artis inter ſciētiam
& artē hoc intereſt. ars quidē duplex
eſt: una in ſciētia alia in actu. Verum
ſciētia rurſus duplex ē. Eſt ſciētia artis
Eſt nō artis. Neq;. n. aurū gēmas p
bare artis ē aut ſcire quot milia homi
nū ī illo ſint populo: q̄to ſpacio hæc
urbs ab illa diſtet. hæc itaq; ſciētia ē:
ſed nō artis. Sed qm̄ & artis ē queli-
bet inquit ſciētia ſi plena ī nobis fue-
rit habitus nūcupat̄ ſed huçuſq; d̄ ha
bitu aī. Deide inquit & corporis aliq̄
cōmoditas ſtudio & īduſtria cōpara
ta habitus dr̄. ut ſi corpus paleſtra ro
boremus ſi uelocitatem nobis exercē
di ſtudio cōparemus. Veꝝ: & aī &
corporis habitū Ci. in bonis colloca-
uit. Q nippe habitū dixit eſſe uirtutē
aut artis pceptionē. deīde aliq̄ corporis cōmoditatē. ita & ariſtoteles habitū oēm in bonis poſuit
cū ſecūdū definitionē poſſit & in malis habitus eſſe. Nā ſi demus ſēper operā ut nihil ītelligamus
ſtudio ſtulti ſumus. erit hic habitus induſtria cōparatus. Et rurſus ſi exercitiū corporis deuitenus ſtu
dio ībecili ſumus: erit æq; hic habitus corporis induſtria cōparatus. Sed neſcio qūo recte habi-
tus malorū nō eſt poſitus neq; a Ci. neq; ab ariſtotele. Nā ſi hoc ipſū nomē aſpiciamus & eius ſo
nū uideamus habitū dictū eſſe ab eo quod habere uoluerimus. Natura aūt noſtra talis ē ut: nūquā
mala uelimus malorū ergo eē habitus n̄ ur̄. ē tn̄. Nā catelina habitu malus fuit. i. malitiā īduſtria ſi
bi cōparauit. affectio ē aī: aut corporis ex tpe aliqua de cā cōmutatio: ut lætitia: cupiditas: metus
moleſtia: morbus: debilitas: & talia quæ genere in eodē reperiūtur. habitū eſſe diximus ſiue ī aīo
ſiue ī corpore alicuius rei pfectionē. at cōtra ſiue aīo: ſiue ī corpore alicuius rei īchoatio affectio ē:
q̄ ſubito aliqua rōne naſcit̄. mox receſſura: ut ſi qd̄ nobis boni nūtiet̄: & læti eē īcipiamus ſi qd ui-
deamus & id ipſum cōcupiſcamus: uel aliqd timere īcipiamus ſi moleſte fecit. iſte oēs aī ſūt affe-
ctiōes. Deīde coporis ſi ſubito ī morbū īcidamus ſi aliqd ī nobis debilitet̄ ſed ad tp̄s poſt aūt ſanet̄
hæc itaq; erūt affectōes corporis & reliq; ei ſimiles. Studiū aūt ē aī aſſidua & uehemēs. Studiū eſt
īqt ad aliquā rē aſſidua & uehemēs aī cum magna uolūtate occupatio alioquī aſſidua & uehemēs
eē nō pōt ſi ī ipſo opere habuerit uolūtatē. Et dat res n̄ q̄ ſtudiū ſint: ſed quarū ſtudiū ſit: ut philoſo
phiæ inqt: nō philoſophia: aut poeticæ: aut geometricæ: litterarū nō poetica: & geometrica litte
ræ. itaque ſi quid uehemēter & cū magna uolūtate uolumus ſtudiū ē. Deīde ſi id qd̄ uolumus aliq̄
ex parte cōſequimur: affectio ē. ſin aūt quod plenū & pfectū ē tenemus habitus ē. Q uod ſi hoc ip
ſū plenū uel ſemiplenū agēdo exercere uoluerimus: erit uictus ita unū qualitate diuerſa ī multa at-
tributa cōuertit̄. Cōſiliū ē aliqd faciēdi: aut nō faciēdi uere excogitata ratio. Q uo ſemp ſunt unde
dubitamus & unde cōſiliū ē. aut. n. ut faciamus aliquid querimus. aut nō faciamus. ita & leges q̄
cōſilio ſcribūt̄ duo ſēp hæc cōtinēt. aut fieri iubēt: aut fieri phibent. ſed quia cū de re aliqua du-
bitamus in certa quedam ratio in ancipiti cogitatione uerſat̄. Poſtq̄ idipſum ſtatueris erit cogita-
ta ratio: & ideo excogitata quia fuerat iam ante cogitata ratio. Q uid conſiliū ē. Facta aūt & caſus
& orationes tribus ex tēporibus cōſiderabūt̄. Ex his quoq; nō minima colligimus argumēta: ut de
factis perſonæ argumēta capiamus de dictis de his quæ ei acciderūt: ut dānum: ut morbus: ut or
bitas: & reliqua ſimilia. Verū hæc per tria. inquit tēpora debemus inſpicere. Tūc. n. de futuro ar
gumētū poſſumus facere ſi ita & ante fuiſſe doceamus: utputa quia hoc fecit hoc facit ēt; & hoc fa
cturus ē Q uia hoc paſſus ē. hoc patitur ēt paſſurus ē. Q uia hoc dixit: hoc dicit: hoc ēt dicturus ē;
hucuſq; aūt attributa perſonæ. ac perſonis quidē hæc uidet̄ attributa eſſe. ſeptē ſunt quidem ut di-
ximus elementa unde oīs argumentatio capit̄ ad quācūq; rē. Q uis: quid: cur. quādo. ubi: quem
admodum: quibus adminiculis. horum duo prima omnia cōtinent. Nihil autē aliud querit̄ ni-

ſi quis fecerit & quid factum ſit atq̄ hæc ipſa Ci. propriis & apertioribus: & ad rē uicinioribus nō
minibus appellauit. quis. n. perſonā dixit: qd negociū uocauit. Ac pſone qdē quā ī ꝓ nomine po
ſuimus quæ eſſet attributa iam dictū ē. Nunc anteq̄ dicamus quæ negocio attributa ſint: qd ſit ip
ſum negocium uideamus. Negocium eſt factum de quo queſtio ē. uerum hoc factum nunc ī facto
ē nunc ī dicto: nūc ī cogitatu. Oē hoc itaq̄ factū de quo queſtio eſt negociū appellať. Ac factorū q
dē genera tria ſūt ē factū ill ď de quo q̄ſtio. Eſt factū qd ī negocio. ē quo illud factū de quo q̄ſtio ē p

Negociis aūt quæ ſūt attributa: pti ſūt cōtinētia
cū ipſo negocio pti. n. in geſtiōe negocii cōſideratť
ptim adiuncta negocio: pti geſtū negociū ſequū
tur: Cōtinētia. n. cū ipſo negocio: ſūt ea quæ ſēp
affixa eē uidēť ad rē: neq̄ ab ea poſſunt ſeparari.
Ex his prima ē breuis cōplexio totiꝰ negocii: quę
ſūmā cōtinet facti hoc mō. Parētis occiſio patriæ
proditio: Deīde cā eius ſummę per quā & quāob
rē & cuius rei cā factū ſit q̄riť. Deīde ante rē g
ſtā quę facta ſūt cōtinētur: uſq̄ ad ipſum negoci
um. Deinde in ipſo gerēdo quid actum ſit. Dein
de quid poſtea factū ſit. in geſtione aūt negocii q
locus ſecūdus erat. De his: q̄ negociis attributa

bať Atq̄ h̄ factū tribus tpibus cōſide
rať Ante. i. Poſt. Eſt & tťiū genus fa
cti quod extra negocium ē ex quo ad
id factū de quo queſtio eſt trahit argu
mentū: ut cluētii factum eſt iudiciale
de ueneno ꝙ occiderit oppianicū. De
inde extra hoc negociū facta eius alia
ad argumētū quod proponiť trahun
tur. ꝙ multos ante ueneno necarit.
Hoc tertium factū in attributis perſo
ne accepimus facta caſus & oratōnes
Tria itaq̄ genera factorū ſūt factum
de quo queſtio eſt factū quo id: factū
unde queſtio ē probať factū extra ne
gocium. ſed ad negociū. Itaq̄ factū il
lud de quo queſtio eſt negociū appel
latur. huic negocio quattuor pricipa
liter attributa ſubiecit: unū quod ī ip
ſo negocio ē quæ cōtinētia cū ipſo ne
gocio appellauit. i. quibus illud factū
de quo queſtio eſt probať & q̄ ab ipſo negocio uidēť nullo mō putaſſe ſepari ſecūdū attributū ē ī
quo illa quæ in geſtione negocii: ſint neceſſe eſt uidere. Aliud eſt enim ipſum negocium. ali
ud illa quæ in geſtione negocii cōtinēť. utputa occidit negocium eſt. In ipſis aūt negocii geſtiōe il
la ſunt. illo tpe occidit: ī illo loco occidit. Fuit occaſio: ut occideret & reliq̄ quæ ī geſtione negocii
cōtinēť. Tertiū attributū ē quod adiunctū negocio noīatur Hoc quoq̄ neq̄ negociū neq̄ ī geſtiōe
negocii ſed extra negociū ē. Hoc ab oratore ſumiť: cuius aſſūptōe res illa de q̄ queſtio ē aut ſimilis
aut diſſimilis demōſtrabiť. itaq̄ oīa excpla tributa negocio ſunt. Sed qm̄ extrīſecus ueniūt adiun
cta negociū nomināť. Quarꝫ attributū ē negocio qd geſtū negociū cōſeqť. Hoc quoq̄ extrinſe
cus ē. nō. n. ī negocio uel ī geſtione negocii cōtineť: ſed an poſt negocium cōtigerit cōſiderať: ut
puta factum milonis hæ res cōſecutæ ſūt: ut de eodē facto legē nouā ſenatus tulit cædē quæ ī appia
uia facta eēt cōtra. r. p. factā eē iudicauit. hæc oīa nō ī negocio neq̄ ī geſtiōe negocii ſ. it: ſed geſtū
negociū cōſequūť. Et qm̄ ſcimus quot attributa negocio ſūt: nūc ī ſingulis q̄ nobis ſint ad argumē
tū ducēda uideamus. Ac primo illa cōſideremus q̄ cōtinētia cū ipſo negocio appellāť: ſine qui
bus negociū: & quæ ſine negocio eē nō poſſunt. hæc itaq̄ quīq̄ ſūt. Sūma ipſius negocii. ſūmæ
cā: & facti tria tpa. Ante in. poſt. qd factū īter genera factorū ſecūdū eſſe memorauimus. ſūma
negocii talis ē: ut parētis occiſio. Patrē. n. occidit negociū ē. Negocii ſūma ē ut parētis occiſio. In
hoc de ipſis noībus de pronūciatiōe fiet argumētū ſi cū quadā admiratiōe dicamus occidiſſe patrē
ſextus roſcius dr̄. Deīde cā illa ē: utputa occidi quia inimicus fuit. Aut cōtra quia inimicus non fuit
nō occidit. Iā poſt cā facta cōſiderare debemus: q̄bus illud factū de quo queſtio ē aſſeramus. hæc
facta p tria tpa. ut ſæpe iā dictū ē diuidūť: ut cōſideremus quid ante factū ſit: qd ī re ipſa factū ſit:
quid poſtea factū ſit. Vt milo quid ante fecit. in ſenatu fuit: domū uenit. Calceos & ueſtimēta mu
tauit: pfectus eſt. Deīde quid fecit in re ipſa. Ad albanū puenit ſi īpetus ī illū factus ē. Tū ille reie
cit penulā de reda deſiluit: ſe defendit. Clodius occiſus eſt. poſtea quid fecit pfectus ē lauinium.
Flāmines creauit pp inuidiā romā cito noluit reuerti. Ergo his factis factū pbať: aut defendiť il
lud qd ī queſtiōe ē. i. milo clodiū occidit. Neceſſe ē itaq̄ hæc quīq̄ ī eodē negocio de quo q̄ſtio ē
cōtineri. Fruſtra. n. aliquod factū obiicimus uno nec factū ē niſi eius ſūmā dicamus: niſi cām eiuſ
dē facti doceamus: niſi quid ante quid in re: quid poſtea factū ſit demonſtremus. Recte ergo cō
tinētia cū ipſo negocio noīata ſūt. Deīde cā eius ſūmæ per quā & quāobrē & cuius rei cā factū ſit q̄
riť. Multæ quidē cāæ ſunt. Nam ut oīa iſta naſcātur quæ ī mūdo ſunt neceſſe ē cā precedat. Et
hoc ipſum negociū: de quo q̄ſtio ē cā dr̄. Verꝫ hæc cā hoīs circa factū duplex ē: aut. n. pp rē aliq̄
iā āte aīo puiſā quodcūq̄ faciamus: & erit cā quæ ratiocinatio diciť: aut ſubito neceſſitāte aliqua
preſentis tpis in factū aliquod precipitamur: & erit cā quæ impulſio diciť. Et quecūq̄ cā ex con
feſſione ueniam meretur: impulſio ē. harum nunc utranq̄ cām Ci. hic tetigit per quā quamobrē
īquit & cuius cā factum ſit queritur. Quāobrē ratiocinatio ē cuius cā impulſio ē. In geſtione nego
cii hæc quīq̄ requirēda ſūt. in geſtione negocii. Locus. Tēpus. Occaſio. Modus Facultas. in

ſūt querit̄ :locus:tp̄s:modus:occaſio:facultates
Loc9 cōſiderat̄ ī quo res geſta ſit ex oportūitate q̄
uideat̄ habuiſſe ad negociū adminiſtrādū. ea aūt
oportūitas q̄ritur ex magnitudie: iteruallo: lōgi
q̄tate: ꝓpīq̄tate ſolitudie: celebritate natura ipſi9
loci ex uicitate totius regiōis. Ex his ēt attributōi
bus ſacer an ꝓfanus: publicus an priuatus alieūs
an ipſius de quo agitur loc9 ſit: an fuerit. Tp̄s āt
id quo nūc utimur. Nā ipſū q̄dē diffinire difficile
ē ps quedā æternitatis cū alicuius ai mēſura diur
na ueſp̄tia nocturnaue ſpacii ex certa ſignificatōe
in hoc & quæ p̄terierūt cōſiderāt̄ & eoꝝ ipſorum
quæ pp uetuſtatē abſoluerūt: ut icredibilia uideā
tur: & iā ī fabularū nūerū reponāt̄ : & quæ iā diu
iuſta et a memoria nr̄a remota: tamē faciant fidē

geſtione autē negocii : qui locus ſecūdus: De ſeptē elemētis perſona iā dicta eſt. Remāſerūt ſex: q̄
negocio attributa ſunt. Quid: cur: qñ: ubi: queadmodū: quibus admiculis : Ex his rurſus duo
q̄d & cur. i. factum illud triplex & facti cām cōtinētia cum ipſe negocio eē mōſtrauimus. Reliqua
q̄tuor ī geſtione negocii ſūt. Vbi: qñ queadmodū q̄bus adminiculis. addidit Cic. q̄ntā occaſionē
de qua poſt dicemus. Quiq; itaq; res ſecūdo attributo ſubdidit locū: tēpus; occaſionē: modū: fa-
cultatē. Et recte hæc ī geſtione negocii eē dixit. Illæ. n. ſupiora quiq; ſūma negocii ſūmæ cā q̄d an
te factū ſit quid in re factū ſit q̄d po-
ſtea factū ſit negociū. i. factū illud de
quo queſtio ē ꝓbant. Quod ſi nego-
ciū ꝓbant ī geſtione negociū nō ſunt.
Veꝝ ī geſtione negocii neceſſe eſt: ut
hoc rurſus q̄nq; ſint locus tēpus : oc-
caſio: modus: facultas. & enī cū dici-
mus. Milo ī ſenatu fuit: domū uenit:
poſtea profectus ē geſtio negocii ē q̄
dē: ſed in ipſa negocii geſtione tēpus
oſtēdimus. i. milonē hora. ix. ꝓfectū
Deīde cū dicimus uenit ad albanum
īpetus ī illū factus eſt geſtio quidem
negocii eſt: ſed in ipſa negocii geſtio
ne & occaſione oſtēdimus ꝙ neceſſe
habuit illac iter facere: & locū. oſten
dimus ꝙ de loco ſupiore īpetus ī illū
factus ſit & facultates: ꝙ clodius ha-
buit armatos. ergo geſtio negocii ſi-
ne his q̄nq; eē nō pōt: loco: tpe. occa
ſione: mō facultatibus: Quod ſine
his q̄nq; negocii geſtio eē nō pōt re-
cte hoc ī geſtioue negocii cōſiderare
debemus. Locus cōſiderat̄ i quo res geſta ſit oportunitate quā uideat̄ habuiſſe ad negociū admi-
niſtrādum. Vt ſciamus quē locū cōſiderādū ꝑcipiat q̄ ſint alii loci uideamus. Ac primo ſecūdum
Lucretii cæteroꝝq; ſnīam. Inane totū locus eſt: quod inane patet rebus occupaturq; ab elementis
igni: aere: aqua : terra. Ergo hæc elemēta in loco ſunt. i. in inani. Sed rurſus ipſa elemēta loci ſunt
ut ignis ſyderibus locus ē: aer: auibus: aqua natātibus : terra gradientibus: uel his oībus q̄ in eadē
naſcūtur. itaq; & terra oīs locus eſt: & rurſus in terra locus ē: qui locus nobis nō ex eo: quod locus
ē cōſiderādus ē: ſed ex eo quod qualis ſit: aut ex oportunitate eius Aliq̄d ī eo: aut fieri potuiſſe: aut
fieri nō potuiſſe doceamus. Hoc itaq; ſi ꝑceptū ī loco qualitatē eius atq; oportunitatē nos īſpicere
atque eſtīare debere. Neceſſe ē. n. nobis ubicūq; eē. Sed illud ubi ſumus quale ſit cōſiderādū ē: At
que hæc oportunitas loci per multa cō ſiderāda ē. Nā & magnitudo loci īſpiciēda ē. utrum ibi tot
milia hoīum cœperit. Deīde interuallū īſpiciēdū ē: ut ī quintiana ſeptigīta milia biduo eē decur-
ſa & qm̄ iterualli duo genera ſūt: lōginquitate inq̄t & ꝓpīquitate. deīde cōſiderādū ſi motus lo-
cus an celebris ſit. Deīde natura ipſius loci uidēda tumuloſus: decliuis: planus : ſaxoſus . plauſtris
ſilueſtris: q̄ ſit p̄terea uicinitas eius loci ī qua natura ſit: ut iō ibi aliquid fieri potuerit uel nō potue-
rit ꝙ uicinia talis ſit: uel oīs regio. etiā hoc iquit ī loco cōſiderare debemus ſacer an ꝓphanus ſit :
publicus an priuatus: alienus an ipſius de quo agitur. Quod ſi ipſius nō erit: ēt hoc uidēdū an ali
qñ ipſius fuerit: Ex his igit̄ tot oportunitatibus loci multa ad negociū colligere poſſumus argumē
ta. Tp̄s aūt eſt id quo nunc utimur. Quod tēpus ſēper fuerit neceſſe ē: ſiue ante mūdū ſiue cū mū
do. Multi. n. natū mūdū: multi natū nō eſſe cōtēdunt. ergo hoc tp̄s generale : quia nec initiū nec
finē hēt eternitas ē quā græci appellāt. Verū qm̄ hoc tēpus pefiniri difficile ē: illud de
finit: quo nūc utimur. Tp̄s ē inquit ps quedā eternitas: aut annuū: aut diurnū: aut nocturnū ſpaciū
ſignificās. ex curſu. n. ſiderū certis tpibus certū nomē impoſitum ē. Septē ſtellæ ſeptē circulis cōtra
cœlū uoluūtur quæ cum ſingule ad id ſignum unde ꝓfecte ſunt fuerint reuerſæ certū tp̄s icludunt
Quod ſi oīs ſeptē ſimul ad ea ſigna unde profecte ſunt reuertant̄ nunc fit illud tēpus: quod annus
magnus dicit̄: & neceſſe ē oīa rurſus p ordinē ſuū quæ ante nata ſunt renaſci. ergo ſi ad exordium
ſuū ſimul oēs ſtellæ reuertāt̄: annus magnus dicit̄. Singulaꝝ aūt curſus hēt tēpus ſuū. ſed oē tē-
pus certis uocabulis nō tenet̄. Nā ſaturni curſus hēt tp̄s ſed tp̄s ipſū nō hēt nomē. itē iouis. Martis
Veneris atq; Mercurii : ſolis uero curſus cū ſe expleuerit annus ē. Lunæ cū ſe expleuerit mēſis ē iā
uero & Sole ſupra terras poſito diē uocabimus: & Sole ſub terris poſito noctē. Horarū āt. xii. hæc
eē origo memorat. Quodā tēpore trimegiſtus cū eſſet ī egypto ſacrū quoddā aīal ſerapidi dica-
tū cū ī toto die duodecies urinā feciſſet pari ſēp īterpoſito tpe p duodecī horas diē dimēſū eē conie
cit: & exinde hic horarū numerus cuſtodit̄. Deinde alii dicunt ex quadratura cœli quæ ſecundum
muſicam rationem in duodecim partes dicit̄ eſſe diuiſa: horas duodecim eſſe nominatas. Aquā

enim per totū diē exceperūt tenuiſſima cauerna defluentē & hāc maiores noſtri in duodecim par-
tes diuiſerunt. Ex his partibus horis numerū īpoſuerūt. Sed iā tp̄s ē ut ad rationē tēporis reuerta-
mur. Quod tp̄s. i. hoc quo nūc utimur ſpaciū accipiamus quod aut in multis annis ſit aut in an-
no aut ī menſibus aut in menſe aut ī diebus uel die aut ī noctibus uel nocte aut in horis uel hora uł
momento. Verū hoc tēpus noſtrū philoſophi in duo tp̄a diuiſerūt in preteritū futurū p̄ſens aūt eē
negauerūt quod in eo ꝙ preſens dicimus ſiquid iā aliqua ex parte cōfectū eſt p̄teritū ſit ſi quid mox
ꝑfici hēat futurū ſit. Ita Vergi. Tot iā uolūctibus ānis qd̄. n. uoluit non ſtat qd̄ nō nō ſtat pn̄s nō habet. Oratoreſ āt tp̄s noſtrū in tria tp̄a diuidūt. in il-lud tp̄s uetus atq; abſoletū: & panti-quū. Deinde in illud qd̄ licet uetus ſit a noſtra memoria remotū tñ in litte-ris cōtinet. Poſtremo in illd̄ ꝙ nuper geſtū ē & cuius de his qui uiuunt plæ rīq; meminerūt. Preſens uero tp̄s in duo diuidunt in preſens & magis pre ſens. Magis preſens tp̄s eſt ut. Nunc nūc inſurgite remis. Hoc ē qd̄ ait & itē quæ inſtent in p̄ntia & cū maximæ fiāt. inſtans. n. tp̄s ē ut ait iuno ad iu-turnā. Cū iā fata turnū teneret atq; in ſtantibus eripe fatis. Deniq; ſciamus illa preſentia fata dixiſſe addidit po-ſtea tp̄s qd̄ magis præſens eēt ſi qd p̄ ſentius audes: preſens ergo tēpus duo tp̄a hr̄e dixerūt preſens & magis præ ſens futurū aūt tp̄s in duo diuiſerunt ī ocius & ſerius. i. in id ꝙ mox futurū ē & in id qd̄ tardius futurū ē. Atq; h̄ tria tp̄a cū partibus ſuis. hic in hoc at-tributo ꝙ de tp̄e ē cōtinet. Et itē cōi-ter in tp̄e perſpiciēdo longīquitas eiuſ ē cōſideranda. Tempus eē dixius ſpa ciū: qd̄ ī annis mēſibus diebus nocti-bus horiſq; uerſet. In hoc inquit cōi-ter tp̄e lōginquitatē eius debemus in ſpicere. In q̄ lōgīgtate duo oportet at tēdere utrū ī illo ſpacio huius negocii magnitudo potuerit īpleri & utrū tot ſimul res potuerit effici. Qd̄. n. ī re-bus difficile ē aut numero aut magni tudine ſit neceſſe eſt. Occaſio aūt eſt

uere tradita eē qd̄ eorū monumēta certa in litte-
ris exiſtāt & q̄ nuꝑ geſta ſint quæ ſcire pleriq; po
ſſint & itē quæ iſtēt ī p̄ntia & que maxīe fiāt & q̄
cōſequāt. In qb⁹ pōt cōſiderari qd oci⁹ & qd ſer
rius futurū ſit & itē ī tp̄e cōiter ꝑſpiciēdo lōgiq
tas ei⁹ ē cōſiderāda. nā ſepe oportet cōmereri cū
tp̄e negociū & uideŕ potuerit ne aut magnitudo
negocii aut mł̄titudo reꝝ ī eo trāſigi tp̄e. Cōſide
rat āt tp̄s & āni & mēſis & diei & noctis & uigi-
lie & hore & aliq̄ p̄te alicui⁹ horū. Occaſio āt ē
ꝑs tp̄is habēs ī ſe alicui⁹ rei idoneā faciēdi aut ñ
faciēdi oportūitatē. Qua re cū tp̄e hoc differt.
Nā genere qdē utrūq; idē eē ītelligit. Veꝝ ī tp̄e
ſpaciū quodāmō declarat qd̄ ī ānis aut ī āno aut
ī aliq̄ āni p̄te ſpectat. In occaſiōe ad ſpaciū tp̄is
faciēdi q̄dā oportunitas ītelligit adiūcta. Qua
re cū genere idē ſit fit alid̄ qd̄ p̄te q̄dā & ſpē ut di
xius differat. Hæc diſtribuit ī tria tp̄a uł genera
ti publicū cōe ſingulare. publicū ē qd̄ ciuitaſ uni
uerſa aliq̄ de cā frequētat ut ludi dies feſti bellū.
Cōe qd̄ accidit oib⁹ eodē fere tp̄e ut meſſis uide
mia calor frig⁹ Sigulare āt ē qd̄ aliq̄ de cā priua
tim ſolet alicui accidere ut nuptię ſacrificium
funus conuiuium ſomnus. Modus autem eſt
in quo quemadmodum: & animo quo factum

ꝑs tēporis hēns ī ſe alicuius rei idoneā faciēdi aut nō faciēdi oportunitatē. In illa mēſura tp̄is ex mo
tu cœli facta ex actibus nr̄is uel ipſius mūdi qualitas ꝓueniēs occaſionē parit faciēdi aliqd uł nō fa
ciēdi. In tp̄e. n. mēſura ac ſpaciū cōſiderat. In occaſiōe qualitas tp̄is ex qua oportunitas naſcitur fa
ciendi aliquid uel non faciendi. Hoc itaque inter ſe diſtant tempus & occaſio genere autem ſimilia
ſunt. Verum hæc occaſio ut diximus ex actibus noſtris uel ipſius mundi parit nobis ad aliquid o-
portunitatem. Verum hæc occaſio uel oportunitas in tria genera diſtribuitur. Publicum commu
ne ſingulare. Occaſio. Publica. Communis. Priuata. Publicum eſt inqt ꝙ ad totā pertinet ciuita-
tem ſi aut bellum ſit aut ludi aut aliquis dies feſtus. In hac utique publica occaſione eſt oportuni-
tas aliquid faciendi uel non faciendi. Commune eſt inquit quod ex actibus mundi prouenit niſi me
ſis ſit calor ſi uindemia frigus. Singulare autem eſt inquit ꝙ unicuiq; poteſt prouenire priuatim.
Si nuptiæ ſint ſacrificium funus conuiuium ſomnus & recte in priuata occaſione ſomnum eti
am poſuit. Non enim ex neceſſitate temporis: ſed ex corporis atq; animi ratione dormitur. Inter
dum. n. laſſi aut mœſti ꝑ diē dormimus. interdum ſoliciti atq; occupati nocte uigilamus. Triplex
itaq; occaſio publica: cōis priuata. Ex his occaſionibus multa poſſumus argumenta colligere. Mo
dus aūt ē in quo quēadmodū & quo aīo factū ſit quæritur. Modū Ci. diligenter īſpexit atq; ita defi
niuit ut nemo unq̄. Nāq; moeū ī duobus īſpiciendū docet: ī mō facti: & aīo ī faciētis: ut ſi dicas clā
eſt qdē modus facti ꝙ quaſi res facti occulte geratur. Verum in eo eſt & aīus facientis inſidioſus la
tēs atq; īſtructus dolis. Ita in eo quod clam dicimus & modus & animus īuenit. Similiter omnes

modi ex modo facti: & ex animo iſpiciēdi ſunt. Verū in ipſo animo duo rurſus debemus inſpice
re prudētiam & imprudentiā. i. utrū aliquid conſilio an animi impulſu fecerit. In his enī cā facti
quærit̄ quā duplicē eſſe ſupra diximus circa facietis uolūtatē ratiocinationē. ſ. & impulſionem. Ita
ratiocinatio erit prudentia animi. Impulſio, uero imprudētia. Verū hi erunt ex prudētia modi clā
palā ui perſuaſione. Hæc oīa prudenter admiſſa ſunt. i. ut res fieret conſiliū añ præceſſit. Imprudē
tia porro ad purgatiōē iungit̄ quæ pars ueniæ eſt. Cuius purgationis partes tres ſunt inſpiciendæ
inſcientia caſus neceſſitas. In his quo
que modis factū quidē manifeſtū eſt
ſed animus inuenitur inuitus. Adiun
gitur ad imprudētiæ modos etiam
affectio q̄ paulo ante pſonæ diximus
attributā. Quā affectionē eē diximuſ
aī aut corporis repētina de cā pmu
tationē. Verū hic qm̄ in mō animus
attēdendus ē aī ſolas circa affectionē
poſuit cōmutationes. i. moleſtiā ira
cundiā amorē. Itaq; his affectionibus
aī imprudēs in factū pellunt̄. & recte
īprudēs qppe affectio & repētina ani
mi cōmutatio. Ergo qd repētinū eſt
pſpici nō pōt. Si pſpici nō pōt īpru
dētia ē. Facultates ſūt aut quibꝰ facili
us fit aut ſine quibus aliqd cōfici non
pōt. Facultates Cic. duplici qualitate
deſiniuit duaſq; illis potentias dedit
ut ſit primum genus facultatum illud ſine quo aliquid fieri non poteſt. Aliud quo aliquid facilius
compleatur & .n. hæc duo prima proponamus fit non fit. Iā ex eo q̄ fit rurſus duo deſcēdunt. Fa
cile fit: difficile fit. Iā in duobus ponit̄ facultas in generē. i. in eo q̄ fit & in ſpecie. i. in quod facile
fit illd aūt qd dificile fit ita pōt argumētis torqueri ut illud uideat̄ eē q̄ nō fit & iccirco in hoc non
ſunt poſitæ facultates dupliciter igit̄ facultates eē teneamus. Prīo illas ſine qbus aliquid fieri nō pt
Deīde illas quibus aliquid cōplet̄ ut ſi quis uelit rhetoricā diſcere prima erit ei ad diſcendū facul
tas ſine q̄ effici nō pōt. i. aīus igeniū inſtrumēta artis ipſius & magiſter. Deīde erūt ille facultates q̄
bus facilius fit ſi ſit doctus & beniuolus magiſter. Ita & ad mortē facultas ſine qua fieri nō pt uene
nū q̄ facilius fit uenenū cū populo. Si aūt ī pāne det̄ uenenū ps illa ē q̄ difficile fit q̄ ita pt argumētis
torq̄ri ut ps illa uideat̄ eē q̄ nō fit q̄ quidē Ci. p cluētio diſputauit cū negauit ī pane dari uenena
potuiſſe. Hoc āt ſcire & tenere debemus ēt tp̄s & locū & cætera pter modū facultates eē poſſe ſi ge
neraliter cōſiderēt̄ nō ex ſpecie uel ex oportunitatibus ſuis. Neceſſe ē. n. & quodcūq; tp̄s & quēcun
que locū fuiſſe cū aliquid factū ē. Alioquin facultas pria nō erit faciēdi niſi iſta ſint. Ita Cice. ī roſci
ana. Nō potuit īquit occider̄ patrē roſcius cū abſcēs fuit. Hic argumētū a loco fecit. Deīde ait. Age
nūc uideamus reliquas facultates. Ergo iā & locus facultas ē. Sed facultas ſi generaliter cōſideret̄
At ſi opportunitas eius fuerit inſpecta tunc ex loco argumenta ſumentur. Adiūctū negocio aūt id
ītelligit̄ qd maius & qd minus & qd ſimile erit. Atributa negocio duo iā trāſacta ſūt. Cōtinētia cū
ipſo negocio & illa q̄ in geſtiōe negotii cōtinent̄. Ac prima quidē cū attributis ſuis pſona trāſacta ē
. i. qs Deīde quid & cur cōtinentia cū negocio demōſtrauimus. Deīde q̄do ubi quēadmodū qui
bus adminiculis in geſtiōe negocii poſita docuimus. Ita ſeptē prima illa elemēta in duobus nego
cio attributis uidemus īcluſa. Nec iā amplius uidet̄ relictū qd in aliis duobus negotio attributis ad
argumētū cōſiderare debeamus. i. in his quæ adiūcta negocio nominant̄ & in his quæ geſtū nego
ciū cōſequunt̄. Verū in his eadē ſeptē quæ & in ſupioribus conſiderare debemus nec aliqd negoci
um ſine his ſeptē elemētis unquā poterit iueniri ut qs hō ſine liniamētis ſuis. Itaq; cū ī noſtro ne
gocio ex oī circūſtantia argumēta cœpimus & fides in aliquo claudicarit ex alienis argumēta ſumē
da ſūt quæ cū aſſumunt̄ aut fidē faciūt aut augēt. Verū hæc cū aliena ſint. i. extra noſtrā cauſam ui
dendū ē qua nr̄o negocio parte copulent̄ quæ copulatio reſpectus dicit̄ quē reſpectum græci
dicunt & enī cū ēt iſta alienā a negocio ſeptē illa elementa contineant quē
in noſtro negocio continentur nō poſſunt ſibi oīa cōuenire. Sed q̄dā in hoc conſiderare debemus
in alieo negocio quæ per noſtrum negocium reſpiciant ut præuiſo & præcogni
to copulationis genere ad argumentū noſtri negocii facta ſollatione copulent̄. Verum huius re
ſpectus nouem modi ſunt. Scilicet ut ſit adiunctum negocio noſtro & q̄ maius ē & q̄ minus q̄ ſi
mile quod æque magnum quod diſperatum quod contrarium & genus & pars & euētūs. Hæc ita
q; nouē oīa toni & pūcti ſunt. i. ad aliquid. Itaq; quaſi ſemper in binis ſunt & recte niſi enim ad ali
qd nullus pt eē reſpectus. Itaq; cū dicimus maius tunc intelligimus maius ſi minus conſideremus
Rurſus tunc intelligimus minus ſi maius conſideremus. Ita & reliqua ex aliorum collatione co
gnoſcimus. Verū nūc uideamus quemadmodum hoc reſpectus negotiorū cōſiderare debemus

ſit quærit̄. Eius partes ſunt prudentia & impru
dētia. Prudētiæ āt rō quærit̄ ex his quę clā : pa
lā ui pſuaſiōe fecerit. Imprudētia aūt ī purgatio
nem confertur. Eius partes ſunt inſcitia caſus ne
ceſſitas & in effectionem animi hoc ē moleſtiā
iracūdiā amorē & cætera quæ ī ſimili genere uer
ſant̄. Facultates aūt ſūt aut quibꝰ facilīꝰ fit aut
ſine quibus aliqd cōfici nō pōt. Adiūctū autē ne
gocio id intelligit̄ qd maius & quod minus &
quod ſimile erit ei negocio de quo agitur & qd
æque magnum & quod contrarium : & quod
diſperatū : & genus : & pars : & euentus : maius &

minus. & æque magnũ ex ui & nũero & ex figura negocii. ſicut ex ſtatura corporis cõſideratᷣ: Simile aũt ex ſpecie cõparabili: aur ex cõferẽda atq; aſſimilãda natura iudicatᷣ. Contrariũ eſt quod poſitum in genere diuerſo ab eodẽ. cui cõtrariũ eſſe dicitur plurimũ diſtat: ut frig⁹ calori. uitæ mors Diſpatũ aũt ẽ id qđ ab aliqua re per oppoſitionẽ negatõis ſeparatᷣ hoc modo. ſapere & non ſapere.

Maius & minus: & æque magnum ex ui & ex numero: & ex figura negocii: ſicut ex ſtatura corporis cõſideratᷣ. Hæc tria. i. maius & minus: & æque magnũ tribus modis conſiderare debemus. vi. nũero. figura: uis: quæ ſingulis nominibus uerbiſq; conſtat: & perſona. Omnis enĩ res & oẽ dictũ factũ ue habet uim ſuã: & enĩ ſi dicas parricidiũ ſtatim q̃tum hoc ſit: & in qua ui ſit animo exiſtimamus. ita homicidiũ: adulteriũ: & reliqua facile quid ſint. cũ fuerint audita cognoſcimus. Similiter & perſonæ habent uim ſuum. Et enim cũ dixeris Ciceronem ſtatim ex boni uiri conſideratiõe quæ in illo uis ſit agnoſcimus Deĩde cum dixeris Catelinam ex conſideratione peſſimi hominis ſtatim quæ in illo uis ſit agnoſcimus. Numerus ẽ cũ minus ac maius nõ ex ui: ſed ex rerum. uel ex perſonarũ numero demõſtramus. Figura eſt quæ in toto negocio conſideratur. i. p oĩa illa ſeptẽ elementa: ut conſideres quid factum ſit quis fecerit: ubi fecerit: quãdo fecerit queadmodũ fecerit & reliqua quæ in qᵗ figura totius negocii. ita eſt ut corporis ſtatura: in qua ſtatura oĩa liniamẽta corporis continẽtur. itaq; ut melius ĩtelligamus notũ pponamus exẽplũ illud. ſ. ꝙ Ci. negocio ſuo adiũxit: Nã cũ Catilinã diceret occidẽdũ ex adiũcto q̃d maius uel minus eẽt argumẽta collegit: ꝙ utiq; maius & minus & æque: magnũ ex ui: nũero: figura: iãdudũ diximus approbãdũ. ita & Ci. an uero. P. Scipio põtifex maximus Tyberiũ gracchũ mediocriter labefactãtẽ ſtatũ reip. priuatus ĩterfecit Catilinã orbẽ terræ cæde atq; ĩcendiis uaſtare cupientẽ nos cõſules pferemus. Hic ex ui rerũ ĩtelligimus minuſ eẽ ſtatũ rei p. q̃ orbẽ terrarũ. deinde ſiľr ex ui ĩtelligimus minus eẽ labefactare q̃ uaſtare. ita ex ui pſonarũ cum gracchus & catilina nominatᷣ catilina magis timẽdus agnoſcitᷣ. pterea ex nũero ĩtelligimus maius eẽ duos cõſules q̃ ſcipionẽ. Hic figurã nõ poſuit totius negocii. i. queadmodũ occiderint Gracchũ Scipio: ubi occiderit. qñ occiderit. unde occiderit. Verũ hæc qa nihil proderant: prætermiſit. atq; uno uerbo cõcluſit. ꝙ ait ĩterfecit: cuius uerbi cõſiderata ui maius eẽ ĩtelligimus ĩterficere. q̃ ex urbe eiicere. Verũ ĩ aliis exẽplis & ex figura debet cõparatio fieri: ut maius aliq̃d mĩus ue demõſtres. Si dicas illud tũc factũ ẽ: ubi factũ ẽ. ita factũ ẽ. ppea factũ ẽ. & reliq̃ q̃ ĩ elemẽtis pĩcipalibus cõtinentᷣ. Siľe aũt ex ſpecie cõparabili. cũ facimus argumẽtũ ex adiuncto negocio p ſĩľitudinẽ. ĩ ea ſiľitudine q̃litas cõſiderãda ẽ. ſupiora. n. maius. & minus. & æque magnũ ex quãtitate cognoſcimus. nec putemus. hoc eẽ par. ꝙ ſiľe: &. n. par ex mẽſura definita: & ex cõpata utriuſq; quãtitate cognoſcimus. ſiľe ẽ nõ in eo q̃tũ ſit. ſed ĩ eo q̃le ſit attẽdimus. ita nõ ex mẽſura ſit ſiľe: ſed ex uultu. & ſupna q̃dã facie declaratᷣ. Icon. ſiľe. Parabole. Paradigma. ſiľe itaq; duobus modis cõſiderare debemus. in ſpẽ formarũ: & nã rerũ: & ſcriptores q̃dẽ artiũ ſiľe genus ponũt ſub ſiľia tria. Icon. i. imaginẽ: parabole. i. collationẽ. Paradigma. i. exẽplũ. p imaginẽ ſiľem fit: cũ ex ſiľi ſpẽ uultus uultibuſ cõparamus. ut os humeroſq; deo ſĩlis p collationẽ ſiľe facimus: cũ rerũ diuerſarũ cõferimus. & copulamus: nõ ſpeciẽ: ſed nãm. ut q̃lis mugitus fugit cũ ſaucius arã. Taurus. Aut pœnorũ q̃lis ĩ aruis ſaucius ille graui uenãtũ uulnere pectus: tũ demũ mouet arma leo: hic. n. Ver. ut pbaret turnũ rebus oĩbus fractis. nõ defectũ ſed iratũ magis: qa uix creditᷣ negocio ſuo: fidẽ fecit: ex adiũcto negocio p ſiľitudinẽ: q̃ ſit ĩ pte nãe. ſic ĩq̃t. & leo magis iraſcitᷣ. poſtq̃ fuerit uulneratus. p exẽplũ aũt tunc ſiľe facimus. ſi ĩ exẽplo ipſo q̃litas oñdatᷣ. ſæpe. n: exẽplũ ĩ q̃titate uerſa. i. ĩ ui: uel nũero: uel figura ĩuenitᷣ tñ & q̃litas ſine exẽplo. ut ci. cũ circa bellũ cãrũ ſimiliũ cõparat nãs ait: ut Helena ĩnq̃t Troianus. ſic tu Antoni huius belli ſemẽ fuiſti. Contrariũ ẽ q̃d poſitũ in genere diuerſo ab eodẽ. cui cõtrariũ eſſe dr̃. plurimũ diſtat. ut frigus. calori: uitæ. mors. Ariſto. oppoſita genus poſuit cõ trariũ. diſperatũ. ad aliq̃d ſub oppoſitis. Cõtrariũ porro Ariſto. ſic definiuit. ſub eodẽ genere ſpẽs multũ ĩter ſe diuerſe hae rõne. ut oĩa ad unũ illud genus referãtᷣ. ꝙ ſupra oẽs res pĩcipales greci ponũt: i. ꝙ latini ens uocãt. i. ꝙ eẽ poſſit. Verũ cõtraria tribus modis ĩueniri poſſunt: cũ aut ſub eodẽ genere ſpẽs multũ ĩter ſe diſtãt: aut cũ ſub ſingulis generibus diuerſis: ſpẽs ẽt diuerſæ ſunt: aut cũ duo genera ĩter ſe diuerſa ſũt. itaq; hic. ci. ĩ diuerſis generibus poſita cõtraria demõſtrauit frigus. & calorẽ. His aũt genus q̃litas. ſed diuerſa. Deĩde ſiľr ſub diuerſis generibus ſpẽs lõge inter ſe diuerſas. poſuit. i. uitã. & mortẽ. Vitæ aũt genus bonũ. mortis malũ. itaq; cõtraria ſunt q̃ ſe e regiõe ſpectãt & q̃ ex diuerſo poſita plẽa ſũt. ſub diſpato aũt. Ariſto. duas ſpẽſ poſuit. priuãtia. & negãtia. Priuantia ſunt ut cæcitas. ĩfœlicitas. uiſio. & fœlicitas hĩtus ſũt. cæcitas. & ĩfœlicitas id agũt. ut p̃ria id ꝙ habuerũt ñ hẽant. Nũq̃. n. cæcitas fiat neceſſe ẽ: niſi uiſio añ tollatᷣ. nec ẽ ĩfœlicitas. niſi prius fœlicitas. excludatᷣ. Icc irco ergo hec priuãtia noĩata ſũt. ꝙ priorũ priuationẽ ſecũdã demõſtrẽt. Negantia porro ſũt quæ negatõe ſeparantᷣ. ut ſapit. ñ ſapit. ſedet. nõ ſedet. Negatio hic illud agit: ut primũ neget. nõ tñ cõſtituat ſecundũ. nõ cum ait nõ ſedet. ſolũ ſedere negat. nõ tñ cõſtituit. utrũ ĩtet an ãbuſet. ſed ſufficit ei genere ꝙ ſedeat. Hic autẽ ci. in diſperato ſola negãtia poſuit. i. ſapere non

ſapere eē: tamen īter diſperātia priuātia noſſe debemus. Genus eſt quod partes aliquas āplecti-
tur. ut cupiditas. Notū eſt quid ſit genus. i. ſub quo multæ ſunt ptes. ptes autē ſunt ea quæ ſub ge-
nere ſunt. Verum cū de his facimus argumētū ex adiunctis: negocio facimus argumentū. Q uo-
tiens aūt de genere quæſtio ē. ex ſpecie faciendū eſt argumentū. Q uotiens de ſpecie quæſtio ē: ex
genere faciendū ē argumentū: ut Ci. cū pro Roſcio ageret idē ſpeciē ſuſcepiſſet. Roſcius. n. ad fi-
lium ſpecies eſt. Argumētū fecit. ex genere. cū dixit tam feros mores in filium cadere nō potuiſſe
Filius. n. genus Roſcius ſpecies eſt ita
& cū de genere qō eſt. ex ſpecie colli-
gendū ē argumētū: ut ſi quæratur an
oēs matres ament filios ſuos & tu ex
ſpecie facias argumētū. adeo omnes
matres nō amēt filios ſuos ut. Medea
filios ſuos ēt occiderit. ita & in reliqs
Euentus eſt exitus alicuius negocii. in
quo quæri ſolet qd ē quaq; re euene
rit: eueniet euenturūq; ſit. Euentum
illū accipiamus: q unicuiq; rei natu-
raliter. ut uidet adiunctus qui rem ſu
am: poſtq̄ res ipſa cōtingerit: neceſſe
ē conſequat. & tūc uere de euentu fa
cere poſſumus argumētū ſi ipſe euen
tus certus ſit: alioquin ſi euentū illum
accipiamus q ex caſu uenit fieri. inde
non pōt argumētū. quod adiunctum
negocio eē poſſit. Facit itaq; de euen-
tu argumentum. ſi eū quē probaueris
inſolētē futurū ſpondeas arrogantem
ita iſolentiæ euentum arrogantiam
do ces q̄ rurſus arrogantiam ad odiū

Genus eſt qd ptes aliquas amplectitur ut cupidi
tas. Pars eſt que ſubeſt generi. ut amor: auaritia.
Euētus exitus eſt alicuius negocii ī quo quæri ſo
let qd ex quaq; re euenerit: eueniat. euenturū ſit.
Q uare hoc ī genere. ut cōmodi⁹ qd euenturū ſit
aīo colligi poſſit. qd ex quaq; re ſoleat euenire
cōſiderādū ē hoc mō. ex arrogātia odiū ex inſolē-
tia arrogātia. Q uarta aūt pars ex his que nego-
ciis dicebamus eē attributa cōſecutio. in hac hæ
res querūt que geſtū negociū cōſequūt. Primū
qd factū ē: quo id noīe appellari cōueniat. Deīde
huius facti q ſunt principes & iuētores q deniq;
auctoritatis ei⁹ & iuētōis cōprobatores atq; emu
li. Deinde & que ea de re: & aut eius rei ſit lex cō
ſuetudo actio: iudiciū. ſciētia artificiū. Deīde na

cām eē demonſtras. Q uare hoc in genere ut cōmode qd euenturū ſit. aīo cōcipi poſſit qd qua
q; ex re ſoleat euenire cōſiderādū ē. Vt iqt ex euētu facile poſſumus argumēta colligere prīo ipſi
nobiſcū ptractare & cōſiderare debemus qs uniuſcuiuſq; rei eē ſoleat euentus. & ut ſciamus nālem
euētū nō fortuitū nobis cōſiderādū deniq; ſoleat. inqt euenire. Cōſuetudo ppetua ē: qd ppetuū eſt.
fortuitū eē nō pōt. Ergo cōſiderādus nobis erit ī rebus ſingulis certus & naturalis euentus. Q uarta
aūt pars ē ex his qs negociis dicebamus eſſe attributas. Negocio quattuor eē diximus attributa. di-
ctū iā de tribus attributis eſt. oñdimus quæ eēnt cōtinētia cū ipſo negocio ī geſtiōe negocii adiūcta
negocio. Nūc de his docendū eſt quæ geſtū negociū cōſequūt: qd qdē quartū attributū uī cū ea p-
te pugnarē. quæ ī prīo attributo ē poſt negociū. Scimus. n. qnq; eē ī prīo attributo. Sūmā negocii:
cām ipſius ſūmæ. & factū triplex: ante negociū: ī negocio. poſt negociū. Hoc extremū factū qd eſt
poſt negociū uī ſilē eē huic attributo: de quo nūc agimus: quod dī cōſecutio. nā utrūq; poſt nego
ciū eſt. ſed hoc diſtāt q ſupra poſt negociū facta illius cōſiderāda ſunt de quo agit. & qd aliquid fe
ciſſe memorat. hic aūt facta cōſiderāda ſunt. ſed extranea. itaq; cōſiderāda ſunt. q̄ geſtū negocium
cōſequātur. Hec ī duobus ſp debemus attēdere. ī pſonis & ī natura geſti negocii. ī pſōis ſic. Si aīad
uertamus quid de geſto negocio hoīes fecerint: aut ſenſerint: aut iudicauerint. ut de facto Milōis.
ut de lege Clodii natura ipſius negocii ſit. ſi res illa facta ſit: cui neceſſe ſit euentū aliquē eē cōiunctū
ut parricidiū furor. neceſſe ē cōſequat. & rurſus parricidā uerīſimile nō ſit dormiſſe. Hæc. n. ge-
ſtū negociū cōſequuntur q̄ non in pſonis aīaduerſa ſunt: ſed in natura geſti negocii. in his itaq; duo
bus & Ci. aīaduertenda dixit ea quæ geſtū negociū conſequūtur. Ac primo de pſonis. prīo inquit
q factū ē. quo id appellari cōueniat. Vtiq; hoc cōſeqtur. res. n. prima ē rei nomē. hō āt neceſſe eſt
rei nomen ponat. ita Ci. de noīe cōſtituendo diſputat in diuinatōe. Nō tā inquit hec accuſatio. q̄
defenſio ē exiſtimāda. Deīde inquit eius facti q ſint pricipes & inuentores. qui deniq; auctoritatis:
eius & iuētōis cōprobatores: atq; æmuli. hec quoq; poſt rē ſint neceſſe ē. neq;. n. pōt iueniri niſi:
qd latet. Eſt porro qd latet aīaduertendū. itaq; qui fuerint illi qui primi illud fecerint unde nūc agit
qui deinde factū pbauerit: ac ſecuti ſint. ſi optimi ſunt laudas factū. ſi peſſimi rephendis. ut Ci. ī di
uinatiōe dicit ſēp hoīes nobiles accuſaſſe. & eos cū magno cōmodo reip. magnā ſp gloriā cōſecu
tos. Deīde iquit: & q̄ de ea re. aut eius rei ſit lex. lex ēt cōſequitur. lex. n. ſp in re: quia res talis uiſa
ē cōſtituitur. Verū q ait de ea re totū ē. Q uod ait eius rei ps ē. interdum. n. totum factū aliq̄ lege:
aut dānatur aut abſoluitur iterdū ps facti. Deīde q ait. cōſuetudo. actio: iudiciū. ſciētia: artificiū &
hec oīa geſtū negociū cōſequūtur. Nā & cōſuetudo rei: iā ante geſtæ ē. & rurſus rē geſtā ſolet aliq̄:
actio cōſequi: uel iudiciū: ut piudiciū natū eē uideatur. deīde neceſſe ē an aliqd fieri. ut ex eo ſcia.
cōſeqtur uel. artificiū. Verū hec oīa. & ī pſōarū actibus puidēda ſunt & ī negocii ipſius natura. icc̄ir
co ait Deīde qd ex natura eius cōuētre uulgo ſoleat an iſolet. Ait negocii ipſius aīaduertēda eē nām

tura ei9ueíre uulgo ſoleat:an iſolēter & raro.Poſtea hoíes íd ſuá auctorítate cōprobat.an offendí í hís cōſueuerínt.& cætera quæ factū alíquod ſímíle cōfeſtím.aut íteruallo ſolēt cōſequí.Deínde poſtremo attendendū eſt:nū quæ res ex hís rebus q̄ ſunt poſítæ ín ptíbus honeſtatís.aut utílítatís.cōſequāť:de quíbus í delíberatíuo cāe genere díſtínctíus erít dícendū:Ac negocíís quídē fere res hæ quas cōmemorauímus ſunt attríbute.Oís aūt argumētatío q̄ ex hís locís quos cōmemorauímus.ſumeť:aut probabílís.aut neceſſaría debebít eſſe Et ení ut breuíter deſcríbam9argumētatío uř eē ſuētū ex alíquo genere:rē alíquā:aut ꝓbabílíter ōn̄dēs:aut neceſſaríe demōſtrās.Neceſſaríe demōſtrāť ea que alíter.ac dícūť:ac fíerí.nec ꝓbarí poſſunt hoc modo. Sı peperít cum uíro concubít

idest qui ſoleant euentus factū iſtud conſequi.ſed hic euentus ab illo euentu.quē in adiūctis negocio demonſtramus:hoc diſtat.quod ille euentus naturaliter certis rebus affixus ē.& rem ſuā quadā ui ac neceſſitate conſequť.hic aūt euentus interdū neceſſarius & naturalis ē.ut parricidium furor neceſſe eſt conſequatur. Interdum uarius.ut commutabilis..ut amor noceat neceſſe ē:& ut nō noceat neceſſe eſt.Sæpe.n.malū euentū amor hēt.ſæpe bonum.Deniq; ut oſtenderet.Cice.euētum iſtū ex natura negocii.ita eē conſiderandū:ut ſcias & in contrariū poſſe conueniri.Deinde inquit.q̄d ex natura eius euenire uulgo ſoleat:an in ſolenter & raro uulgo.i.paſſim frequēť.Ergo firmius argumētū ē ſi de quo agimus euētus frequētius cōſequať.ſi dicas amor magis nocet.Preterea hoc ſciamus īterēē iter:iſtum euētū & illū ſuperiorē:ꝙ hic totus negocii euentus ē.ille uero uniuſcuiuſq; rei. At.n.ſupra q̄re hoc in genere.ut cōmodius q̄d uēturum ſit ante aīo concipi poſſit.quid quaq; ex re ſoleat euenire conſiderandum eſt.Poſtea hoīes id ſua auctoritate comprobare.an offendi in his cōſueuerīt Et hic euentus q naturā negocii conſequiť:qualis apud hoīes habeatur.i.bonus:an malus attendendum eſt ita & ſupra dixit attendendum q hoīes:primū fecerint:q deinde cōprobauerint:nō in.ex eo quia aliquid conſeqť argumentum eſt:ſed quia aut bonum aut malum ē ꝙ conſequiť.i.nō quia eſt ꝙ conſeqť.ſed q̄a tale ē.ita ſemp ñ ex re:ſed ex qualitate fit argumētū:& cetera:quæ factū aliq̄d ſimiliter cōfeſtim:aut ex interuallo ſolet conſequi interdū.n.uicinior.interdū tardior eſt euentus:ut puta ſi quem uoluero occidere uicinus eſt euentus:ut mox me oderit Deinde ſi trado alicui diſciplinam tardior hic euentus.Primo.n.fortaſſis offenditur:deīde amat ac diligit.deinde poſtremo attendendum eſt.Dat poſtremum breue & cōmune p̄ceptum.utrum aliquid honeſtū ſit:an utile.in his ē conſiderandū que geſtum negocium conſequuntur. Verum quæ ſint ptes honeſtatis.atq; utilitatis in deliberatiuæ p̄cepris ſe demonſtraturū eē promittit.Oīs aūt argumētatio:quæ ex his locis:quos cōmemorauimus ſumeť.aut probabilis:aut neceſſaria eē debebit.Ait ſupra:cū de confirmatōe loquereť.Huius īquit ptis certa ſunt p̄cepta.quæ in ſingula cārū genera diuidenť.Verūtñ non incōmodū uř quādā ſiluā.atq; materiā uniuerſam ante pmixtā & confuſā exponere oīum argumentationū.Tria nobis in cōfirmatione tradunť:materia argumētum.argumētatio.Materiā nobis iam tradidit.i.locus:de quibus argumēta caperemus.quos locos diuiſit ī attributa pſonæ& in attributa negocio.Attributa pſone.xi.eē dixit negocio quattuor Atq; horū hoīum ptes enumerauit.ac tradidit:nūc itaq; dicturus ē de argumēto.nec nos cōfūdat ꝙ ꝓ argumēto:argumētationē ponit.Antiqui genus ponebāt argumentationē:ſub argumētatiōe uero argumentū & argumētationē.itaq; hoc uerbo cōiter utebantur:ut pro argumēto recta argumētatio diceretur.Verū anteq̄ dicamus.quæ genera ſint argumētorū:dicamus prius quid cōſiderare & conferre debeamus.ut argumenta faciamus.Secūdū Ariſtotelē decē cathegoriæ ſunt.i.decem res in q̄bus oīa quæ ī mūdo ſūt cōtinētur.Harū rerū una ſubſtātia ē.reliquæ nouē qualitates.i.que ſubſtantiæ accidant.itaq; cū res nuda ē nihil aliud q̄ res ē.Tunc aūt ex ea poſſumus facere argumētū ſi eius qualitates īſpiciamus.itaq; oīa uerba.& noīa hēnt res ſuas.hēnt & q̄litates:quæ q̄litates cū ſibi cōueniūt faciūt argumētū.Cū nō cōueniūt nō faciūt argumētū.Vt puta pōamus occidit.Occidit.res.ē huius rei q̄ ſit q̄litas attendamus.i.quædā aſperitas.quædā īmanitas.Deinde pōamus inimicū.Rurſus inimicus res ē.Eius rei porro q̄litas ſimpliciter aſpſa:atq; crudelis.itaq; qm̄ utraq; ſibi hæc q̄litas cōuenit factū ē argumentū:ita duæ ſiľes q̄litates:cū fuerint copulatæ faciūt:aliā q̄litatē.i.occidit.quia inimicus fuit.quæ q̄litas ē.ut argumētū ꝓbabile eē uideatur.ita ſi dicas occidit quia gladio ꝑcuſſit.argumētū ē quia utriuſq; rei q̄litas ē ſimilis.Alioquin cū in eo ꝙ occidit.iā nota ſit & res & q̄litas rei.Deīde pōas uirgā.cuius res & qualitas nota ē.qm̄ ſimiles ſibi nō ſūt iſte q̄litates cōiūcte in unū ñ faciūt argumētū ſi dicas.ꝑcuſſit uirga & occidit.Semp itaq; nō res ſed q̄litates rerū debemus attēdere.atq; cōferre ut argumēta faciamus.Argumētorū porro genera duo ſint ꝓbabile & neceſſariū.Probabile ē ꝙ ueriſimilitudīe fidē facit.Vt puta q̄a inimicus fuit occidit.Verū de ꝓbabili poſt dicemus.Nūc aūt de argumēto neceſſario diſputauimus.Neceſſarie d̄mōſtrāť ea q̄ aliter.ac dicūtur.nec fieri:nec ꝓbari poſſūt hoc mō.Si pepit cū uiro cōcubuit.Neceſ

ſarium eſt inquit quo aliter ac dictū ē. nec fieri: nec probari poteſt neceſſariū argumentum ad fidem cogit: ac trahit. Probabile aūt irrepit. atq; ꝑſuadet. Neceſſariū porro tale eſt argumētum. ſi ea proferas: quorū talis ſit natura: ut ſic fieri neceſſe ſit: ſi dicas ſi natus eſt morietur. ſi peperit cū uiro cōcubuit. Hæc neceſſe. ut ſe conſequātur: ꝙ ſi neceſſe habes credere. neceſſariū factū ē argumētum. illud tñ ſcire debemus argumentū neceſſariū pœne non eſſe ſolūq; eē inter homines ꝓbabile. Nempe nobis neceſſariū uidetur. ex uero conſtare. nā ſi probabile ex ueriſimili: ex uero neceſſe eſt neceſſarium: Inter hoīes aūt uerum latet: totumq; ſuſpitionibus geritur. ergo neceſſariū nō poteſt eē argumentum: ſed q̄tum inter homines poteſt neceſſariū q̄tum ſecūdum opinionem humanā ualet. alioquī ſecundum criſtophori opinionem non eſt neceſſariū argumētū: ſi peperit: cum uiro cōcubuit. Neq; hoc rurſus ſi natus eſt morietur: nam apud eos māifeſtū eſt ſine uiro natum: & non mortuū. Ergo neceſſarium illud argumētum eſt quod iam opinione perſuaſū eſt. Atq; ut ſcias hoc neceſſarium nō eſſe omnino neceſſarium oſtēdit Ci. etiam hoc hoībus perſuadet. cum ait neceſſarie demonſtrantur ea q̄ aliter ac dicūtur: nec fieri: nec probari poſſunt. Ergo ſi probantur iam nō erunt neceſſaria. Quicquid. n. probatᷣ potuit: & non credi. itaq; neceſſarium: argumentum teneamus illud ꝙ facile populo perſuadet orator. Hoc neceſſarium tribus modis fieri docet. quos modos ī genere dictionis ponit hic. n. iā dictum eſt ſuperius ī materia locos poſuit: de quibus conducta ad argumentationē dictio naſceretur Fieri itaq; neceſſarium argumentum docet aut ꝑ complexionem aut ꝑ enumerationem: aut ꝑ ſimplicem cōcluſionem Complexio eſt in qua utrū conceſſeris reprehenditur: complexio forma dictioni eſt poſita in rationibus neceſſariis. Verū complexio duplici latere conſtat. Vnde q̄cq̄d fuerit electū. neceſſe eſt ut contrariū ſit. in complexionem itaq; duo genera ſunt ꝓponendi. nunc ꝑ ſimples: nūc ꝑ neceſſariū. Simplex hoc modo. Si hoc eſt cur illud facis. Si illud eſt. cur hoc facis. Deīde per neceſſariū ſic. Aut hoc concedas. neceſſe eſt. aut illud. ita hic exemplum complexionis conſiderare debemus factum ꝑ ſimplex. Si improbus eſt inquit cur uteris. ſi probus cur accuſas. ita & in Verrinis Ci. aut amicos inquit confiteri ſiculos: neceſſe ē aut inimicos. Si amici ſunt credamus teſtibus. ſi inimici ſunt inuiti peccunias contulerunt. Enumeratio eſt in qua pluribus rebus expoſitis & cæteris īfirmatis: una reliqua neceſſario confirmatur. Enumeratio quoq; forma dictionis eſt poſita in ratiōibus neceſſariis. Verū in enumeratione multa ponūtur. & excluſis multis unum ꝙ reliquum eſt confirmatur: ut puta ſi hoc nō eſt. ſi illud. & illud nō eſt. reſtat igitur ut iſtud ſit. ita in Verrinis. Si neq; carbo attigit. neq; Sylla uidit. neq; in ærarium relatū eſt: reſtat igitur ut tu Verres peccuniam ſuſtuleris. Verū enumeratio duobus modis fit. cū aut multis rei rebus excludit. unā quæ reliqua ē cōfirmas. aut cum rei rebus excluſis contrariā confirmas. Multis rei rebus excluſis una q̄ reliqua eſt confirmatᷣ. ut ſupra ipſe Ci. cōtra. Hermagorā. Nam aut nullū cāæ genus ē: aut iudiciale ſolū aut & iudiciale. & demōſtratiuum. & deliberatiuū: Hic multa enumerauit. ſed excluſis duabus rebus: reliquā tertiā cōfirmauit. Nullū īquit cāe genus eē nō pōt dicere q̄ artis ꝓcepta dat. unū eē nō pōt dicere q̄a hoc. & hoc. Relinq̄tᷣ. ergo īquit ut oīa tria genera cārū ſint. Ergo hic multis rei rebus ſublatis poſtrema ē. cōfirmatā. Deinde oībus rei rebus excluſis cōtrariū ſic cōcluditᷣ. ut hic ipſū exēplum poſitū eſt. Neceſſe ē inq̄t. aut Inimicitiarū cā ab hoc eē occiſū: aut metus: aut ſpei. aut alicuius amici gratia. At ſi horum nihil eſt ab hoc nō eſſe occiſum. itaq; hic res eſt occiſio. Huius rei omnes res ſuſtulit. i. cauſas ocidendi. Poſtremo contrariarum concludit. ſic igitur horū nihil eſt non occidit: Simplex autem concluſio ex neceſſaria conſecutione conficitur. & in hoc neceſſarium eſt argumētum ſed in una re poſitum. & iō ſimplex concluſio nominatur. ut puta ſi illo tempore. quo uos me iſtud feciſſe dicitis. ego tranſmare fui relinquitur. ut id ego non fecerim. ſed nec potuerim facere.

Hoc genns argumētādi q̄d in neceſſaria demonſtratōe uerſatᷣ: maxīe tractatur ī dicendo: aut per cōplexionē: aur ꝑ enūerarionē. aut ꝑ ſimplicē cōcluſionē. Cōplexio ē in qua utrū cōceſſeris reprehenditur in hūc modū ſi improbus ē. cur uteris ſi probus: cur accuſas. Enūeratō eſt in qua pluribꝰ rebus expoſitis. & cæteris īfirmatis. una reliq̄ neceſſario cōfirmatᷣ hoc pacto. Neceſſe ē aut inimicitiarū cā ab hoc eē occiſū. aut metꝰ aut ſpe: aut alicuiꝰ cā amici. aut ſi horū nihil eſt ab hoc nō eē occiſū Nā ſine cā maleficiū ſuſceptū nō p̄t eē ſed neq; inimicitiæ fuerūt: nec metus: ullus. nec ſpes alicuiꝰ cōmodis. neq; ad amicū eius aliquē mors eius ꝑtinebat: Relinq̄tᷣ igitᷣ ut ab hoc nō ſit occiſus. Simplex aūt cōcluſio ex neceſſaria cōſecutōne cōficitᷣ hoc mō. Si uos me iſtud eo tp̄e feciſſe dicitis. ego aūt eo ipſo tp̄e trās mare fui relinq̄tᷣ ut id q̄d dicitis nō mō nō feceri: ſed ne potueri quidem facere: atq; hoc oportebit diligēter uidere ne quo pacto genꝰ hoc refelli poſſit ut ne cōfirmatio modū ī ſe argumētādi ſolū habeat: aut quandam

Hic itaq; ſimplex res ē in ſuperioribus uero duplex: in complexione. ſ. & enumeratōe. & com-
plexione quidem aperte duas res continet: aut hoc eſt inquit: aut illud. ſi illud ē cur facis. ſi illud ē
cur non facis. Enumeratio eſt cū multas in ſe res habeat collocatas: duplex tamē eſt. ea. n. omnia:
quæ tollis q̄uis multa ſint. una tamen parte ponūtur. in altera id quod concludis ſiue aliquid de re
bus ſit. ſiue contrariū rei. ut ſupra docuimus. Atq; hoc diligēter uidere oportebit. Præcepta dat ut
neceſſaria argumenta nō ſola dicendi ſpecie faciamus. i. ne complexio uel enumeratio in ſolo ge-

ſimilitudinē neceſſarie cōcluſionis. Verū ipſa ar
gumētatio ex neceſſaria rōne cōſiſtat. Probabile
autē eſt id quod fere ſolet fieri: aut quod ī opinio
ne eſt: aut qd habet ſi ad hoc quādā ſimilitudinē
ſiue id falſū eſt ſiue uerū. Verū ī eo genere quod
fere ſolet fieri ꝓbabile huiuſmodi eſt. Si mater ē
diligit filiū. Si auarus eſt negligit iuſiurandū in
eo aūt qd in opiniōe poſitū eſt huiuſmōi ſūt ꝓba
bilia. Impiis apud īferos pœnas eē ꝑparatas: Eos
quā philoſophiæ dent operā nō arbitrari deos eē.
Similitudo autem in contrariis & in partibus: &
ī his reb⁹ que ſub eādē cadunt rationem maxime

nere dicēdi poſita eē uideatˀ. ſed ut ra
tōe ipſe & res neceſſarie ſint. & hoc ge
nere dicendi proferantur. triplici. ſ.
aut per complexionem: aut p enume
rationem: aut per ſimplicem conclu-
ſionē. Dictū itaq; de neceſſario argu
mento. & quale ſit. & quot modis di
ctionis proferatur: nūc de probabile
incipit diſputatio quod ut mel us itel
ligamus pp uim expoſitōis hæc prius
nobis etiā pictura cernatˀ. Argumen
tum. Neceſſariū. Probabile. Cōple-
xio. enūeratio: ſimplex: cōcluſio. per
id quod fere ſolet fieri p id quod eſt ī
opinione. Per ea q̄ hn̄t ad hæc quādā
ſimilitudinem. Per contrarium. Per
paria. per eas res quæ ſub eadē ratio-
ne cadūt. per uera. per falſa. Vel p ue
riſimilia. probabile aūt ē id quod fe-
re ſolet fieri. aut quod ī opinione poſitū ē: aut qd hēt ī ſe ad hæc quandā ſimilitudinē ſiue id falſum
ē ſiue uerū. Dictū ē de neceſſario argumēto: & de eius mōis tribus. ſ. nūc de ꝓbabili argumēto dica-
mus. ī ſolo uirtus oīs fidei cōtinetˀ. Vt ſupra. n. diximus neceſſariū īter hoīes nō ē ꝓferri; cū ēt ſ ipm
ꝓbetˀ: ꝓbabili itaq; ſolo oīs fides nitiˀ: adeo ut greci officiū & finē oratoris ſic definierīt
. i. ꝓbabiliter ad fidē dicere. Probabile aūt p ſeipm nō pōt definiri: neq; in ꝓceptū quoddā
exprimi. Sed probabile erit argumentū pro moribus patriæ: populi: temporis. Neq;. n. oībus unū
atq; idem probabile eſt. Aliud. n. iuſtū romāis. aliud barbaris uidetur. itaq; ut probabilia argu
mēta faciamus primū nobis patria īſpiciēda eſt in qua ſumus: & eius patriæ inſpiciēdi mores: deī
de īſpiciēda ē ciuitas: quæ pars patriæ ē: Oīs. n. ciuitas hēt ꝓprios mores. Deinde īſpiciēdū ē tp̄s:
tēpora. n. ſæpe mutātur. poſtremo ēt eius apud quē dicimus cognoſcēda natura ē. ut ſecundū mo
res eius ꝓbabilia argumēta faciamus. itaq; hæc precedūt anteq̄ probabilia argumenta proferamus
Verū ipſum probabile argumentū. primo in tria diuiditur. i. in id quod facile fere ſolet fieri. & in
id quod in opinione poſitū e. & in id qd hēt ad hoc quādam ſimilitudinem. Deinde in. iiii: ſignū
credibile: iudicatū: cōparabile. Verū illa tria res ſunt: quibus probabile cōficitur argumētnm. illa
autē. iiii. quæ ſequūtur. rerū harū triū effectus ſūt. primo itaq; illa tria uideamus: in quæ probabile
diuiditˀ argumentū p id quod ſolet fieri probabile argumētū ſic fit: ſi ea ad fidē colligas quæ ī actus
couſuetudīe uerſantur: ut puta ſi mater ē diligit filiū. Si auarus ē negligit iuſiurādū. ita & Terentius
meretrices malas: auaros lēones: triſtes: ſenes: edaces: paraſitos eē cōmemorauit. Hec itaq; ad fidē
dicta ſūt per id quod fere ſolet fieri. Deinde p id quod in opiniōe poſitū ē ꝓbabile argumentum ſic
fit: ſi ad fidē nō ea quæ in uſu ſunt agēdi. ſed ea quæ ī opinione ſūt poſita colligamus. Si dicas īfe
ros eē &. impiis apud īferos poena. Si dicas oēs qui philoſophātur cōtra deos facere. Multi. n. cre
dēt ꝙ philoſophi cōtra deos faciāt. Et enī ſi deos aſſerūt: & me forte ſtultū eē dicūt: qm̄ me talem
deus eſſe uoluit cōtra deos faciūt cū me reꝑhendūt. Deīde ī. r. p. cū bella aut pax ex dei uolūtate cō
tingāt ipſi aūt multa cupiūt ꝑſuadere cōtra deos faciūt: ſi id nō aſſerūt agendū ꝙ deorū uolūtate cō
tingit. Ergo ut diximus ex his quæ in opinione ſūt poſita. probabile colligitur argumentū. ſi dicas
inferos eē uel nō eē: deos eſſe. uel nō eſſe. mundū natū. mundū nō eſſe natū. iſte opiniōes di-
cunt .n. græce opinio: & opiniones nūcupātur. Adeo māifeſtū ē oia quæ in mūdo agun
tur argumētis probabilibus ꝑſuaderi quādo ēt philoſophorū ꝓfeſſionibuu ex opinione nomē īpoſi
tūē ut dogmata dicātur. Tertiū illud ē ut doceamus quēadmodū ꝓbabile fiat argumētū ex eo qd
hēt ad hæc quādā ſimilitudinē. i. p ſimilitudinē. ut puta ſcis q̄ patriā prodit pœnā meretˀ. ille q̄ pa
triā defendit ꝓmiū meretur. Verū hic ex altero alteri fides fit. & ſic quaſi fuerat nominādū. ſed cl.
nō quēadmodū fieret argumētū. ſed unde fieret iudicauit. cū ait. Aut quod hēt ad hæc quādā: ſimi
litudinē ad hæc. i. ad ſuperiora ad id quod fere ſolet fieri. & ad id quod fere in opinione poſitū eſt
Et enī hoc argumētū tertiū ubi. ex altero alterū probamus. nūc tale pōt eē ut ſoleat fieri nūc tale ut
in opinione poſitū eſſe uideatur ut ſoleat fieri. ſi is q̄ patriā prodit pænā meretur. ille q̄ patriā defē
dit ꝓmiū meretur. ut ī opinione ſit: ſi īpiis apud inferos tormenta præparata ſunt īnocentibus ꝑ
parata ē. itaq; hoc qd hēt ad hæc quandā ſimilitudinē. i. ſimilitudo tribus mōis ꝓbabile efficit ar-

gumẽtũ: aut ꝑ contraria: aut ꝑ paria: aut per eas res: quæ ſub eandẽ rationẽ cadunt. Per contraria
ſic. Nam ſi his qui imprudẽtes leſærunt ignoſci conuenit is qui neceſſario profuerũt haberi gratia
nõ oportet. Hic contraria ſunt ꝓdeſſe & nocere. ſed ipſa contraria nõ faciunt argumentũ. niſi ha-
beant inter aliquã ſimilitudinẽ. Hic itaq; animorũ ſimilitudo eſt. nã ſi ille ĩprudẽter obfuit. hic ne
ceſſitate profuit: neq; ille uoluit obeſſe: neq; hic uoluit prodeſſe. ergo ſi ignoſcitur ei qui nõ uolũ-
tate. ſed imprudentia læſit: & illi gratia nõ habenda eſt qui nõ uoluntatẽ profuit. ſed neceſſitate. ꝑ
paria ſic: cum non ex cõtrariis rebus
ſed ex ſimillimis per naturam proba
bile colligimus argumentum: ut pu-
ta. nam ut locus ĩ mari ſine portu na
uibus intutus eſt ſic aĩus ꝙ ſine fide eſt
amicis non poteſt eſſe portuoſus. Ex
his autem quæ ſub eandẽ rationẽ ca-
dunt. probabile facimus argumentũ
cũ ea ſibi conferimus que ad aliquid
ſunt ut puta locare. conducere. emere
uendere. Hæc uerba ad ſe inuicẽ ſpe-
ctant. itaq; ex unius rei ratione alteri-
us rei rationem probare debemus ut
puta neſcio. ꝙ patre uendente emit fi
liũ iniquã rem dicitur feciſſe. hic fa-
cit argumentũ probabile. Nam ſi is
qui uendidit rẽ iniquam fecit. & hic
qui emit rem iniquã fecit. Deĩde ꝙ ci
ce. poſuit excplũ apud rhodios porto
riũ res uilis utilis erat. Et hermocreõ
uir ampliſſimus id cõduxit portoriũ.
Defenditur quod rem turpe nõ fece-
rit: Facis itaq; argumentũ per eas res
ꝙ ſubeandem rõem cadunt. Nam ſi
rhodis turpe non fuit locare. ne. her
mocreõti quidem turpe eſt conduce-
re Siue aũt inquit uera ſint: ſiue falſa ea. unde fecimus argumentũ: nihil ad nos dummõ ad fidem
faciendã ꝓbabilia eẽ uideant̃. Falſũ eſt ſiue uериſiꝉe. ſi dicas nõ occidit Medea filios. Q uippe ma-
ter filios nunꝗ potuiſſet occidere. Hic falſũ ẽ ꝗ aſſeris: tñ feciſti argumẽtũ ꝓbabile: ꝑ id ꝗd fere ſolet
fieri: ut Medea filios nõ occidiſſe credat̃. Aut ſi dicas ꝗa multis ĩ calceis puluis fuit ex itinere regreſ
ſus ẽ. Verũ eſt aũt argumẽtũ ꝓbabile ſi dicas. Q uoniã cicatrix ẽ: uulnus fuerit neceſſe eſt. Nũc autẽ
ut ꝓbabilis argumẽti oẽs ptes ſcire poſſumus. Hec quoq; nobis aĩaduertenda ẽ pictura. Per id quod
fere ſolet fieri. Signũ. Credibile. iudicatũ Religioſũ. probabile argumẽtũ: ꝑ id ꝗd ĩ opinione poſitũ
eſt. Cõe. Approbatũ. Cõparabile. Per ea ꝙ habent ad hæc quãdã ſilĩtudinem imago. Collatio.
Excplũ. Oẽ aũt: ut certas quaſdã in ptes tribuamus. ꝓbabile ꝗd ſumit̃ ad argumentationẽ: aut ſi-
gnũ eſt. aut credibile: aut iudicatũ: aut cõparabile ſupra diximus probabile argumẽtum ĩ tres ptes
diuidi: in id ꝗd fere ſolet fieri. in id ꝗd in opinione poſitũ eſt. & in id ꝗd habet ad hæc quandam:
ſimilitudinem. Sed has tres ptes ipſas res eſſe diximus. de ꝗbus probabile ſit argumentũ. Verũ in
his tribus rebus hæc rurſus quattuor collata ſunt. i. ꝗd ex illis rebus conficit̃ aut ſignũ dr̃: aut credi-
bile. aut iudicatũ. aut cõparabile. Atq; ut ſciamus hæc quattuor illis tribus eſſe cõnexa: id ꝗd fere
ſolet fieri: nihil aliud hẽt ĩ ſe niſi. aut ſignũ: aut credibile. Deinde id quod in opinione poſitũ eſt: ni
hil in ſe hẽt iudicatũ. Poſtremo id quod habet ad hæc quãdã ſilĩtudinem: nihil aliud habet niſi cõ-
parabile. Videamus itaq; hæc ꝗttuor ĩ illis tribus eſſe. Nec hæc tñ ſibi copulata ſũt ſed oĩa quæ in
argumento ſunt ꝓbabili: etiã argumentis attributis pſone. & attributis negocio conſtat eſſe cõnexa
Nã quattuor negocia eſſe dicimus attributa cõtinẽtia cũ ipſo negocio. & in geſtiõe negocii adiũcta
negocio quæ geſtũ negociũ cõſequuntur. itaq; in cõtinentibus cũ ipſo negocio. & in geſtõe negocii
ſignum eſt. in his quæ geſtum negocium cõſequunturiudicatum eſt. In his autem quæ adiuncta
ſunt negocio comparabile eſt: In attributis uero perſone credibile eſt. ita uidemus: & locus argumẽ
torũ. & res & exitus certis rationibus ſibi eſſe copulata. Nulla itaq; uideatur eſſe confuſũ quod.
probabile argumentũ iam dudum in tria diuiſimus. nunc in quattuor. quia id quod fere ſolet fieri
duo in ſe continet. ſignum & credibile. Q uod i n opinione poſitum eſt unum habet in ſe. ideſt iu-
dicatum. quod habet ad hæc quandã ſimilitudinẽ ſimiliter in ſe unum continet. ideſt comparabile
itaq; probabile argumentum in quattuor partes nunc diuiditur. nam aut ſignum eſt. aut credibile.
aut iudicatũ. aut comparabile. Signum eſt quod ſub ſenſum aliquem cadit: Q uinq; ſenſus ſunt in
homine. uiſus. auditus. odoratio. ſapor. & tactus. itaq; quicquid ſub hos ſenſus cadit. cũ argumen
tũ fuerit attractũ. ſignũ eſt. Q uod ſignũ ꝑ ſe nõ ad ſe ualet: ſed ex eo aliđ proficiſcit̃. i. aliud aſſerit̃

ſpectat̃ in contrariis hoc mõ. Nã ſi his qui impru
dẽter læſerũt ignoſci cõuenit. his qui neceſſario ꝓ
fuerũt haberi gratia nõ oportet ex pari ſic. Nã ut
locus in mari ſine portu nauibus nõ põt eſſe tut9
ſic aĩus amici ſnĩe fide ſtabilis eẽ nõ põt. in his re
bus quæ ſub eandẽ ratõnẽ cadũt. hoc modo ꝓba
bile eſt. Nã ſi rhodiis turpe nõ ẽ portoriũ locare
nec Hermocreonti ꝗdẽ turpe ẽ conducere. Hæc
tum uera ſunt hoc pacto. Q uoniã cicatrix ẽ. uul
nus fuit. Tũ uериſimilia hoc mõ. Si multus erat
ĩ calceis puluis ex itinere eũ uenire oportebat. Oẽ
ãt ut certas quaſdã in ptes diſtribuam9. ꝓbabile
ꝗd ſumit̃ ad argumẽtationẽ: aut ſignũ ẽ: aut cre-
dibile: aut iudicatũ. aut cõparabile. Signũ ẽ ꝗd:
ſub ſenſum. aliquẽ cadit & quiddã ſignificat ꝗd:
ex ipo ꝓfectũ uidet̃. ꝗd aut ante fuerit: aut ĩ ipſo
negocio: aut poſt ſit ſecutũ: & tñ indiget teſtimo

nīī & grauíorís confírmationís: ut cruor: fuga: palor: puluís: & quæ hís ſūt ſiſ̄ia. Credíbile ē ꝙ ſine ullo recte audítoris opíníōe cōfírmatur hoc mō. Nemo ē q nō líberos ſuos ícolumes & beatos eſſe cupiat íudícatū ē res aſſenſíone: ut auctorítate: aut íudícío alícuiꝰ aut alíquorū cōprobata. Id tribꝰ ī generibꝰ ſpectat̃: relígíoſo communí: & approbato. Relígíoſum ē qᵈ íuratí legíbus íudícauerūt. Cōmune ē qᵈ oēs cōmuníter probarunt ſecutí ſunt huiuſmodí ē: ut maioríbꝰ natu aſſurgat̃: ut ſuplícantíū míſereat̃. approbatū ē qᵈ hoīes cū dubíū eēt: quale haberí oporteret ſua cōſtítuerínt auctorítate: uelutí. Gracchí pr̄ís factū quē populus Roma. ob id factū qᵈ inſcíente collega ín cēſura níhíl geſſít poſt cēſurā fecít cōſulē. Cōparabíle aūt ē qᵈ ín díuerſís rebus ſímílē alíquā rōem contínet. Eíus ſunt ꝑtes tres: ímago: collatío: exēplū. Imago ē oro demōſtrās corpꝶ aut nāꝶ ſiſ̄ítudínē. Collatō ē oro rē cū re ex ſiſ̄ítudíne cōferēs. Exēplū eſt ꝙ rē auctorítate. aut cāu alícuíꝰ hoīſ aut negocíí cōfírmat aut ífírmat. Horꝶ exēpla & deſcríptōes í p̄ceptís

utpura ſi agat̃. an neſcio q̄s ex itinere uenerit: & aſſeras eū ueniſſe nā ī calceis eius multus puluis ē Puluis hic ſignū eſt & ſignū q̄d ſub ſenſum oculoꝶ cadit. Aut ſi dicas q̄a cruentus eſt hoīem occidit Deīde ſi dicas. Seditio facta ē: nā tumultus auditus ē. Hic tumultus ſignū ē: ſed ſignū q̄d ſub aurīū ſenſū cadit. ita & r̄liqua ſimilia. Veꝶ hoc argumēti genus. i. ſignū nō ſatis ad fidē ualet: ſed alterius ſit maiori argumēti īdiget approbatiōe: ita ꝓbabile quidē eſt argumētū ſed ñ ualidū ſꝑ quæ hoc argumento cōiectura tractat̃: & iō aut aliud firmus argumentū: aut teſtimoniū req̄rit. Sed q̄d pauloante dixi ſignū eē ī eo q̄d fere ſolet fieri. Vtiq̄ȝ cū dico ex itinere uenit nā multus ī calceis puluis ē & hoīem occidit nā cruētus ē argumentū facio ex his quæ fere ſolet fieri. nā qui ex itinere uēit ſolet fieri ut puluerulētus ſit & q hoīem occidit ſolet fieri: ut cruētus ſit ex ſigno uero ī oīa tp̄a circa factū facere poſſumus argumentū utputa occidiſti hoīem q̄a cruentus es & hic cruor ſignū ē. Occidiſti āt hoīem tp̄s p̄teritū. Deīde occidis hoīem. nā uulnus īfigis ſignū ē. Occidis hoīem tp̄s preſens. Deīde occidere uis hominē. nā armatus īcedis hic armatus īcedis ſignū eſt. Occidere uis hoīem tp̄s futuꝶ: ita ſignū ad oē tp̄s argumētū ē. Credibile ē q̄d ſine ulo teſte auditoris opiniōe firmat̃ hoc mō. Credibile ē īḡt argumentū. q̄d ꝑ ſeipſum fidē facit. neq̄ȝ ad ꝓbādū deſiderat teſtē. Sed facile cū ꝓlatū fuerit apd̄ opinionē & ſnīam iudicis pſuadet̃. Hoc credibile ī eo eſſe dixīus q̄d fere ſolet fieri & rurſus ī attributis pſōæ ita ī exēplo q̄d ſubdidit Ci. utrūq̄ȝ & uideamus. Nemo eſt īquit q nō liberos ſuos īcollumes & btōs eē cupiat utiq̄ȝ & ſolet fieri ut nemo ſit q nō amet liberos ſuos & attributū pſonæ eſt. i. fortunæ ꝙ liberi noīant̃ & ꝙ ait nemo ē Iudicatū ē res aſſenſōe: aut auctoritate: aut iudicio alicuius: aut aliquorū cōprobata. Iā & hinc in tria diuiſit iudicatū. Nā aſſenſio in religione eſt auctoritas in cōi iudiciū ī approbato in tria enim iudicatū diuiſit: in religioſum: in commune in approbatum. Religioſum eſt inquit: ſi quid de re aliqua iurati iudices iudicarūt: & ratio religioſum: quia iurati iudicarunt: quod aſſentiri nos neceſſe eſt. Animaduertamus tamen ut iudicium geſtum ſemper negocium cōſequant̃. Cōe eſt quod omnes uulgo ꝓbarūt. Cōe eſt inquit q̄d ex more uulgi iuſti auctoritatem tenet. ut neceſſe ſit maioribꝫ natu aſſurgi: ut ſupliciū miſereri. Hæc ut ſeq̄mur hēmus uulgi auctoritatē. Deīde hoc ēt aīaduertāus ꝙ cōſuerudo q̄cūq̄ȝ rē ſꝑ aliq̄ cōſeq̄t̃. Inter id q̄d fere ſolet fieri. & cōe hoc ītereſt: id q̄d fere ſolet fieri ex q̄dā natura ē. Cōe iudicato ſtrigit̃: Approbatū ē q̄d hoīes cū dubiū eēt: q̄le h̄ri oportet. approbatū ē īq̄t q̄d cū dubiū eēt circa q̄litatem bonā malāue ad unā partem hoīes inclinauerūt: ut inquit cū ſororem Hor. occidiſſet & de facto eius populus eſſet īcertus tñ abſolutus ē. Deīde ut tyberius Gracchus cenſor inſiente collega quoſdā in ſenatu nouiſſet & de eius facto dubitaret̃. poſtea tñ eius factū populus approbauit. nā eū cōſulem fecit. ita religioſū: & cōe & approbatum: q̄a ī iudicato ſūr geſtū ſꝑ negociū cōſequūt̃. Cōpabile āt ē q̄d ī rebꝫ diuerſis ſimilē aliquā orōnen cōtinet. Dictū ē iā de ſigno. de credibili. de iudicato. r̄ſtat extremū ut de cōpabili dicat. Cōpabile ē q̄d res īter ſe diuerſas aliq̄ rōe cōiungit. Hæc cōpatio. i. ſimilitudo partes h̄et tres imaginē quā græci appellāt. Collationē quam græci appellant Exemplū q̄d græci appellant. imago ē orō circa res diuerſas aut corpoꝶ aut naturaꝶ cōpans ſimilitudiuē: ut os humeroſq̄ȝ deo ſimilis: ut qualis mugitus fuit cū Saucius arā Taurus. Collatio ē oratio: quæ res in ſe diuerſas eē ſimili cōpatiōe cōiūgit. ut ē iſtd̄. Ac ueluti magno ī populo cū ſæpe cohorta ē ſeditio. exēplū eſt quo rē aliq̄ alicuius hoīs aut negocii auctoritate: uel caſu aut dehortamur. Hortamur ſic. ut Anthenor potuit mediis elapſus achiuis illyricos penetrar̄ ſinu ſd̄hortamur ſic at ñ uiderūt mœnia Troæ neptuni fabricata manu cōſidere ī ignes. Hæc q̄dē nos exēpl a grammaticalibus artibus ſuppoſuimus Cice. autē ſe exempla his: quæ ſunt incōparabili

ſuppoſitum eē ꝓmittit: cū cœperit de elocutiōe tractare. Nūc āt de inuētiōe tractatus ē. Ac fons ꝗdē cōfirmatiōis ut facultas tulit aptus ē: nec minus dilucide ꝗ rei natura ferebat demōſtratus ē. Ea oīa quæ ad cōfirmationē ptinebāt demōſtrata ſūt. ita iḡt ut rei ipſius natura flagitabat: ſed hic cōfuſe oīa ꝓlata ſingulatim ſe āt circa ſingulas cās traditum eē ꝓcepta i. ii. libro ꝓmittit. In pñtia tantūmodo numerum & modos & ptes. Numerum accipimus a tributa pſōæ undecim negocio ꝗttuor deinde genera argumētorum duo neceſſariū: ꝓbabile. Modos āt accipiamus. i. ī neceſſario argumēto Cōplexionē enumerationē ſimplicē cōcluſionē. Deīde ī ꝓbabili argumēto id qd ferē ſolet fieri qd ī opīone poſitū ē qd hēt ad hæc ꝗdā ſimilitudinē ptes āt accipiāus ſignū credibile iudicatū cōpabile & ea q ſb his ſūt. Atq ī ucīri qdē oīs ex his locis argumētatio poterit. pñt qdē oīa iā argumēta ex hiſ locis quos ꝓcepimus iucīri. ſed hæc ipa argumēta debēus iḡt artificioſa dictiōe diſtiguerē qa & ſuaue & neceſſariū ē. itaq nūc pauca de dialectica ad rhetoricā trāſlaturus ē. Hēbitq locū de ſylogiſmis ad quos capiēdos & tenēdos lectorē uehemēter hortatē ut ipe ait. Q d nō rei ſolū magna ē utilitas. ſed ꝓcipiēdi quoq ſūma difficultas dixīus itaq argumētū ꝓbabile ī ꝗttuor diuidi ſignū credibile iudicatum cōpabile credibile eē dixīus ī duobus negocio attributis pſonæ. Signū eē dixīus ī duob negocio attributis ī cōtinētib cū ipo negocio & ī geſtiōe negocii Cōpabile eē dixīus ī adiūctis negocio. iudicatū uero ī his q geſtū negociū cōſequūt. Itaq oē argumētū factū ex attributis pſōæ credibile dicet. Deīde oē argumētū fcm̄ ex cōtinētib cū ipo negocio & ex his q ī geſtiōe negocii ſūt ſignū dicet. Deīde oē argumētū fcm̄ ex his q negocio adiūcta ſt cōpabile dicet. Poſtreo oē argumētū fcm̄ ex his q negocio & negociū cōſequūt iudicatū dicet. Sed cū ꝓbabile ſuerit alioqn ī oīb attributis tā pſōæ ꝗ negocio & neceſſariū eē poterit argumētū cuius tres ptes eē diximus cōplexionē enūerationē ſimplicē cōcluſionē. Oīs igit argumētatio p īductionem tractanda eſt: aut per ratiocinationem. De materia & argumento iam dictum eſt. Nunc tertium illud eſt ut de argumentatione dicamus q ptiet ad elocutionē & quā Ci. ex dialectica ſūptū ī rhetoricā poſuit laxiorē argumētō ē itaq artificiū nō iuēīēdi ſed dicēdi. Hæc duob mōis fit aut p īductionē aut p rōcinatione. ita & ariſto. ī argumētatiōe duo ēē dixit. ātq ariſto. breuit ac ſtricti oē exēplū īductionē eē dixit qd aīus anditoris ab eo qd nō dubiū ē ad credēdū id qd dubiū ē īducat duo itaq ſt genera argumētādi īductio & rōcinatio Verum īductōe philoſophi utūt & hic nūc ad exēplū īductio phīca īducit ad hoc ut itelligamus qd ſit īductio uel quēadmodū fiat poſt aut ꝓcipiet ꝗlis īductio poſſit eē oratoris. Inductio eſt orō quæ reb nō dubiis captat aſſenſionē eius q cū īſtituta eſt. Generaliter hic īductionē definiuit q definitiōe oſtendit ubiq nos inductiōe uti poſſe & in phīca & ī oratoria & īquacūq cōtētiōe uerborum etiā in fabulis. Nā ubiq neceſſe ē pſuadere: & iō perſonā certā hic nō poſuit: ſed hoc ait. Inductō eſt oratio quæ rebus nō dubiis captat aſſenſiones eius: qui cū īſtituta ē. Eius iḡt. i. ſiue ille philoſophus ſit: ſiue iudex: ſiue orator: ſiue amicus: ſiue inimicus. Inductio itaque ſic facienda eſt: ut primo proponamus illa quæ extra negocium ſunt: ſed tamen quæ ad negocium per ſimilitudinem ſpectant: & talia inquit eſſe debent: illa quæ proponimus. ut neceſſario his cum quo agis ita eſſe

elocutionis cognoſcentur. Ac fons quidem confirmationis ut facultas tulit apertus eſt: nec minus dilucide quam rei natura ferebat: demonſtratus eſt. Quemadmodum autem omnis conſtitutio: & pars conſtitutionis. & omnis controuerſia ſiue in ratione ſiue in ſcripto uerſetur tractari debeat: & quæ in quaq; argumentationem conueniat: ſigillatim in ſecundo libro de uno quoq; genere dicemus. In preſentia tātummodo numeros & modos & partes argumentandi confuſe & permixte diſparſimus & poſt diſcrete & electe in genus quodq; cauſæ quid cuiq; conueīat ex hac copia digeremus atq; inueīri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit. Inuentam exornari: & certas in partes diſtingui: & ſuauiſſimum & ſumme neceſſarium: & ab artis ſcriptoribus maxime neglectum. Quare de ea præceptione nobis & in hoc loco dicendum uiſum eſt ut ad inuentionem argumentandi quoq; abſolutio adiūgeretur & magna cum cura & diligentia locus hic omnis conſiderandus eſt quod non ſolum rei. magna utilitas eſt. ſed præcipiendi quoq; ſumma difficultas. Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda eſt: aut per ratiocinationem. Inductio eſt oratio que rebus non dubiis captat aſſenſionem eius qui cum inſtituta ē quibus aſſenſionibus facit: ut illi dubia quedā res ꝓpter ſimilitudinem earū rerū: quibus aſſenſit ꝓbet: uelut apd ſocraticū Aeſchinē dmoſtrat. Socrates cū xenophōtis uxorē: & cū ipo xenophōte

Aſpaſiam locutam: hic mihi inquit quæſo xeno
phontis uxor ſi uicina tua melius hēat aurum:
quam tu habes: illius ne an tuum melius. Illius
inquit: quod ſi ueſtem & cæterum ornamentum
muliebre pretii maioris habeat quam tu habes:
tuum ne an illius malis. Illius uero age ſi inquit
ille uirum meliorem habeat quam tu habes ui
rum ne tuum an illius malis. Hic mulier erubu
it Aſpaſia cum ipſo xenophonte ſermonem inſti
tuit. Q ueſo inquit xenophon: ſi uicinus tuus
equum meliorem habeat quam tu habeas tuum
ne equum malis an illius. Illius inquit quod ſi
fundum meliorem habeat: quam tu habes utrū
talem fundum habeṙ malis. Illum inquit melio
rem: ſcilicet quod ſi uxorem meliorem habeat:
quam tu habes: utrum illius malis: atque hic xe
nophon quoq; tacuit poſt Aſpaſia. Q uoniam
uterq;.n. ueſtrum inquit id mihi ſolum nō reſpō
dit qđ ego ſolū audire malueram egomet dicam
quid uterq; cogitet. Nam & mulier optimū uiꝝ
mauis habere: & tu xenophon uxorem habere le
tiſſimam maxime uis. Q uare niſi hæc pfeceritis
ut neq; melioꝝ uir: neq; fœmina letior i terris ſit
profecto ſemper id quod optimum putabitis eē
multo maxime requiretis tu ut maritus ſis q̄ op
timę mulieris hec q̄ optimo uiro utputa ſit. hoc
cum in rebus non dubiis eſſet aſſenſum factum
eſt propter ſimilitudinem: ut etiam illud quod
dubium uidebatur: ſiquis ſeparatim quereret id
profecto propter rationem rogandi concederent
hoc modo ſermonis plurimum uſus eſt ſocrates:
propterea quod nihil ipſe affere ad perſuadendū
uolebat ſed ex eo q; ille ſibi đderat ille q cū diſpu
tabat aliqd cōficeṙ malebat q; ille ex eo q; iā con
ceſſiſſet neceſſario approbare deberet. Hoc in ge
nere precipiendū nobis uṙ primū ut illud quod i
ducimus p ſimilitudinē eiuſmodi ſit: ut ſit neceſ
ſe cōcedi nā quo poſtulabimus illud q; dubiū ſit
cōcedi dubiū eē idipſū qđ iducimus nō oporte
bit. Deide illđ cui⁹ eā cōfirmandi fiet iductio ui
dendū ē ut ſimile his reb⁹ ſit quas res quaſi non
dubias aā dixius. Nā aliqđ aā cōceſſū nobis ni
hil ꝓderit ſi ei diſſimile erit id cā cui⁹ illđ primū
concedi uoluerimus. Deide nō ītelligāt quo ſpe
ctant ille prime iductiōes & ad quē ſint exitū per
ueturę: Nā qui uidet ſi ei rei: que primo rogeṙ re
cte aſſenſerit illā quoq; rē quæ ſibi diſpliceat eē

fateaṫ atq; cōſentiat. Q đ cū conſen
ſerit: tūc paulatim ad id uñ dubitaba
tur deſcēdis: & his quæ ſupra cōceſſa
ſunt: ſiľe eē cōfirmās. dat ergo nunc
exēplū phicū. Aſchīes Socraticus fu
it.i. diſcipulus ſocratis. Is multa ſcri
pſit. Q uodā ēt loco īducit ſocratē re
ferentē. Nā his erat mos diſcipulis ut
ingenio ꝓprio repta ad magros refe
rent & qſi ab eis iucta ponerēt. iduxit
īquā Aeſchines ſocratē referētē gd eſ
ſet uel quēadmodū eēt locuta aſpaſia
cū uxore xenophōtis uel cū ipo xeno
phōte. Nā xenophō & eius uxor fre
quēter deſcordebāt. pſuadet ergo Aſ
paſia ut i gratiā reuertant. Aſpaſia āt
pitiſſima fuit phīæ. Hac itaq; iductio
ne uſā iduxit aſpaſiā apud aeſchinem
ſocrates. Interrogauit inqt aſpaſia xe
nophōtis uxorē ſi inqt uicīa tua aurū
melius hēat q̄ tu hēs. Tum iqt xeno
phontis uxor īducta ſimilitudie ſupe
rioꝝ qm̄ ſniam mutare nō poterat ta
cita erubuit. Poſtea inqt aſpaſia con
uertit ſe ad xenophōtē ipm & ſimili
ter cū illo īſtituit īductionē. Dic mihi
īqt xenophō ſi uicinus tuus equū aut
fundū meliorē hēat: q̄ tu hēs tuū ne
mauis an illius.i. niſi in grām regreſ
ſi fueritis ſp & tibi uxor letiſſima & ti
bi uir optimus deerit. hic itaq; indu
ctio hoc egit ut xenophō & uxor eius
ab his quæ uelle ſe negare nō poterāt
ad id ēt qđ dubiū hēbāt p ſimilitudi
nē deducerent. Hoc mō ſermōis plu
rimū ſocrates uſus ē ſocrates iqt in di
ſputatōib⁹ ſuis īductiōe frequēter ute
baṫ ꝓpterea iqt qđ optimū ducebat
ut nō a ſe reb⁹ ꝓlatis ſed cōfeſſionib⁹
ſuis aduerſarius uinceret. Hoc i gene
re p̄cipiendū nobis uṙ primū ut illud
qđ īducemus p ſimilitudinē eiuſmōi
ſit ut ſit neceſſe cōcedi. ī inductiōe in
qt tria ſp ſpectare debemus. prīo ut ſi
militudies tales ꝓponamus ut eas ſit
neceſſe cōcedi. nā illđ dubiū eē nō de
bet uñ alteri fidē uolumus facere. De
inde iqt illđ qđ cōfirmamus ei rei q̄
ꝓponius ſiľe eē dēt: ne nihil egerit ꝓ
poſitio ſi illđ diſſiľe ē: cuius cā ꝓpoſui
mus. Tertio īqt id ageṙ debēus ut ne
mo ītelligat quo ſpectet ſimilitudinis
ꝓpō. Nec cū qſpiā ītellexerit ſē ex cōfe
ſſiōe ꝓpōis ēt illi rei fidē facere quā ne
gauit aut nō rñdeat aut male praueq;
rñdeat. ſi āt neſciat quo tēdat ſiľitudis
ꝓpō ſecurus cofiteṫ. qua cōfeſſiōe ēt.
illud quod negabat ante ita ut tu uis
concedit eſſe. Cum autem inquit hoc
diligenter in facienda inductione
ſeruaueris ut & propoſitio ſimi
litudinis concedatur & illud pro

[...]LIOTECA
UNIVERSITARIA
DE

poſitioni ſimile ſit cuius cā ſimilitudo ꝓpoſita eſt: & nemo uideat quo ꝓpoſitio illa cōtēdat officio
tuo p iſta diligenter īpleto. Rurſus debebis rñſionem cōtendentis attender̃. Vnū āt de tribus faci/
at neceſſe eſt. Nā aut tacebit: aut confitebit̃. aut negabit. Ad hæc ſingula dat ꝑcepta: qd ī his ſingu
lis tu facer̃ debeas. Et prīo a difficiliori parte īcipit. Si īquit negabit ita eſſe illud. uñ cōtentio eſt at
ꝗ illd qđ ī ꝓpoſitis cōceſſiſq; ſimilitudinibus continet̃: duo īquit facer̃ debemus. Aut illas res q̄s
añ cōceſſit ſimiles docere huic rei eē: de q̄ cōtentio ē: aut ſi pnegabit alias īducere ſimilitudīes: Sin
aūt īquit confitebit̃ hīta argumētatio
concludenda eſt. Deīde īqt ſi tacebit
duo facies: aut rñſionē đ eo elicies aut
ſi rñder̃ noluerit: qa genus cōfeſſiōis
ē taciturnitas cōcludēda ē argumēta
tio. Ita īqt hoc gēus argumĩtādi tripti
tū ſp ē: Prīa īqt ps cōſtat ex una ſimi
litudīe pluribuſue ut ī hoc ipō exēplo
cōfeſſionē taceētiū cōfirmat aſpaſia.
Et tu īqt mulier uirꝫ optimū uis hr̃e
Et tu Xenophō uxorē habere letiſſi/
mā maxīe cupis. Deīde ex hac cōfeſ
ſione qd conficiat̃ oñdit. Quare īqt
niſi hoc pfeceritis neque uir melior
neque fœmina letior ī terris ſit. ddit
ſupra phiſicæ īductōis exēplū dat nē
ī rethorica nō quo īqt diuerſa ꝑcepta
ſit ſed ne qs forte ꝑceptū ī phīam dat
ī rethorica uideri ñ poſſit. Exēplū āt
nūc pōit apđ grecos puagatū cuius ex
empli huiuſmōi thema ē. Epaminun
das īpator cū ei ſucceſſū fuiſſet r̃tinuit
apđ ſe exercitū aliquot āplius diebꝫ q̄
ex lege oportebat. Illis ipis diebꝫ lace
demonios fūditus euertit ac uicit. Ac
cuſat̃ ꝙ contra legē exercitū retinuerit
Proponit̃ āt hic tacita exceptio ne lex
illa: q ſucceſſori ex lege exercitū ſtatī
nō tradiderit pœnas ſoluat. ī hoc the
mate ꝑt qdē eē cōpēſatiuus ſtatus prī
cipalis feci ſed pſui. Verꝫ ſecūda cōſti
ctio ī ſcripto & uolūtate conſiſtit.
Scripto utit̃ accuſator q dicit a uerbis
legis recedi non oportere. Volūta
te utit̃ epaminūdas q dicit legē iuber̃
qdem exercitū tradi: ſed ſi nihil urge
at. Alioqn ſi reip. cā paucis diebꝫ re
tieatur nullā pœnā ſub eſſe retinenti.
Itaq; hic īductionem ꝑt facere accuſa
tor ille qui contra ſententiā legis ſcri
pta defendit: & ſimilitudinem nō ex
tra cām. ſed ex eadem cā facit. Si īqt
Epaminūdas id qđ ait legis ſcriptorē
ſenſiſſe ad legē ſuis uerbis addat idē
damnādū eſſe qui exercitum non tra
dat præter eum qui reipu. cauſa reti/
nuerit hoc ſi addat nunquid patiꝰ po/
teſtis non opinor. Deinde ſi hoc. i.
legi additum uos ueſtra auctoritate
ad populum fera is nun quid id po/
pulus patietur: non patietur. Ergo
inquit quod addi ad legem per uer/
ba non poteſt id tanquam additum
ſit: ſequi non debetis quod ſi inquit

neceſſarie concedendā plerunque aut non reſpō/
dendo. aut male reſpondendo: longius procede/
re rogationem non ſinit. Quare ratione rogatio
nis imprudens ab eo quod conceſſit ad id quod
non uult concedere deducendus eſt. extremum
autem aut taceatur oportet: aut concedatur: aut
negetur. Si negabitur aut oſtendenda eſt ſimili/
tudo harum rerum quæ ante conceſſe ſunt: aut
alia utendum inductione. Si concedetur conclu
denda eſt argumentatio: ſi tacebitur aut elicien/
da eſt reſponſio: aut quoniam taciturnitas imita
tur confeſſionem pro eo: ac ſi conceſſum ſit con/
cludere oportebit argumentationem. Ita ſit ge
nus argumentandi tripartitum. Prima pars ex ſi
militudie cōſtat una pluribuſue. Altera ex eo
quod concedi uolumus cuius cā ſimilitudines
adhibitæ ſunt. Tertia ex concluſione: quę aut
confirmat conceſſionem: aut quod ex ea confici
atur oſtendit. Sed quia nō ſatis uidebitur alicui
dilucide demonſtratum: niſi quod ex cārum ge/
nere exemptum ſubiecerimus uidetur huiuſmo/
di quoq; utendum exemplo non quo pręceptio
differat: aut aliter hoc in ſermone: atq; in dicēdo
ſit utendum: ſed ut horum uoluntati ſatiſfaciat
qui quod in loco uiderint alio in loco niſi mon/
ſtratur: nequeunt cognoſcere. ergo in hac cauſa
quæ apud gręcos eſt peruagata: cum epaminū
das thebanorum imperator: quod ei qui ſibi ex
lege ſucceſſerat prętor exercitum non tradidit &
cum paucos ipſe dies contra legem exercitum te
nuiſſet lacedemonios penitus deuicit. Poterit ac
cuſator argumentatione uti per inductionem
cū ſcriptū legis contra ſententiā defendat ad hūc
modū. Si iudices id qđ epaminūdas ait legis ſcri
ptorē ſenſiſſe aſcribat ad legē: & addat exceptio
nē hāc extra quā reip. cā exercitū nō tradiderit
patiemini nō opinor. Qđ ſi uoſmetipſi qđ a uīa
religiōe & ſapiētia r̃motiſſimū ē iſtiꝰ honoris cā
hāc eādē expoſitionē ī iuſſu populi ad legē aſcri
bi iubeatis: populus thebanus id patiet̃ ne fieri ꝑ
fecto nō patiet̃. Qđ ergo aſcribi ad legē nefas ē
id aſſeq̄ quaſi aſcriptū ſit rectū uobis uideatur

ſentẽtiã ſcriptoris neque. Epaminũdæ: neqꝫ nr̃is litteris uidemus corrigi poſſe multo magis illud re ip̃a & iudicio uro mutari nõ põt: qđ ne uerbo qdẽ mutari põt. Veꝝ hoc ſcire debemus ĩ dialogis ſermonẽ eẽ nõ dictionẽ. Dictionẽ ãt eẽ oratoris in ciuilibus cauſis: iccirco ait. Aut aliter hoc in ſermõe atqꝫ ĩ dicẽdo ſit utẽdũ. Sermo philoſophi. Dictio oratoris. Orõ ãt põt & ad dyalogũ cõuenire ſi ſit paulo ſplẽdidior elocutio. ꝓpriũ tñ oratoris eſt. Deinde notare debemus oẽs magiſtratus ꝑtores appellatos: ut hic. cũ Epaminũdas thebanoꝝ impator ꝙ ei ꝗ ſibi ex rege ꝑtor ſucceſſerat cũ ĩpatori ſuccedere dcãt ĩpator

Atiocinatio ẽ orõ ex ip̃a re ꝓbabile aliqđ eliciens: qđ expoſitũ & ꝑ ſe cognitũ ſua ſe ui & rõe cõfirmet. Argumẽtationũ duæ partes ſunt inductio & ratiocinatio. De inductiõe iã dictũ ẽ nũc de rõcinatione tractatus ẽ i. de ſylogiſmis. Veꝝ ut ad genus ſpẽm referamus ſylogiſmus nõ argumẽti nomẽ eſt: ſed argumẽtatiõis. Ita ĩductio non inueniẽdi modus eſt ſed forma dicẽdi. Quãobrẽ ſic diffiniuit rõcinationẽ. i. ſylogiſmũ. Ratiocinatio ẽ inqt orõ ex re ip̃a ꝓbabile aliqđ eliciens ꝙ expoſitũ & per ſe cognitũ ſua ſe ui & rõe confirmet & in hac diffinitiõe multa cõia eẽ pñt cũ ĩductiõe. nã ꝙ ait oratio ex ip̃a re probabile aliquid eliciẽs tã rõcinatiõis ẽ ꝗ inductiõis. hoc ãt ꝓpriũ rõcinationis qđ ait qđ expoſitũ & ꝑ ſe cognitũ ſua ſe ui & rõe cõfirmet. Inductio. n. nõ per ſe cognoſcitur neqꝫ ſua ſe ui & rõe cõfirmat: ſed ut fidẽ faciat ꝓbãde rei ſimilitudĩes añ ꝑcedũt. Recte itaque rõcinatio definita ẽ. i. orõ quæ ex cõfeſſo argumẽtũ cõtinens nõ ſimilitudĩe ſed ꝑ ſe cognoſitur & ſua ſe ui rõe confirmat. Verum quod dixmuſ ex cõfeſſo argumẽtũ cõtinẽs. Niſi. n. quis cõfiteaꝛ: ꝗa inimicus fuit nõ erit argumentum ſi inimicus fuitoccidit Sed ſi cõfiteaꝛ inimicũ: argumẽtũ ꝓbabile fit. Si igiꝛ inimicus fuit occidit Hoc de genere qui diligẽtius cõſiderãdũ putauerũt. Rõcinatio ẽ igiꝛ orõ per ſe cognita ac ſua ui & rõe confirmata ex te cõfeſſa ſumptũ ad fidẽ ꝓferens argumẽtũ. Veꝝ ut diximus hæc orõ ẽ ꝑtinens ad ſylogiſmos. Sylogiſmorũ ãt multi quinqꝫ: multi plurimas partes multi inquit tres eſſe dixerũt. ſed utrorũqꝫ inquit rões debemus ĩſpicere quia & breuis infectõ eſt & oratori res neceſſaria. Opus ꝗdẽ inquit utrorũqꝫ cõſimile eſt nã alteruter & ꝓpoſitionẽ habet & approbationẽ ꝓpoſitiõis & rurſus aſſũptionẽ & approbationẽ aſſũptõis & cõcluſionem. Verum ĩquit qui ſylogiſmũ ĩ quinqꝫ partes diuidũt has ſingulas ꝑtes numerãt ut ꝓpoſitio una ꝑs ſit: approbatio ꝓpoſitiõis altera. ita & in aſſumptiõe. i. approbati o aſſũptiõis ut ꝗnta ꝑs ſit cõcluſio. Illi autẽ qui tres partes in ſylogiſmis eſſe cõtendũt ꝓpoſitionem & approbationẽ propoſitionis unã partẽ enumerãt. Rurſus aſſumptionẽ & approbationem aſſumptiõis alteram partem numerant: tertiam uero concluſionem. Ita utrorumque opus ſimile ſed in membris op r is numerus diuerſus. Iam uero quinquepartiti ſylogiſmi ſiue tripartiti in ipſis libris exempla poterimusagnoſcere. Verum quædam præcepta in his partibus poſita intelligemus.

Noui urãm ĩtelligẽtiam ñ põt ita uideri iudices Quod ſi neqꝫ litteris corrigi: neqꝫ ab illo: neqꝫ a uobis ſcriptoris uoluntas põt: uidere ne multo ĩdignius ſit id re & iudicio ueſtro mutari: qđ nec uerbo qdẽ cõmutari poteſt. Ac de inductione qdem ſatis dictum eſt in preſentia. Nunc deinceps ratiocinatiõis uin ac naturam conſideremus.

## De ratiocinatione,

Atiocinatio ẽ orõ ex ipſa re ꝓbabile aliqđ eliciens: qđ expoſitũ & ꝑ ſe cognitũ ſua ſe ui & rõne cõfirmet. Hoc de generꝛ ꝗ diligẽtiꝰ cõſiderãdũ putauerũt. cũ idẽ in uſu dicẽdi ſequerẽtur paululũ in ꝑcipiẽdi rõne diſſenſerũt. Nã partim quinqꝫ eius ꝑtis eẽ dixerũt: ꝑtim nõ plus ꝗ in tres partes poſſe diſtribui putauerũt. Eoꝝ cõtrouerſiã nõ ĩ cõmodũ uideꝛ cũ utrorũqꝫ rõne exponeꝛ. nã & breuis ẽ & ñ eiuſmodi ut alteri prorſus nihil diceꝛ puteꝛ. Et locꝰ hic nobis ĩ dicẽdo minime negligẽdꝰ urꝛ. Qui putãt ĩ quinqꝫ diſtribui partes oportere: aiũt primũ cõuenire exponere ſũmã argumentatiõis hoc mõ. Meliꝰ accurãꝛ quę ſine cõſilio adminiſtranꝛ. Hãc primã partẽ numerãt eã: deinceps rõibus uariis & quã copioſiſſimis uerbis approbari putãt oportere hoc mõ Domus ea que rõne regiꝛ omnibus eſt conſtructior rebꝰ & apparatior quã ea que temeꝛ & nullo conſilio adminiſtraꝛ. Exercitus is cui ꝑpoſitꝰ eſt ſapiens & calidus imperator omnibꝰ partibꝰ cõmodius regitur quã his qui ſtulticia & temeritate alicuiꝰ regiꝛ. Eadẽ nauigii ratio ẽ. nã nauis optime curſum cõficit ea ꝗ ſciẽtiſſimo gubernatore utiꝛ. Cũ ꝓpoſitio ſit hoc pacto approbata: & due ꝑtes trãſierit rõcinatiõis tertia ĩ ꝑte aiũt ꝙ

Propoſitio inquit generalis in ſuo eē
debet: & id quod aſſumendum eſt in
ſe neceſſario continens. Approbatio
enim multis uerbis & diuerſis rōibus
facienda eſt. Aſſumptio uero ex ui ꝓ
poſitionis capiēda ē ut hic aſſumptio
ē. Nihil aūt melius cōſilio quā om/
nis mūdus adminiſtraē. Hæc aſſum
ptio ex ui ꝓpoſitiōis aſſumpta eſt.
Q uæ eſt. n. ꝓpoſitio. melius accurā
tur q̄ cōſilio reguntē: q̄ quæ ſine cōſi
lio adminiſtrāē. Deidē inqt etiam aſ
ſumptiōis approbatio multis rationi
bus facienda ē. Extrema cōcluſio ē q̄
qttuor modis fit: quos modos alio ī
loco oſtēdemus: cum de bipartito ſy
logiſmo cœpimus hēre tractatum.

Q uinque partitā igiē hoc pacto pu
tant eē argumētationē q̄ inqt qnque
partitā eē dicūt argumētationē hoc
aſſerunt qd̄ ſupra oñdimus. i. ſepari
ꝓpoſitionem ab approbatiōe ſua: &
rurſus aſſumptionē ab approbatione
ſua Q ui aūt tripartitā eē dicunt. illi
īqt q tripartitā argumētatiōem eē cō
tēdūt. eodē mō qdē tractāt argumen
tationē. Nā & ꝓpoſitiones habent &
approbatōes & rurſus aſſumptiōem
cū approbatōibus ſuis. Sed hæc bina
cōnectunt & reddūt ſingula: ut ꝓpo
ſitōem cū approbatōe ſua ſimul iun/
gāt & rurſum aſſumptōem & apro
batōem eius unū efficiāt. Negāt aūt
recte neq; ꝓpoſitōem neq; aſſumpti
onē dici: niſi fuerit approbata: tūcq;
eē aiunt ꝓpoſitionē argumentatiōis:
ſi approbata ſit. Sin autē approbata
nō ſit eē qdē ꝓpoſitionē: ſed argumē
ti non argumētatiōis: ī q̄ argumētati
one latior. & expolitior elocutio eſt.

Itaq; q hoc cōtendunt negāt eē am
plius quā tripartitā argumentatōem
Ab his Ci. diſſentit & cōtra diſputat
ꝓbat illorū ſentētiā qui dicunt quin/
que partitam argumentationem. Ita
que hoc Cic. ſecundū artem teſtibus
& argumētis probat. Teſtibus ſit:
Q uā oēs īquit ab Ariſtotele & theo
phraſto ꝓfecti maxime ſecuti ſunt.

Nam quemadmodum inquit ſu/
perius argumentationis genus. i. in
ductōnis ſocrates maxime & omnes
ſocratici tractauerunt. ita hoc genus
argumentationis: ideſt ratiocinatio
quinq; partita ab Ariſtotele & Theo
phraſto uel peripateticis frequenta
tum atq; tractatum eſt: ſed quia ora
tor rhetoricam ſcribens importune
pene philoſophos ad teſtimonium
uocat: quia de dialectica iſte tracta
tus eſt: r̄cte philoſophos ſibi adhibet
quia rhetoricam ſcribit.

oſtendere uelis id ex ui propoſitionis oportere aſ
ſumere hoc pacto. Nihil autem omnium rerū
conſilio melius quam omnis mundus admini/
ſtratur. Huius aſſumptiōis quarto ī loco aliam
porro inducunt approbationem hoc modo. Nā
& ſignorum ortus: & obitus definitum quendā
ordinem ſeruant: & annuæ commutationes non
modo quadam neceſſitate ſemper eodē modo fi
unt: uerum ad utilitates rerum quoque omniū
ſunt accommodate & diurne nocturneque uiciſ/
ſitudines nulla in re unquam mutate nocuerunt
quicquam. Q uæ ſigno ſunt omnia non medio/
cri quodam conſilio naturam mundi adminiſtra
ri. Q uinto loco inducunt complexionem eamq;
aut id infert ſolum quod ex omnibus partibꝰ co
gitur hoc modo. Conſcilio igitur mundus admi
niſtratur: aut unum in locum cū conduxerit bre
uiter propoſitionem: & aſſumptionem adiungit
quod ex his conficiatur ad hunc modū. Q uod
ſi melius geruntur ea quæ conſilio quam quæ
ſine conſilio adminiſtratur. Nihil autem rerum
omnium melius adminiſtratur quam mundus.
Conſilio igitur mundus adminiſtratur. Q uin/
quepartitam igitur hoc pacto putant argumen/
tationem. Q ui autem tripartitam eſſe dicunt hi
non aliter putant oportere tractari argumentati/
onem: ſed partitionem horum reprehendunt. ne/
gant enim neque a propoſitiōe: neq; aſſumptō
ne approbationes earum ſeparari oportere neq; ꝓ
poſitionem abſolutam neq; aſſumptionē ſibi per
fectā uideri quæ a probatione confirmata nō ſit
Q uare quas illi duas partes numerant propoſi
tionem & approbationem ſibi unam partem ui
deri propoſitionem quę ſi approbata non ſit pro
poſitio non ſit argumentationis. Item quę ab il
lis aſſumptio & aſſumptiōis probatio dicitur eā
dem ſibi aſſumptionē ſolā uideri. Ita fit ut eadē
ratione argumentatio tractata aliis tripartita ali
is quinq; partita uideatur. Q uare euenit ut res
non tā ad uſū dicendi pertineat q̄ ad rationē præ
ceptōis. nobis āt comodior illa ꝑtitio uī eē q̄ in
qnq; ꝑtes diſtributa ē quā oēs ab Ariſtotele &
Theophraſto ꝓfecti maxīa ſecuti ſūt. nā queād
modū illd̄ ſupiꝰ genꝰ argumētādi ꝑ iductionē
ſumiē maxīe ſocrates & ſocratici ꝑtractauerūt
ſi qd̄ hoc qd̄ ꝑ rōcinationē ex polliē ſūme ē ab
ariſto. atq; ꝑipateticis & theophraſto freq̄ntatū

Deinde a rhetoribus his qui elegantiſſimi atq; ar
tificioſiſſimi probati ſunt. Quare dum nobiſ
illa magis particio probatur dicendum uidetur:
ne temere ſecuti putemur: & breuiter dicendum
ne in huiuſmodi rebus: diutius quam ratio præ
cipiendi poſtulat cõmoremur: ſi quadam in argu
mentatione ſatis uti propoſitione & non oportet
adiungere approbationem propoſitioni: quadã
autem in argumentatione infirma eſt propoſitio
niſi adiũcta ſit approbatio ſeperata eſt quadam a
propoſitione approbatio. Quo enim adiugi &
ſeparari ab aliquo poteſt. id non poteſt idem eſſe
quod ẽ id ad quod adiungitur; & a quo ſeperat̃
ẽ autem quędam argumentatio ĩ qua propoſitio
non indiget approbatione & quędam ĩ qua nihil
ualet ſine approbatione ut oſtendemus. Sepera-
ta ẽ igit̃ a ꝓpõne approbatio. Oſtendetur autẽ
id quod polliciti ſumus hoc modo. Quæ propo
ſitio in ſe quiddam cõtinet perſpicuum: & quod
ſtare inter omnes neceſſe eſt hanc uelle & appro-
bare & affirmare nihil attinet. Ea eſt huiuſmodi
Si quo die romæ iſta cædes facta ẽ ego Athenis
eo die fui intereſſe in cædem nõ potui: hoe quia
perſpicue uerum ẽ nihil attinet approbari. Qua
re: aſſumi ſtatim oportet hoc modo: fui autem.
Athenis eodem die: hoc ſi non conſtat idiget ap
probationis: qua inducta complexio conſequit̃
eſt igitur quędam propoſitio quę non indiget ap
probatione nam eſſe quidem quandam quę indi
get quid attinet dicere: quod cuius facile perſpi-
cuum ẽ. Quod ſi ita ẽ ex hoc & ex eo quod pro
poſueramus hoc conficitur ſeparatam eſſe quan
dam approbationem a propoſitione. ſi autem ira
ẽ; falſum ẽ non eſſe pluſquã tripartitam argumẽ
tationem . ſimili modo licet alreram quoq; ap-
probationem: ſi quadã in argumentatione ſatis ẽ
uti aſſumptione & non oportet adiungere appro
bationem aſſumptioni. Quadam autem in argu
mentatione infirma ẽ aſſumptõ: niſi adiuncta ſit
approbatio. ſeparatum quidam ẽ extra aſſumpti
onem approbario. Eſt autẽ argumẽtatio quędam
in qua aſſũptio nõ indiget approbationis: que-
dã ãt in qua nihil ualet ſine approbatiõe. ut oſtẽ
demus. ſepata ẽ igit̃ ab aſſumptiõe approbatio:
oſtẽdemus aũt qđ polliciti ſum⁹ hoc mõ: que ꝑ-
ſpicuã ĩ õib⁹ ueritatẽ cõtinet aſſũptõ nihil idiget

Adiũgit & multos oratores elegã
tiſſimos atq; artificioſiſſimos iudica
tos qui uſi ſunt hæc argumentatione
quinq;partita. Deinde inquit a theto
ribus his qui elegantiſſimi atq; artifi-
cioſiſſimi putati ſunt. Itaq; teſtibus
probauit non errare illos qui aſſerant
quinq;partitã argumentationem.
Sed quia poterat dici Cice. etiam illi
quos commemoras errauerunt: oſtẽ
dit ſe exemplũ non temere illorum ſe
cutum probat q; argumentis ſuis non
errare eos: qui quinq;partitã argumẽ
tationem : errare autem eos qui tri-
partitam eſſe contendant. Itaq; hæc
eſt quæſtio. utrum tripartita. an qua-
dripartita. an quinq;partita ſit argu-
mentatio. Ci. multis ſyllogiſmis ſuis
nunc quinquepartitis nunc tripartitis
ꝓbat quinq;partitam eſſe argumen
tationem. & primo aſſerit propoſitio
nem & approbationem inter ſe eſſe
diuerſa: in qna aſſertione primo ar-
gumenti. Deinde exempli eſt ſyllogiſ
mus de hinc ſimili ratione aſſerit aſũ
ptionem eius inter ſe eſſe diuerſas in
qua rurſus aſſertione primo argumẽ
ti. deinde exempli eſt ſyllogiſmus.
Itaq; poſtquã probauit propoſitionẽ
& aſſumptionem ab approbationib⁹
ſuis longe eſſe ſeparatas. concludit cõ
mode partitos eſſe eos qui quinq;par
titam dixerunt argumentationem.
Quinq; igitur partes ſunt eius argu-
mentationis quæ per ratiocinationẽ
tractat̃. Illius ãt argumentationis que
per inductionem tractatur tripartita
eſt argumentatio. Verum hoc in pri
mis tenere debemus. Argumentum
nunc uicinum eſſe quæſtioni: nunc a
queſtione longinquum argumentum
enim prolatum nunc ipſi quæſtioni
prodeſt nũc ei rei quæ uicina eſt quæ
ſtioni. Itaq; argumentum nunc uici-
num eſt quæſtioni: nunc loco terrtio
nunc quarto nuc quinto naſcitur. ari
ſtoteles autem dicit etiam loco decio
poſſe fieri argumentum. Sed cum ſe
pe argumentum tam longe a quæ-
ſtione ſit hoc tantum ſyllogiſmi eſt:
ut id quod longe a quæſtione eſt ei
dem quæſtioni dicendi ratiocina
tione coniungat. Ac uicinum
argumentum tale eſt. Quoniam
hic inimicus fuit occidit longe a quæ
ſtioue argumentum tale ẽ. Inimicus
occidit. Hoc quia generale eſt primo
diſſerendum eſt uerum inimicus ſem
per occidat. Quod poſtquam aſſeru
eris nõ ſtatim probas hunc occididſ-
ſe. Sed ad hoc proficit: ut rurſus doce
as hũc inimicum fuiſſe. Quod poſt
quam aſſerueris hunc inimicum fui

ſe tunc domum redis ad quæſtionẽ
Ergo hic quia inimicus fuit occidit.
deide lõge petitũ argumẽtũ ẽ illic li-
cet animaduertere: ubi Ci. redarguit
hermagorã nõ recte ſub q̃litate poſu
iſſe deliberationẽ: & demõſtratiõem
ubi primũ docet genera eẽ cãꝶ. Q d
ſi genera ſunt cãꝶ: partes generis cãe
eẽ nõ poſſe: ut ſi partes generis cãe eẽ
non poſſũt multo magis partes par
tiũ eẽ nõ poſſe. Poſtrẽo redit ad que
ſtionẽ male igiť deliberatio: & demõ
ſtratio ſub qualitate ponunť. Itaqꝫ ar-
gumẽtũ nũc lõge a q̃ſtione ẽ. nũc uici
nũ ẽ q̃ſtiõi. Deide debemus hoc aĩad
uertere argumẽtũ quodcũqꝫ ſumimus
utꝶ in genere ſit an in ſpecie. Si in ge
nere ſine deliberatiõe ꝓponere debe
mus. Deide approbare eãdẽ ꝓpoſiti
onẽ tertio loco ſpẽm aſſumeř. Quar
to loco aſſumptionẽ ſpeciei multis ra
tionibus approbare: poſtremo cõclu
dere. Hujus ſyllogiſmi ſubiiciamus
exẽplũ illud ipm epaminũdæ. Oẽs le
ges iudices ad cõmodũ reipu. referre
oportet &c. hæc ꝓpõ ẽ generalis ſine
ulla dubitatiõe. Deinde approbat
eandem propoſitiõem. Et. n. uirtu-

approbatiõis ea ẽ eiuſmõi. ſi oportet uelle ſapere
dare opã philoſophie cõueĩt hec ꝓpõ idiget ap-
probationis nõ. n. ꝑſpicua ẽ neqꝫ cõſtat iter oẽs ꝓ
pterea q̄d mľti nihil ꝓdeſſe philoſophiã: pleriqꝫ
ẽt obeſſe arbitrãť aſſũptio ꝑſpicua ẽ. Eteni hoc
oportet ante ſapere. hoc ãt q̄a ipm ex re ꝑſpiciť:
& ueꝶ ẽe itelligiť nihil attiet approbari. quař ſta
tim cõcludẽda ẽ argumẽtatio. Eſt ergo aſſũptio
q̃dã q̃ nõ idiget approbatõis. nã q̃dã idigere ꝑſpi
cuũ ẽ. ſepata ẽ igiť ab aſſũptõe approbatõ. Fal-
ſũ ẽ igiť nõ eẽ plus quã triptitã argumẽtationẽ.
itaqꝫ ex his illud iã ꝑſpicuũ ẽ eẽ q̃dã argumẽta
tionẽ: i qua neqꝫ ꝓpõ: neqꝫ aſſũptõ idiget appro
batõis huiuſmõi ẽ ut certũ q̄ddã & breue exẽpli
cã ponamꝰ. ſi ſumope ſapia ẽ petenda. ſumope
ſtulticia uitãda ẽ. ſumope aũt ſapia petenda ẽ ſu
mopere igiť ſtulticia uitãda ẽ hec & aſumptio &
ꝓpõ ꝑſpicua ẽ. quare neutra quoqꝫ idiget appro
batiõe. ex hiſce oibꝰ ill̄d ꝑſpicuũ ẽ: tũ adiũgi ap
probationẽ: tũ nõ adiũgi: ex quo cognoſciť ne-
qꝫ i ꝓpoſitõne: neqꝫ i aſſũptiõe cõtineri approbati
onẽ: ſed utrãqꝫ ſuo loco poſitã uim ſuã tã q̃ certã
& ꝓpriã obtinere. q̄d ſi ita ẽ cõmode ꝑtiti ſũt illi
q̄ i qnqꝫ ꝑtes diſtribuerũt argumẽtatõem. quiqꝫ
ſunt igiť ꝑtes eiꝰ argumẽtatiõis q̃ ꝑ rõcinationẽ
tractať. Propoſitio ꝑ quã breuiter locꝰ hic expo
niť: ex quo ois uis oportet emanet rõcinationis.
Approbatio ꝑ q̃ id q̄d breuiter expoſitũ ẽ rõnibꝰ
approbatũ ꝓbabiliꝰ & aptiꝰ fit. Aſſũptio ꝑ quã
id q̄d ex ꝓpoſitiõe ad oſtẽdendũ ꝑtinet aſſumiť:
Aſſũptiõis approbatio. ꝑ quã id q̄d aſſũptũ ẽ rõi
bus firmať. Cõplexio ꝑ quã id q̄d cõficiť ex om
ni argumẽtatiõe breuiter exponiť. quæ plurias
habet argumentatio partes ea cõſtat ex his qn
qꝫ partibꝰ: ſecũda eſt quadripartita. Tertia eſt
tripartita. Deinde bipartita: q̄d i controuerſia ẽ.
De una quaqꝫ parte p̄t alicui uideri poſſe conſi
ſtere. eoꝶ generꝶ quũ dubia ſũt rõnes afferemus.
Hoꝶ que conſiſtũt exempla ponemꝰ. quinque
partita argumentatione huiuſmodi. Omnes le-
ges iudices ad comodũ reipu. referri oportet &
eas ex utilitate cõmuni non ex ſcriptione que i
litteris eſt interpretari. ea enim uirtute & ſapien
tia maiores noſri fuerũt ut i legibus ſcribendis ni
hil ſibi aliud niſi ſalutem & reipublice utilitatem
proponerent. Neque enim ipſi quod obeſſet ſcri

bere uolebāt & ſi ſcripſiſſent cum eſſet itellectū
repudiatum iri legem itelligebāt. Nemo.n.leges
legum cā ſaluas eſſe uult: ſed reip. qđ ex legibꝰ
oēm remp. optie putāt adminiſtrari. Quāobrē
igit̄ leges ſeruari oportet ad eā cām ſcripta oia i
terpretari cōuenit. hoc eſt quoniā reip. ſeruimꝰ
ex reip. cōmodo atq; utilitate iterpretemur. Nā
ut ex medicina nihil oportet putari ꝓficiſci niſi
qđ corporis ad utilitatem ſpectet: quoniam eius
cā eſt iſtituta. ſic a legibus nihil conuenit arbi
trari niſi quod reip. conducat ꝓficiſci. quoniam
eius cā ſunt comparatæ. Ergo in hoc quoq; iudi
cio deſinite lr̃as legis ſcrutari & legē ut æquum
eſt ex utilitate reip. conſiderare. Quid.n. magis
utile fuit thebanis quā lacedæmonios opprimi.
quid magis epaminundā thebanoꝝ iperator q̄
uictoriæ thebanoꝝ coſulere decuit quid hūc tan
ta thebanorum gloria tā claro quā exornato tro
pheo carius atque antiquius habere conuenit
Scripto uidelicet legis omiſſo ſcriptoris ſen
tentiam conſiderare debeat. Atq; hoc idem con
ſideratum ſatis eſt: nullam eſſe legem niſi reip.
cā ſcriptā. Summā igitur amentiā putabāt eſſe
quod ſcriptum erat reip. cauſa ſalutis: id non ex
reip. ſalute interpretari. quod ſi leges omnes ad
utilitatem eſt reipu. referre cōuenit hoc autē rei
pu. profuit: profecto eodem nō poteſt fctō & co
munibus fortunis conſuluiſſe: & legibus nō ob
temperaſſe. quattuor autem partibus conſtat ar
gumentatio cum autem proponimus: aut aſſu
mimus ſine approbatione. Id facere oportet: cū
aut propoſitio ex ſe intelligatur aut aſſumptio
perſpicua eſt: & nullius approbationis indiget:
propoſitionis approbatione præterita quattuor
ex partibus argumentatio tractatur ad hunc mo
dum. Iudices qui ex lege iurati iudicatis: legibꝰ
obtemperare debetis. Obtemperare autem le
gibus non poteſtis niſi quod ſcriptum eſt in lege
ſequamini. quod enim certius legis ſcriptor teſti
monium uoluntatis ſue relinquere potuit: quā
quod ipſe magna cum cura atque diligentia ſcri
pſit. quod ſi litteræ non extarent magnopere eas
requiremus ut ex his uoluntas cognoſcetur. hęc
tamen epaminundę permitteremus niſi extra iu
dicium quid eſſet ut his nobis ſentētiam legis in
terpretaretur: ne dum nūc iſtud partiamur: cum

tæ: & ſapiētia maiores nr̃i fuerūt & cæ
tera. Tertio loco ſpecies aſſumit̄. Er
go i hoc quoq; iudicio deſinite lr̃as le
gē quoq; iterpretari &c. Quarto lo
co approbat aſſūptionē. Cōſiderate
q̄d magis utile fuit thebāis q̄ lacedæ
mōios opprimi &c. Poſtrēo cōcludit
Quđ ſi leges oēs &c. Hoc āt argumē
tū lōge a q̄ſtiōe petitū cognoſcimus fa
cile. Argumētū uero quod in ſpecie
ē ſp cū dubitatiōe ꝓponit̄. Si hoc ē il
lud igit̄ nō ē. Aut hoc faciamus aut il
lud faciamus. Verū cū ī ꝓpone ſi eſt.
dicit̄ eū ī ꝓpoſitio
ne aūt eſt.
dicit̄ argumētū igit̄ qđ ī ſpē eſt debet
ſp cū dubitatiōe ꝓpōi: huius ꝓpoſiti
onis faciēda ē approbatio. Deīde aſſū
ptio eiuſdē ſpeciei faciēda ē p eandē
ſpeciē. Sed p confirmationē. Cuius
aſſūptiōis faciēda ē approbatio. Tūc
erit poſtremo cōcluſio. Talis ī milo
niana ratiōe ſyllogiſmus ē. Si igt do
ceo cās fuiſſe clodio ut occiderūt mi
lonē ꝓbo iſidiatorē. Hāc ꝓpoſitionē
approbauit: & ſi boni ne magno qui
dē emolumēto īpellūt̄ ad fraudē im
ꝓbi ſæpe paruo. Deīde ipſam ſpeciē
aſſumit p cōfirmationē Habuit āt cāſ
clodius. Hāc rurſus aſſūptionē multiſ
rōibus approbat. Poſtremo cōcludit
Quare ſi habuit cās clodius ut occi
deret milonē cōſtat iſidiatorē fuiſſe.
Ergo quotiēs argumētū in genere fue
rit. ſpēs aſſumēda ē. Quotiens argu
mētū ī ſpē fuerit: ipſa ſpēs aſſumēda ē
ſed p cōfirmationē. Hoc āt tenere de
bemus ī ꝓpoſitiōem uim totius argu
mētatiōis cōſiſtere. Siue āt ī genere ſi
ue in ſpeciem ſit propoſitio. ex ipſa
tamen ſemper generatur aſſumptio.

Docuit itaq; q̄nq̧partitā argumētati
onē p exemplū epaminūdæ. Deinde
docuit quadripartitā argumētationē
duobus modis. nūc ꝑpōnis approba
tiōe nunc aſſumptionis approbatio-
ne ſublata. Deīde docuit tripartitā
argumētationē utraq; approbatione
ſublata. Nūc q̄ſtio ē an ſit bipartita ar
gumentatio. Si pepit uirgo nō eſt. pe
perit āt. Multi dicūt eē bipartitā argu
mentationē hac rōne. Si iqunt appro
bationes ſæpe quia manifeſtæ ſunt
ſubtrahūt cur nō & cōcluſio cū mani
feſta eſt ſubtrahat ut ſi bipartita argu
mentatio p ꝑpoſitionē & aſſūptionē
ſi pepit uirgo nō ē. Pepit āt. Ci. hāc
illoꝝ ſententiā reprehendit. Dicitq;
ſp argumentationē cōcludendā eſſe
nec unq̄ tn̄ utendū eſſe manifeſta con
cluſiōe Tūc āt hoc fieri poſſe ſi cōclu
ſionū genera cognoſcamus. ſūt āt q̄t
tuor. Quaꝝ cōcluſionū una talis cū
breuiter facimus ꝑpoſitionis & aſſū
ptiōis & poſt adiūgimus id q̄d ex oī
argumentatiōe cōficit. Dat āt ipſe
exemplū. Q̄d ſi leges omnes ad utili
tatem reip. referri cōuenit hic āt ſalu
ti reip. ꝑfuit ꝑfecto nō pōt eodem pa
cto & ſaluti cōi cōſuluiſſe & legibus
nō obtemperaſſe. ſecūda aūt cōcluſio
talis eſt ut argumētatio ex cōtrario cō
cludat & dat exēplū ſūma igit amen
tia eſt ī eorū fide ſpē habere quorū p
fidia totiens deceptus ſis. Propoſitio
enī huius ſyllogiſmi talis eſt. Qui ſe
penumero nos p fidē fefellerūt corū
oratiōi fidem hr̄e nō debemus. Hoc
poſtq̄ ꝑbatū eſt ita cōcludi oportuit.
Igit carthaginenſibus fidē nō hr̄e de
bemus ſed cōtrariū potius ī cōcluſio
ne cōſtituit. ſūma igit amentia eſt ī eo
rū fide ſpem habere quoꝝ pfidia to-
tiens deceptus ſis. Tertia cōcluſio ta-
lis eſt: ut id ſolū q̄d ex oī argumenta
tione cōficit inferamus & dat exēplū
urbem igit diruamus. Quarta cōclu
ſio talis eſt: cum non id quod confici
tur in concluſione ponimus: ſed id
quod eam rem quæ conficitur conſe
quatur: & dat exemplum: ſi peperit
cum uiro concubuit. Peperit autem.
hic conficitur. Cum uiro igitur con
cubuit: ſed hoc in concluſione quia
manifeſtum eſt non ponit. ſed illud
ponit quod manifeſtum illam con
cluſionem conſequitur. Igitur fecit in
ceſtum: &enim ſi cum uiro concubu
it id conſequitur ut fecerit inceſtum.
Antiqui autem quencunque homi
num coitum inceſtum appellabant.

præſto lex ſit: nō ex eo quod apertiſſime ſcriptū
eſt ſed ex eo quod ſue cauſe conuenit ſcriptoris
uolūtatem interpretari. q̄d ſi uos legibus obtem
perare debetis: & id facere nō poteſtis niſi quod
ſcriptū eſt in lege ſequamini quid dubitatis, qui
iſtū contra legem feciſſe iudicetis. Aſſumptiōis
aūt approbatione perterrita ſic fiat argumentatō
qui ſæpenumero nos perfidie fefellerunt eorum
orationi fidē habere non debemus. Si quid enim
perfidia illorum detrimenti acceperimus nemo
erit preter noſmetipſos quem iure accuſare poſ-
ſumus ac primo quidem decipi imodum eſt ite-
rum ſtultū. tertio turpe. Carthaginenſes uero p
ſepe iam nos fefellerunt. Summa igit amentia ē
in eorum fidem ſpē habere: quorū perfidia totieſ
deceptus ſis. Vtraque approbatione preterita tri
partita fit hoc pacto: aut metuamus carthaginē
ſes oportet: ſi incolumes eos relinquerimus aut
eorū urbem diruamus aut metuere quidem non
oportet. Reſtat igitur ut urbem diruam9. ſūt āt
qui putant nonnunquam poſſe cōplexione opor
tet ſuperſederi: cum id perſpicuum ſit quod con
ficiatur ex ratiocinatione. quod ſi fiat bipartitā
quoque fieri argumentationem hoc modo. Si pe
perit uirgo non eſt: peperit āt hoc ſatis eē dicunt
proponere & aſſumere: quoniam perſpicuum ſit
quod conficiatur ex ratiocinatione. quod ſi fiat
complexionis rem non idigere. Nobis aūt uidet
& omnis rōcinatio concludenda eſſe & illud uiti
um quod illis diſplicet magnopere uitandum ne
quod perſpicum ſit id in complexionem iferam9
Hoc autem fieri poterit ſi complexiōum genera
intelligent. Nam aut ita cōplectimur: ut in unū
eo ducamus propoſitionem & aſſumptionem
hoc modo. quod ſi leges omnes ad utilitatem rei
pu. referri conuenit. Hoc autē reipu. profuit: ꝑ
fecto non poteſt eodē pacto & ſaluti communi
conſuluiſſe & legibus non obtemperaſſe: aut ita
ut ex contrario ſententia conficiat hoc modo. Su
ma igit amentia eſt in eorum fidem ſpem habere
quorum pfidia totiēs deceptus ſis aut ita ut id ſo
lum quod conficitur inferat ad hunc modum.
Vrbē igit diruamus: aut id quod eam rem quæ
conficitur ſeqnat neceſſe eſt: ideſt huiuſmodi.
ſi peperit: cum uiro concubuit: pep erit autē. cō
ficit hoc modo: concubuit igit cum uiro hoc ſi

nolis inferre: & inferas quod inde ſequit̃ : fecit
igit̃ inceſtum & concluſeris argumẽtationẽ & p
ſpicuam feceris cõplexionem. Quare in longis
argumentationibꝰ ex conditionibꝰ aut ex con/
trario complecti oportet. In breuibꝰ id ſolũ qđ
conficitur exponere in his in quibus exitus per/
ſpicuus eſt conſecutione uiri. Si qui aũt ex una
parte putabunt conſtare argumentationem po/
terunt dicere ſæpe ſatis hoc modo argumentatio
nem facere. Quoniam peperit. cum uiro concu/
buit: nam hoc nullius neq; approbationis : neq;
complexionis indigere: ſed nobis ab ambiguita
te nominis uidentur errare. Nam & argumenta/
tio nomine uno res duas ſignificat. Id quod & in
uentum aliquam in rem probabile: aut neceſſar
ium argumentatio uocat̃. & eius inuenta artifici
oſa expolitio. quando igitur perfert aliquid hu/
iuſmodi. Quoniã peperit: cum uiro concubuit
inuentum proferunt. non expolitionem. Nos ãt
de expolitõis partibus loquimur. Nihil igitur
ad hanc rem ratio illa pertinebit. atq; hac dictio/
ne alia quoq; quæ uidebunt̃ officere huic parti
tõni ꝓpulſabimus. ſi qui ãt aſſũptionẽ aliqñ tolli
poſſe putẽt aut ꝓpõnẽ. quæ ſi qd hẽt ꝓbabile aut
neceſſariũ quoquo mõ cõmoueat audire neceſſe
eſt qđ ſi ſolũ ſpectãretur id qđ iuẽtũ eſt ac nihil
hoc pacto tractaretur id quod eẽt excogitatũ re
ferret nequaq̃ iter ſũmos oratores & mediocres i
tereſſe exiſtimaretur: uariare ãt orõnẽ magnope
re oportebit: nã ibꝰ i rebꝰ ſiſitudo ẽ ſocietatis
mr̃: id fieri poterit ſi nõ ſimiliter ſp igrediamur i
argumẽtationẽ: nã primũ oium generibꝰ ipis di
ſtinguere cõuenit: hoc ẽ tũ iductiõe uti : tũ roci
natiõe. Deide i ipa argumẽtatiõe nõ ſp a ꝓpõne i
cipere nec ſp quĩq; ptibꝰ uti nec eadẽ rõe expoli
re ptitiões ſed tũ ab aſſũptiõe icipe licet: tũ ab ap
probatiõe alterutra: tũ utraq;: tũ hoc: tũ illo ge
nere cõplexiõis uti id ut pſpiciamꝰ aut ſcribamꝰ
aut i quolibet exẽplo de his quę ꝓpoſita ſũt hoc
idẽ exerceamꝰ facile ſit factũ. Ac de ptibꝰ qui
dẽ argumẽtatiõis ſatis nobis dictũ ur̃. Illud aũt
uolumus ꝓbe itelligi nos tenere. Aliiſq; rõnibꝰ
tractari argumẽtatiões i philoſophia multis: &
obſcuris: de qbꝰ certũ & artificiũ cõſtitutũ. Ve
rũ illa nobis ab uſu oratorio uiſa ſũt aliẽa. Quę
ptinere ãt ad dicẽdũ putamꝰ: ea nos cõmodiꝰ q̃
cæteros at ẽdiſſe nõ affirmamꝰ: ſed ꝑquiſitꝰ &

Quare i lõgis argumẽtatiõibus. Dat
ꝓceptũ ut ſciamus q̃ cõcluſiõe unaque
q; argumẽtatio cõcludẽda ſit. quoti/
ens igt lõga fuerit argumẽtatio aut ꝓ
pter memoriã facer̃ i cõcluſiõe debe
mus: aut ſi erũt i memoria q̃ ſupradi
cta ſũt. Argumẽtatõ nobis ex cõtrario
cõcludẽda ẽ: Ver; lõga argumẽtatio
nõ ptibus. ſed mẽſura partiũ cõſtat. i.
nõ qnq; partita aut q̃dripartita argu/
mentatio lõga ẽ. Sed i q̃cũq; argumẽ
tatiõe quoties latiores fuerit approba
tiões: tũc lõge erũt argumẽtatiões. Ita
& qnq; partita argumẽtatio ex mõ ap
probationũ breuis poterit iũciri. qua
re igt q̃cũq; lõga argumẽtatio fuerit
duobus mõis cõcludẽda ẽ. Aut p cõ
ductionẽ. i. Aut p cõtrari
um. Quoties ãt breuis fuerit argumẽ
tatio hoc ſolo qđ cõficit̃ cõcludẽda ẽ
i illis uero argumẽtatiõibꝫ q̃ exitũ ma
nifeſtũ hñt cõſecutionem poner̃ i con
cluſione debemus ſin ãt ex unaq̃q; p/
te putabũt conſtare argumentationẽ
reꝓhendit etiã illos q ex una pte dicũt
fieri poſſe argumẽtationem. Hi igt er
rãt de nominis ãbiguitate. Nã argu/
mentatio duas ſignificationes habet
& argumenti: & argumentationis.
Quare cũ dicũt ſi pepit cũ uiro con
cubuit iuentũ ꝓferũt non expolitionẽ
. i. argumentũ ꝓferũt non argumen/
tationem. ſed talis argumentatio eẽ
non pt niſi cũ expolita ꝓfert orõ. Eo
dem modo igt & illi errãt q dicũt ali
qñ ſubtrahi poſſe nunc ꝓpoſitionem
nũc aſſũptionem. Nã qm̃ utraq; hãc
monet auditorem neutra neceſſe eſt
ſubtrahat̃ expolitiõi. Itaq; magnope/
re ſtudendũ eſt: qa iuentio cũctis ora
toribꝫ cõis eſt ſed ipi oratores dicen/
di mõ aut optimi ſũt aut mediocres:
aut ſũt iſimi. Variare ãt orõnem ma
gnopere oportebit: pp faſtidia uaria i
q̃ uti orõne debemus ut nũc p iducti
onem argumentationem argumen/
temur nũc p ratiocinationem. Deide
i ratiocinationibꝫ nũc qnq; ptitã nũc
q̃driptitã nũc triptitã faciamus argu/
mentatiõem. Deide ut non ſp ptia ſit
ꝓpoſitio ſed aliqñ aſſũptio optia ſit.
hæc igt ut melius iſpiciamus aut iſcri
bamus ipi & nos exerceamus. aut ſi
id piget facere ea q̃ ſuprappoſita ſũt. ex
empla uideamus & i ipis hãc exercea
mus uarietatem. illđ ãt ꝓcipit ſylo/
giſmos omnes i dialectica contineri
hoc paucos ide deriuatos qui oratori

cōuīcī uidebāt. deniq; iſti ñ ſyllogiſmi ſed epicherēata dicūt. Repheſio ē p q̄ argumētādo aduerſariorꝫ cōfirmatio diluit aut īfirmat: aut alleuiat. Iā de q̄ttuor ptib9 orōnis dictū ē. De exordio: de narratiōe: de ptitiōe: de cōpatiōe: de cōfirmatiōe. Nūc ſecūdū ordinē de rephēſione tractādū eſt. Rephēſio ē orō q̄ poſt nr̄am cōfirmationē aduerſariorꝫ cōfirmationē rephēdit. Hæc duo agit: aut oīo tollit q̄ aduerſarius dixit: aut infirmat ac leuius reddit. Verꝫ ipa rephenſio ex illis locis argumētorꝫ capit ex q̄bus cōfirmatio. i. ex attributis pſōe & attributis negocio. Materia. n. argumētorꝫ cōmunis ē tā cōfirmāti q̄ rephēdenti: & cū tria ſint data cōfirmatiōi: Materia: argumētū argumētatio. Materia nō rephēdimus q̄ nuda atq; communis ē. Sed argumētū: aut argumētū rōnem rephēdimus. & q̄m cōfirmatione ul' rephēſionē cōmuniter hactenus pcepta tradidimus. Debemus ſcire certos modos rephēſionis. Sūt āt q̄ttuor prīcipales modi. ſi aut ſumpta rephēdamus aut cōcluſiōe aut genus argumētatiōis. Aut ſi hæc tria nullo mō rephēdi poterūt qd extremū ē facere debemus ut aliud cōtra argumētū firmū ſi aut firmius pferamus. ſūpta ſūt q̄cūq; nobis ad fidē ſūmimus. Ad fidē āt ſūmimus argumētū. Ergo argumēta ſumpa ſūt: & q̄m argumētū nō niſi ex cōfeſſo fit recte ea q̄ ex cōfeſſis argumēta ſumimus ſumpta dicūt. ſunt āt ſūpta ſꝫ q̄ttuor pbabilia tria neceſſaria. Probabile &. n. argumētū ī q̄ttuor diuidit. Credibile: ſignū. Cōparabile: iudicatū. Neceſſarie ī tria diuidit. Cōplexionē Enumeratione ſimplicē cōcluſionē. Itaq; q̄a ſꝫ ptē argumēta ſeptē ſumpta ſunt: de q̄bus argumētis cū aduerſarius quodcūq; ſibi ad fidē ſumpſerit tu cōtinuo certis modis poteris rephēdere quos modos a Ci. tradi os ī ſingula ſūpta rephēdēda dilig̃ter debeamus attendere atq; retinere. Qd p credibili ſūptū erit id īfirmabit ſi aut pſpicue falſū erit hoc mō. Numerabit ſepte eſſe ſūpta. Nūc docet unūquodq; ſūptum quot modis rephendi poſſit & a pbabili argumēto īcipit: ī quo q̄ttuor cōtinent. Credibile. ſignū. Cōpabile iudicatū. Itaq; igt ſi aliud ab aduerſario p credibili argumēto fuerit platū q̄nque id modis poſſumus rephēdere. ſi āt igr qd ſolidū aut primū ē argumētū ipm falſū eē doceamus aut ſi ex cōtraria quoq; pte credibile eē mōſtremus. Aut ſi oīo erit īcredibile. Aut ſi id qd paucorꝫ ē oīum eē dicat. Aut ſi id qd raro cōtingit fieri oīo denegel. Falſū ē qd ī re falſū ē & qd oīo aliter eē cōtedimus: ſicut ipſe ait. Nemo eſt qui non pecuniam qua ſapientiam malit. Hoc itaque falſum eſt: ut ēt ſi unus fuerit iuctus q̄ ſapiam malit Argumētū aduerſarii falſū eē dicat. Ex cōtrario quoq; credibile erit ſi q̄d ab aduerſariis p credibili platū nihilominus credibile ſit ſi cō-

diligentius pſcripſiſſe polliceamur. Nūc ut ſtatuimus pficiſci ordie ad reliqua pgem9. Rephēſio eſt per q̄ argumētando aduerſariorū cōfirmatio diluit' aut infirmat' aut alleuiat'. Hæc fonte inuentiōis eodē utet': quo utit' cōfirmatio propterea quod quibus ex locis aliqua res confirmari poteſt iiſdem poteſt ex locis infirmari. nihil. n. conſiderandum eum in his omnibus inuentionibus niſi id quod perſonæ aut negociis attributū eſt. quare inuentionem & argumentatione expolitionem ex illis quę ante precepta: ſunt hāc quoque in partem orationis transferri oportebit. Verumtamen ut quedam præceptio det' huius quoque partim exponemus modos repræhenſionis quos qui obſeruabunt: facilius ea que contradicunt' diluere aut infirmare potuerunt. Omnis argumentatio reprehendit': ſi aut ex his que ſumpta ſunt non conceditt' aliquod unū plura ue aut his conceſſis complexio confici ex his negat' aut ſi genus ipſum argumentationis uitioſū oſtenditur aut ſi contra firmam argumentationem alia eque firma aut firmior ponitur. Ex his que ſumitur aliquid non conceditur: cum aut id quod credibile dicunt negatur eſſe huiuſmodi aut qd' cōparabile putauit: diſſimile oſtenditur aut iudicatum aliam in partem traducitur: aut omnino iudicium improbatur: aut quod ſignum eſſe aduerſarii dixerunt: id eiuſmodi negatur eſſe: aut ſi cōplexio: aut una: aut ex utraque parte reprehenditur aut ſi enumeratio falſa oſtenditur: aut ſi ſimplex concluſio mali aliquid continere demonſtratur. Nam omne quod ſumitur ad argumentandum ſiue probabile ſiue p neceſſario: neceſſē eſt ſumatur ex his locis ut ante oſtendimus. qd pro credibili ſumptum erit id infirmabitur ſi aut perſpicue falſum erit hoc modo nemo eſt qui nō pecuniam quam ſapienriam malit qui ex contrario quoque credibile aliquid habebit hoc modo:

uertat̃. Vt puta qs ē q̄ ñ officii cupidior q̄ pecūiæ ſit. hoc utiq; aduerſario ꝓ credibili ꝓlatū ē. Q đ cōuerſū. Nihil ominus ĩcredibile ē ſi dicas. Q uis eſt qui nō pecuniæ cupidior quā officii ſit. Ergo credibile reprehēditur quod ex cōtraria parte cōuerſū. nihilominus credibile pōt uideri. in credibile aūt dicetur quod ab hoīum opinione diſſentit & hoc ĩtererit inter falſū & ĩcredibile quod falſū ĩ ipſa re eſt incredibile uero ĩ opinione. itaq; inquit incredibile ē. ut puta ſi auarus dicat̃ mediocris officii cā maximā pecūiā cōtēpſiſſe. hoc itaq; apud opinionē hominū credi nō pōt. qm̄. n. auarus

Q uis eſt qui nō officii cupidior ſit quā pecuniæ aut erit omnino incredibile ut ſi aliquem conſtet eſſe auarum & dicat alicuius mediocris officii cā ſe maximam pecuniam neglexiſſe: aut ſi quod ĩ quibuſdam rebus. aut hominibus accidit id hominibꝰ dicatur uſu euenire hoc pacto: Q ui pauperes ſunt his antiquior officio pecunia eſt. qui locus diſertus eſt in eo cædem factā eſſe oportet ĩ loco celebri homo occidi qui potuit aut ſi id ꝙ raro fit fieri omnino negat̃: ut Curius pro fulūio: neq; nemo poteſt uno aſpectu neque preteriens in amorem incidere: quod autē pro ſigno ſumet̃: id ex iiſdē locis quibus cōfirmatur infirmabit̃. Nā in ſigno prīo uerū eſſe oſtendit oportet. deīde eiꝰ eē rei ſignū ꝓpriū qua de re agit̃: ut crurorē cedis

maximā pecuniā contēneret mediocris officii cā qui ob ꝑuā pecuniā ſepe officia magna cōtēnit. inter falſum & incredibile hoc ĩtereſt qđ falſum eſt credibile eē pōt & incredibile. deīde quod ĩcredibile eſt uerū eē pōt & falſum Sed uerū duplex ē. nūc id qđ uere geſtū ē nūc. id quod uere geſtū eſſe q̄buſdā rōnibus approbatur. itaq; ſæpe quod uerū eſt. & quia falſum eſſe nō pōt: ĩcredibile ē. Verū. n. quod ſimon uolauit. ſed tñ incredibile ē. Deinde ſi dicas uno die duas controuerſias ꝑſcripſi cū nō perſcripſeris in re q̄dē falſū. ſed tñ quia fieri potuit credibile eſt. Rurſus credibile argumentū reꝑhendi pōt ſi qđ paucorū eſt omnium eē dicatur: ut puta. qui pauperes. ſunt his nō officiū magis q̄ pecūia cordi ē. hoc q̄a generaliter dictū ē reꝑhēdi pōt. Nā pñt aliq̄ pauperes inueniri quibus officiū magis cordi ſit quā pecūia. Nec nos moueat ꝙ ĩ argumēto credibili qđ q̄dē ex ꝑſonis fieri diximus exēplū de loco poſuerit. Credibile. n. argumētū. i. ꝓbabile maxīe quidē ꝑſonarū ē. Sed fit ēt ex attributis negocio. i. ex loco tpe. uel reliquis. itaq; ſub hoc mō reꝑhenſionis duo exēpla poſuit: unū a ꝑſona: aliud a loco. illud aūt qđ tertiū uidet̃ exēplo illi qđ ſub extrēo mō poſitū ē cōgruū: nō tertiū ē exēplū: ſed ſecūdi cōcluſio. ut primū exēplū a ꝑſonis ſit. Q ui paupes ſūt his antiquior officio pecūia ē. Secūdū exēplū a loco ſit. Q ui locus deſertus ē in eo cædē factā eē oportet. in loco celebri hō occidi qui potuit. ita ꝙ hoc ꝓceptū tenere debemus qđ ex attributis ꝑſōe maxīe credibile argumētū conficit̃. Eſt tñ & in factis credibile. Signū āt nō niſi ex factis confici. Scire tñ debemus ex attributis ꝑſone fieri. & neceſſariū argumentū. ſi dicas pedibus eger q̄nquaginta milia q̄ potuit ābulare. Poſtrēo credibile argumentū ꝑt reꝑhēdi ſi id qđ raro fit nūq̄ fieri poſſe dicat̃. Vt puta nemo ē q̄ puellā ꝑteriēs adamet. Hoc & rurſus generalr̃ q̄a dictū ē pōt reꝑhēdi. Nā frequēt̃ & ſemel uiſa puella ꝑt adamari. ut ĩ eunucho adamat cherea ut ĩ Vir. ut uidi: ut perii: ut me malus abſtulit error. His itaq; quinq; modis credibile poterit reꝑhēdi ſi aut ꝑſpicue falſū eē oñdat̃. aut cōuerſū ex cōtraria ꝑte nihilominus credibile ſit: aut ſi ĩcredibile demōſtret̃: aut ſi qđ paucorū ē oīum eſſe dicat̃: aut ſi qđ raro fit id nunq̄ fieri poſſe dicat̃. Q uod aūt ꝓ ſigno ſumet̃ id ex hiſdē locis quibus cōfirmat̃ infirmabit̃. Dixit quo modis credibile poſſit reprehendi. Nūc tranſit ad ſignū. ſi inquit ab aduerſario aliquid pro ſigno: feretur id hiſdem locis reprehendi poteſt quibus confirmantur. Verum quoniam definitiōe ſignū eſſe dixit quicquid in ſenſus cadit maxima ſigna ſunt. & quæ in controuerſiis frequentibus neceſſe eſt inueniri. Oculorum & aurium. Oculorum pallet puluerulentus eſt. cruentus eſt. Aurium uero hoc dixit: hoc locutus eſt. itaq; preter hæc ſigna quæ oculis digitoq; monſtrantur. O mne factū: ac dictum ſignum eſt. Q ue facta & dicta negocio attributa ſunt. ideſt continentia cum ipſo negocio. Q uæ facta & dicta tripliciter conſiderantur: ante negocium: in negocio: poſt negocium. itaque cum ex his quæ negocio attributa ſunt argumenta ſumpſerimus ſignum eſt. ideſt ex his que cōtinentia cum ipſo negocio ſunt. & quæ in geſtione negocii continentur. deinde ſi ex his fecerimus argumentum quæ perſonis attributa ſunt credibile erit. & hoc ideo argumentum dicetur. ut quaſi argumentū a perſonis fiat ſignū negociis: & ideo Cicero in ceciliana argumentis agemus ſignis luce oī clarioribus crimina reſellemus. igitur ſi aduerſarius inquit aliquid pro ſigno protulerit hiſdē locis reprehendere debemus. quibus confirmatur & quoniam ignoratur quibus ex locis ſignum cōfirmari debeat idipſum docet: Confirmatur autem quattuor modis. Primo inquit ſignum manifeſtum ipſum eſſe debet. ideſt ut cum dixeris pallet. uere palleat. Deinde poſtquam conſtiterit eē ſignū cōſtet rurſus eius rei eſſe ſignum de qua agitur. ut dicas occidit: nam cruentus eſt. Et quoniam diximus factum enim ſignum eſſe: in facto autem. & facta & dicta ſunt confirmamus inquit ſignū ſi aut id factum dicamus ꝙ non oportuerit. aut id factum quod oportuerit. Sed quia interdū per ignorantiam proueniet: ut aut id non faciamus quod oportet. aut id faciamus ꝙ non oportet

Deinde factū eſſe qđ non oportuerit aut non factū qđ oportuerit. Poſtrēo ſciſſe eū de quo quæritur eius rei legem & conſuetudinem: Nam hæ res ſunt ſigno attributæ quas diligentius aperiemus cum ſeparatim de ipſa coniecturali conſtitutione dicemus. Ergo unumquodq; horum reprehenſione, aut nō ſigno eſſe: aut parum magno eē aut ab ſe potius quā ab aduerſariis ſtare: aut omnino falſum dici: aut in aliam quoq; ſuſpitionem duci poſſe demonſtrabitur. Cū aūt pro comparabili aliquid inducetur. quoniā id per ſimilitudinē maxime tractatur in reprehendendo cōueniet ſiſe id negare eſſe quod cōfertur ei qui cum confertur id fieri poterit. ſi demonſtrabitur diuerſum eē genere: natura: ui: magnitudine. tēpore loco. perſona. opinione: ac ſi quo ī numero illud quod per ſimilitudinē afferetur: & quo ī loco hoc gen⁹ cui⁹ cā afferet hri cōueit: oſtēdet deide qđ res cū re differat demōſtrabim⁹ ex quo docebim⁹ alid đ eo q̄ cōpabit & de eo q cū cōpabit exiſtiari oportet huius facultatis maxie idigeuſ: cū ea ipa argumtatō

Tunc autem grauius delictum eſt. ſi faciamus quæ non facienda ſunt. Quia in eo quod facimus faciendum, uel ſi non faciendum: ineſt ſcientia deliquentis. Si enim quia aut faciendū eſt: aut nō faciendum, icirco poſtremum illud addit ad confirmatōem ſigni ut nō mō aliquid fecerit ſe debet ſcierit faciendū eē aut nō ee faciendū. Poſtremo inqt ſciſſe eū de quo quæritur eius r ei legē & conſuetudinē. Itaq; q̄ttuor modis ſignū cōfirmāus. Primū ut uerū ſit. Deide ut eius rei de qua agimus ſignū ſit. Deinde ut doceamus aut id factū eē quod nō oportuerit aut id nō factū quod oportuerit. Poſtremo ēt ſciſſe eum utrū fuerit faciendū. uel non facīēdū. Hæc q̄ttuor cōfirmādo ſigno attributa ſūt: quorū ſi aduerſarius quodlibet ad confirmādum protulerit tu id quinq; modis reprehendis. Dicere. n. debebis inquit aut nō eſſe ſignū. i. ſi dicatur homicidiū fecit. nā puluerulentus eē utiq; ad homicidiū puluis ſignū ē nō pōt: aut parū magno eē ſigno. & . n . nō mō ſignū pferendū eſt. ſed & plenū ſignū Vñ illud Terē. Iā ſcio magnū ſignū aut a ſe potius q̄ ab aduerſariis ſtare ſi dicatur ſcelus fecit. nam erubuit: cum tu contra poſſis dicere īmo ſcelus non potuit facere: qa erubuit: aut oīo falſo dici. ſi dicatur, Neſcio quis pallere cū nō palleat: Aut in aliam queq; ſuſpitionē duci poſſe demonſtrabitur. ſi dicatur quia pallet occidit hoīem cum ſit pallor & ægritudinis itaq; ſi quid ad confirmādum ſignum inter platū his quinq; modis reprehendi oportebit qđ quid ē ſe in ſecūdo libro de cōiecturali cā ſignātius tractaturū ē pmittent Cōpabile argumētū ex ſimilitudine cōſiſtit q đ ut reprehēdas: id quod aduerſarius ſimile eē uult, tu cōtra diſſimile debebis aſſerere. Diſſiſe ăt aliqd aut ſimile ſit octo rbus oſtendit. genere: natura ui: magnitudine. tpe loco. pſona. opiniōe. Ver in his aiaduertere debemus qđ aduerſarius cōparet: ac ſimile eē perſuadeat. Quod poſtq̄ pſpexerius illđ ipm nos diſſiſe debemus oñdere qđ aduerſarius ſiſe eē cōtendit. Alioqn ſtultū ē. ut cū aduerſarius res inter ſe eē dicat ſiſes per naturā nos cas. aut magnitudine eē dicāus diſſimiles; aut genere aut loco uel cæteris. Sed id qđ ſiſe eē dr ī natura nos cōtra ī eadem natura diſſimile debēus oñdere. Quod rurſus dicit ſiſe eē ī pſona: nos ī eadē pſona diſſiſe eē doceamus. Octo itaq; modis diſſiſe aliqd neceſſe ē cōprobari Genere natura: ui: magnitudine: loco pſona: opinione: Generis triplicē ſignificationē ſcimus eē. Eſt ăt gēus. I. ſanguis aut patria. Eſt genus ſub quo pl̄es ptes cōtinet. Eſt genus rerū q̄litas: hic itaq; genus duo illa ſignificat. ſub quo ſunt ſpēs. & illud qđ q̄litatē deſignat. Genus illud ſub quo ſpēs ſūt. ita ad ſiſitudinē ducit. ut ī hoc exemplo. Si iis qui īprudētes leſere ignoſci oportet his quis neceſſario profuere gratiā haberi non oportet. in hiſ enī ābobus unū genus, uolūtas abñs. cuius ſpecies ſunt. imprudētia & neceſſitas itaq̄ hæ ſpecie, diuerſa genere ad ſiſitudinē referunt. ideſt quia ī utroque abſens uolūtas. illud autem genus quod qualitatem ſignificat confertur: cum utile. utili r honeſtum. honeſto. conferimus. Vt putatā hoc utile q̄ illud tam honeſtum q̄ illud. Tertiū illud genus quod aut ſanguinem oſtendit, aut patriam ad locum referri oportebit, natura autem confertur. ita ut in hoc exemplo in quo populi natura cum maris comparatur. ut mare inquit quod ſua natura trāquilum ſit uentorum ui agitari atque turbari ſic. r. p. ſua ſponte placatam hominum ſeditioſorum uocibus & uiolentiſſimis tempeſtatibus cōcitari. Vim ſæpe eſſe diximus ſingulorum uerborum ſimplicem ſignificationem: Hoc eſt illud neſcio quid: quod intelligimus cum dictum fuerit ſacrilegium. iam magnitudo erit ipſius uis exaggeratio. ut puta ſacrilegium atrox. in loco illam quæ iam abūdæ tractata eſt qualitatem loci inſpiciamus. Tempus: tidem ſuis inſpectu ſemper partibus conferamus. ut ſi oportunitas eſt oportunitatem. ſi ſpacium: ſpacium conferamus. Perſona autem omnino manifeſta eſt. Opinio uero eſt iudiciū populi: Hæc ita conferetur ſi dicamus ſic de illa re iudicatum eſt. ſic de hac iudicatū aut iudicatū ē. aut aliter de illa re iudicatū. aliter de hac iudicatū. aut iudicatū eſt. ſi p nobis confirmetur. ſi contra mutetur opinio ac ſi quo in numero illud quod per ſimilitudinem affertur: hoc ñ

quaſi alius aliquis modus cōferendi ē: ne forte qs credat: ſed opinionis expoſitio. Quæ quidē unā
ptē tenet ſolā. i. illā cū aduerſariis cōiūcta diſſoluimus: in iudicatū aliqd infert. qm̄ id ex his locis
maxime firmat: & ad hoc nihilominus cōfirmandū ipē nobis indicat cōfirmationē. Nā quattuor
modis dicit cōfirmādū nobis eē iudicatū. qbus uticꝫ ſublatis. infirmari poſſe declarat. hoc ē laude
eorū: q̄ iudicare ſimilitudīe eius rei: qua deagit ad eā rē qua deiudicatū ē: & nō modo nō eē repre
henſum iudiciū: ſed ab hoībus cōprobatū: & ſi difficilius & maius eē doceamus illud iudicatū. qđ
afferatur q̄ id quod ineſt: cum. n. affe
rimus iudicatū ut id noſtræ cauſæ p
ſit neceſſe ē primo a laude eorū qui iu
dicare id qđ iudicatū pferimus ordia
mur. Per iudicantiū enim auctorita
tem iudicati auctoritas confirmatur.
deinde ut id quod iudicatum proferi
mus ſimile ē ei quo deagatur eſſe mō
ſtremus. tū. n. nos iudicatū adiuuabit
ſi huic ſimile demōſtretur. Verū hæc
ſimilitudo octo illis ſimiliter partibus
facieda eſt: hæc genere: natura ui ma
gnitudine loco: perſona: tpe. opinio
ne. & oīo hoc iā tenere debemus quā
cunque ſimilitudinē his nobis ptibus
eē faciendā. Deinde tertio mō iudica
tū cōfirmamus: ſi oſtēdamus ipm iu
dicatū non eſſe reprehenſum: & non
modo non reprehenſū. ſed ēt ab hoī
bus approbatū ut hi iudices de hoc ne
gocio ſimilia ſperare cogantur. Extre
mū illud ſi difficilius: & maius iudica
tum q̄ id quo deagitur eē doceamus.
Nūq̄ enim iudex ī minore negocio fa
cere dubitabit id quod iam iudicatū ī
maiore pſpexerit. His itacꝫ locis iudi
catū confirmatur: hiſdē conuerſis īfir
matur. i. ut iudices uituperes: ut nego
ciorum diſſimilitudinem doceas: ut
reprehenſum iudiciū illud demōſtres
& ut illud iudiciū mīus ac facile. hoc
uero difficile ac maius oſtēdas: deīde
doceas q uitia ī aduerſario perſcrutari
atcꝫ inuenire debeamus. i. ne forte il
lud iudicatū: qđ affert huic negocio
nihil pſit. & ne illud pferatur iudiciū
in quo iudices contraxiſſe conſtet offe
ſam. Tertio illud conſiderādū. ne p
nobis ſimilia ſint multa iudicia ab ad
uerſario unum aliquod diſſimile pro
feretur. Statimcꝫ frāget. qđ q̄ſi pbabi
le pro probabili profertur. Nā id qđ
uere pbabile eſt nullo mō ut difficilime poterit infirmari. hoc ē quod ait. Contrariis locis ſi res na
tura. aut uteriſimilis p amitti īfirmatio portebit. quæ uero ſicuti neceſſaria ducētur: Trāſit a pbabi
li ad neceſſariū argumētū: qꝫ neceſſariū argumētū. ſi neceſſariū rebus ipſis fuerit. nulla rōne pote
rit rephēdi ſinautē nō rē: ſed modū ac formā neceſſarie argumētationis habuerit rephēdetur noui
mus itaq̄ tribus modis fieri neceſſariā argumētationē. p cōplexionē. p enūerationē p ſimplicē con
cluſionē. Cōplexio ē ī qua utrū cōceſſeris id cōtra te futurū ē. Hæc ita ut diximus ſi oīo neceſſaria ē
ñ poterit rephēdi. Sinaūt ſolā formā neceſſariæ argumentationis tenebit duobus modis rephēde
tur. aut p conuerſionē: aut p alterius ptis īfirmationē quos modos facile poſſumus agnoſcere. ſi ip
ſa neceſſarie argumētatōis forma ponatur. Si ueret qd accuſes. q probus ē. ſi ñ ueret qd accuſes.
q̄ pui auditū æſtimat: hoc p cōuerſionē ſic rephendimus. ut cācellato ueluti reſpectu primā ppoſi
tionem ad ſecūde propoſitōis dimittamus euentū. deīde ſecūdā ppoſitionē ad prīe ppoſitōis ſubri
gāus euentū. ita tñ ut euentibus negatio adiūcta copulet. hoc mō: ſi ueret. accuſes. qa id ñ pui audi
tu æſtimat. Deīde ſi ñ ueret accuſes: qa ñ pbus eſt, ita cōuerſionū euentū accuſandum eſſe aſſeruit.
quem aduerſarius dixerat. non accuſādū. Accuſatio aūt hic non publica eſt, ſed priuata obiurgatio

que p īductōem tractat erit rephendēda. ſi iudica
tū aliqđ īferet qm̄ id ex his locis maxīe firmat lau
de eorū. q iudicare ſiĺirudine eius rei: q̄ deagit: ad
eā rē q deiudicatū ē. & ommēorādo nō mō nō eē
reprehenſū iudiciū: ſed ab oibus approbatū: & de
mōſtrādo. difficiliter. & maiꝰ fuiſſe adiudicatum
qđ afferat. q̄ id qđ inſtet cōtrariis locis. ſi res. aut
uera. aut uteriſimilis pmittat īfirmari oportebit. at
qꝫ erit obſeruādū diligēter ne nihil ad id qđ ptine
at id qđ iudicatū ē & uidēdū eſt nū ea res profera
tur in qua ſit offenſum. ut deipſo qui iudicauerit
iudicium fieri uideatur. Oportet autem animad
uertere. ne cum aliter ſint multa iudicata ſolitariū
aliquod: aut rarū iudicatū afferatur. Nā his rebꝰ
auctoritas maxime pōt īfirmari: atqꝫ ea argumta
qdē q̄ q̄ſi pbabilia ſūet ad hūc modū tētari opor
tebit: q̄ uero ſicuti neceſſaria dicēt. ea ſi forte īmi
tabūt mō neceſſariā argumtatōem: neqꝫ erūt eiꝰ
modi ſic reprehēdēt. Primū cōplexio que utrum
cōceſſeris tolli debet. ſi uera ē nūq̄ rephēdēt ſi in
falſa duobꝰ modis aut cōuerſiōe: aut alteriꝰ ptis
īfirmatōe. Cōuerſiōe hoc mō. Nā ſi ueret qd eum
accuſas q ē pbus: ſi iuerecūdū aī poſſidet īgeniū
qd cum accuſes: q id pui auditu exiſtimet hic ſiue
ueteri dixeris ſiue ñ cōcedēdū hoc putat. ut neges
eē accuſādū qđ cōuerſiōe ſic rephēdet: imo uero
accuſādꝰ ē: nā ſi ueret accuſes. ñ. n. pui auditū exi
ſtiabit ſi uerecūdū aī īgeīū poſſidet tñ accuſeſ ñ. n.
pbꝰ ē alteriꝰ āt ptis īfirmatōe hꝰ mō rphēdit uerū

unius uero partis huiuſmodi reprehenſio eſt, Cū ex propoſitis duobus unūquodq; frangit̃. Altero
enim infirmato uacillat alterū. Si ueret̃ accuſa: facile enim uerecūdus ab errore flectetur Enūera-
tio uitioſa intelligitur. ſi aut ꝑteritū quiddā dicemus, quod melius cōcedere aut infirmare aliquid
annumeratū. Enumeratio pars neceſſariæ argumentationis ē. Hæc cuiuſmodi ſit ſupra diximus.
Verū cū ab aduerſario ꝓponet̃, duobus modis poterit reprehendi. Si aut aliquid ꝑtermiſſum eē in
enūeratione doceamus quo pro nobis ſit, aut ſi oīa q̄dē enumerata ſūt, ſed ī his aut cōtrariū poni-
mus & falſū eē mōſtremus. aut cōfite
mur aliquid ita eē & oſtendemus eē
ꝓ nobis. Prius itaq; modus ubi aliq̄d
ꝑteritū d̄mereāus ꝙ ꝓlatū nr̄æ cāæ ꝓſi
cit: ut ē illd̄ d̄ equo quē poſt aduerſarii
enūeratione ex hoſtibus captū eē mēo
rauit, i: ex ꝑda q̄ ꝓpria cuiq; n̄ q̄ cōſu
lis omnibus fuerit cōiter diſtributa:
Alter ē modus reprehēſionis in enūe
ratiōe: in quo duo reſpicimus. Vtrū
aliq̄d cōtrariū poni poſſit: an aliquid
cōfiteamur ex his: q̄ aduerſar ius enu
merauit: ꝓpterea ꝙ honeſtū ē. Con-
trarium ponimus: ſi cum aduerſarius
equum neget hereditate uenisse nos:
hereditate uenisse doceamus. Confi
temur autē aliq̄d qd̄ honeſtū ſit: ut ſi
aduerſarius dicat: aut inſidias facere
uoluiſti; aut amico morē geſſiſti aut;
cupitate elatus es nos dicamus amico
morem geſſiſſe: quod utiq; in confeſ
ſione turpe non eſt; maxime ſi ea qui
bus cum hoc poſitum eſt conſidere-
mus. Ita in reprehenſione enumeratō
nis: aut ꝑtermiſſū aliquid oſtēdemus
Quod tn̄ illatū pro nobis ſit: aut ex
oībus quæ poſita ſunt. nūc aliquid ꝑ
contrariū refutamus, nūc q̄a pro no-
bis eſt confitemur. Simplex aūt cōclu
ſio reprehēdit̃. ſi id qd̄ ſequitur. non
uideatur neceſſario. cū eo qd̄ anteceſ
ſit. Hæc quoq; ſi ex utroq; quo cōſtat
i. ſi ex ꝓpoſito & adiūcto erit neceſſa-
ria repħēdi oīo n̄ poterit. Eſt āt huiuſ
modi. ſi dies ē lucet; ſi natus ē morie
tur. Vtiq; hoc ita neceſſariū ē; ut fran
gi tūc aūt ſimplex concluſio poterit re
prehendi; ſi oſtenderis adiūctū nō co
hærere ꝓpoſito: ut puta ſi mater eſt di
ligit. Si ſemel peccauit nunq̄ corriget
utiq; hoc cū adiūctū cōſideras: neceſ
ſario cohærere nō poſſe: neceſſarium
eē non poterit. Eritq; potius ꝓbabile:
ita neceſſarium ꝑ ſe conſtat probabile
multis aſſeritur argumētis. Hoc autē
ſi ſemel peccauit nunq̄ corriget. mul
tis aſſerēdū ē argumētis. qd̄ uero mľ
tis aſſerit̃ argumētis neceſſariū nō eſt
recte igitur huiuſmōi reprehēſa cōclu
ſio ē ſi formā neceſſariā: rē uero ꝓba-
bilē cōtinere mōſtret̃. Verū hæc cun
cta ꝑcepta d̄ dialectica traxit quæ ma
gna & difficilis ē: de q̄ ſi facultas fuerit poſtea tracturū ſe eē promittit. Cū igit̃. ex his quæ ſumūtur
aliq̄d cōcedit̃ ſic īfirmabit̃. Oēm argumētatōnē q̄ttuor mōis dixit poſſe rep hēdi ſi aut ſūpta repħē
dāus; aut cōcluſionē; aut ſi geuſ ipm argumētatōis uiſōſū eē mōſtrēuſ. aut ſi cōtra firmū argumētū alid̄
ꝑrīm eq; firmū atq; firmis oppōāus. itaq; iā ſūptorꝝ dcā repħēſio ē. ſin āt igt repħēdi ſūpta n̄ poterūt

ſi ueret̃ accuſatōe tua correptus ab errato recedet
Enūeratio uitioſa itelligit̃: ſi aut ꝑteritū q̄ddā di-
cēus qd̄ uelimus cōcederet, aut īfirmū aliq̄d enūe
ratū qd̄ aut cōtradici poſſit: aut cā n̄ ſit q̄re n̄ hōe
ſtū poſſumꝰ cōcedere ꝑterit̃ q̄ddā ī eiuſmōi enūe
ratōibꝰ qm̄ hēs iſtū equū: aut emeris oportet aut
hereditate poſſideas, aut mūere accepis: aut domi
tibi natꝰ ſit: aut ſi horū nihi ē ſurripueris neceē ē
Sed n̄ emiſti, neq; hereditate uēit: neq; domi tibi
natꝰ ē: neq; dono accepiſti: neceē ē ergo ſurripue
ris hoc cōmode repħēdit̃: ſi dici poſſit ex hoſtibꝰ
equꝰ ē captꝰ: cuiꝰ ꝑde ſectio n̄ uenerit. Quo il
lato īfirmat̃ enūeratio: qm̄ id ſit īductū qd̄ ꝑteri-
tū ē ī enūeratōe. Altero āt mō repħēdit̃ ſi aut con
tra aliq̄d dicet̃ hoc ē exempli cā: ut ī eodem uerſe
mur poterit oſtēdi hereditate ueniſſe: aut ſi extre
mū illd̄ n̄ erit turpe cōcedere: ut ſi q cū dixerit ad
uerſarii: aut īſidias facere uoluiſti: aut amico mo
rē geſſiſti ut cupiditate elatꝰ ex amico morē geſ-
ſiſſe fateat̃. Siplex āt cōcluſio repħēdit̃ ſi id qd̄ ſe
q̄tur n̄ uideat̃: neceſſario cū eo qd̄ an̄ ſit coherere
nā hoc q̄dē ſi ſpiritū ducit uiuit. ſi dies ē lucet eiuſ
mōi ē ut cū priore neceſſario. poſteriꝰ coherere ui
deat̃ Hoc āt ſi mr̄ eſt diligit filiū: ſi aliq̄n pecca
uit nūq̄ corriget̃. ſi cōueīet repħēdi ut demōſtret̃
n̄ neceſſario cū prior poſteriꝰ coherere hoc genꝰ
& cetera neceſſaria: & oīs argumētatio: & eiꝰ rep-
henſio maiorē q̄dā ui contiet: & latiꝰ patet: q̄ hic
expōit̃: ſed eiꝰ artifici cognitio huiuſmōi eſt ut n̄
ad alicuiꝰ artis ꝑtem aliq̄ adiūgi poſſit: ſed ipſa ſe
parati longi tpis & magne atq; ardue cognitionis
īdigeat q̄re illa nobis alio tpe atq; ad aliud īſtitu-
tū ſi facultas erit explicabūt nūc his ꝑceptionibꝰ
retorꝝ ad uſum oratorium nos contētos eē oporte
bit. cū igr̄ ex hiſ q̄ ſūunt̃ aliq̄d n̄ cōcedit ſic īfir-
mabit̃. cū āt his cōceſſis cōplexio ex his n̄ cōficit̃

Hec erunt conſideranda:unum aliud conficiatur
aliud dicatur hoc modo. Si cum aliquis dicat ſe
profectum eſſe ad exercitum contra eum quis ue
lit hac argumentatione uti. Si ueniſſes ad exerci
tum a tribunis militaribus uiſus eſſes. nō es autē
uiſus ab his nō es igitur profectus ad æxercitum
Hic cum conceſſeris propoſitionem. & aſſumptō
nem cōplexio infirmāda ē. Aliud enim quā colli/
gitur illatum ē. Ac nunc quidem quo facilius res
cognoſceretur perſpicuo & grandi uitio preditum
poſuimus exēplum:ſed ſepe poſitum obſcuriꝰ ui
tium pro uero probatur. cū autem parum memi/
neris quod cōceſſeris. aut ambiguū aliquod pro
certo cōceſſeris ambiguū ſi cōceſſeris ex ea parte
quā ipſe intellexeris eam partem ſi aduerſariꝰ ad
aliam partē per complexionē uelit accōmodare ꝺ
monſtrare oportebit:nō ex eo quod tu cōceſſeris
ſed ex eo quod ille ſumpſerit cōfici cōplexionem
ad hūc modū. ſi indigetis pecunie pecuniam non
habetis:& ſi pecuniam nō habetis pauperes eſtis.
indigetis autem pecūia. Mercature eni niſi ita eēt
operā non daretis pauperes igit̄ eſtis hoc ſi repre
henditur cum dicebas. ſi indigetis pecunie pecu
niam non habetis hoc intelligebam .ſi propter io
piam in egeſtate eſtis pecuniam nō habetis: & ic
circo concedebā. cū autē hoc ſumebas:indigebis
aūt pecunie illud accipiebā. Multis aūt pecunie
plus habere ex q̄bus cōceſſionibꝰ nō cōficit̄ hoc.
Paupes igit̄ eſtis cōficeret̄ aūt ſi tibi prio quoqꝫ
hoc cōceſſiſſem. qui pecūiā maiorē uellet hēre cū
pecuniā nō hr̄e:ſepe aūt oblitū putāt qᵈ conceſſe
ris. & iccirco id qᵈ nō cōficitur quaſi cōficiat̄ i cō
cluſione īfertur hoc mō. ſi ad illū hereditas uenie
bat ueriſimile ē ab illo hereditate eē necatū :dein
de hoc approbāt plurimis uerbis:pꝰ aſſumūt ad
illū hēditas uēiebat. deīde īfert̄. ille igit̄ occidit. id
que ex his que ſūpſerāt nō cōficit̄. quare obſerua
re diligēter opotet:& q̄d ſumat̄:& q̄d ex his cōfi
ciat̄. ipſum aūt genus argumētatōis uitioſū his:
de cāis oſtēdet̄. ſi aut in ipſo uitiū erit:aut ſi n̄ ad
id qᵈ inſtituet̄. accōmodabit̄. atqꝫ i ipſo uitiū erit
ſi oīo totū :falſū erit. ſi cōe:ſi uulgare. ſi leue:ſi re
motū. ſi mala definitō:ſi cōtrouerſū. ſi p̄ſpicuū:ſi
n̄ cōceſſū. ſi turpe. ſi offenſū. ſi cōtrariū:ſi cōſtās ſi
aduerſū. Falſū ē:i quo p̄ſpicue mēdaciū ē hoc mō
Nō pōt eſſe ſapiēs qui pecuniā negligit. Socrates

tūc erit reprehēdenda cōcluſio cōclu
ſiōe. itaqꝫ. hoc aīaduertēdū ē p̄ricipa
liter. ne cū i p̄poſitōe ſit aliud:aut eſſe
poſſit aliud cōcludat̄ Hoc itaqꝫ uitiū
erit dicētis. Vitiū porro:aut apertum
aut obſcurū. Atqꝫ apertū in cōcluſiōe
uitiū erit:ſi res cū alia in p̄poſitōe te/
neat̄ alia oīo res i cōcluſiōe pōat̄. ut
puta ſi agat̄. an neſcio ꝗ ad exercitū ſit
p̄fectus & contra eū ꝗs ſic uelit argu/
mētari. Si ueniſſes ad exercitū a tribu
nis militaribus uiſus eſſes. nō es āt ui
ſus ab his n̄ es igit̄ ad exercitū p̄fectus
hic utiqꝫ apertū uitiū ē. Nā propoſitio
tenet. ſi ueniſſes ad exercitū. Conclu/
ſio non es igitur ad exercitum p̄fectuſ
cū iuſta propoſitionē debuit concludi
nō igitur ad exercitū ueniſti. Hoc ita
que apertū uitium. in obſcuro āt duo
nobis attendēda ſunt ne aut ambigui
tate propoſitionis aut oblíuione falla
mur. Ambiguitas in p̄poſitione talis
eſt. Si. indigetis pecuniæ. pecuniam
nō habetis. Nā oīo qui pecuniā nō ha
bet indiget pecuniæ. & ille ꝗ habet:
ſed maiorē habere deſiderat:indiget
pecuniæ. indigere. n. uolūtatis:ē hec
itaqꝫ p̄poſitio ambigua eſt. Si indige
tis pecuniæ. pecuniā nō habetis:hu/
ius propoſitionis quācunqꝫ aduerſa/
rio p̄poſitā cōcluſionē alterius rei īter
pretatione poteris reprehendere:ut ſi
cōcluſione mēdicos poſuerit. Tu di/
cas eos ꝗ pecuniæ indigeāt. nō te mē
dicos intellexiſſe:ſed eos ꝗ cū habe/
rēt maiorē tn̄ pecuniā uellent. Deīde
ſi ille huiuſmōi homines i concluſiōe
poſuerit. Tu cōtra in p̄poſitiōe dicas
te ītellexiſſe mendicos. ita aduerſarii
cōcluſionē p̄poſitionis uiſa ambigui
tate ſubuertes. Deīde aliud obſcurum
uitiū ē:cū obliuiſcimur q̄d in propoſi
tione ſit poſitū:& aliud in cōcluſione
cōficit̄:ut puta ſi ad illū hæreditas ue
niebat:uereſimile ē ad illū necatum
hic uериſimilitudo poſita eſt. Deinde
hanc p̄poſitionem pluribus uerbis ap
probant. ſ. ut memoria p̄poſitiōis ex
animis auferat̄:Poſt aſſumūt ad illā
aūt hereditas ueniebat. Poſtremo in/
ferūt concluſionē. Ille igitur occidit.
Vtiqꝫ in hac concluſione obliuio nr̄a
tētatur. Supra enim poſitū ē:ueriſimi
le ē ab illo necatū. Hic poſt approba/
tionē longiſſimā propoſitiōs non cō
cludit̄. Veriſimile ē igit̄ ab illo neca
tū:ꝙ p̄babile ē. Sed ille igit̄ occidit ꝙ
neceſſariū ē:quodqꝫ a p̄babili p̄poſi
tione diſſentit. Itaqꝫ diligenter de/
bemus attēdere ut cōcluſionem aduer
ſarii: aut ambiguitate propoſitionis
conuertamus aut quia meminimus

quid in propoſitione ſit poſitum ean
dem concluſionem falſam eſſe doce
amus ipſum autem genus argumẽta
tionis uitioſum his de cauſis oſtende
tur. Tertius reprehenſionis modus ẽ
cum ipſum genus argumentatõnis ui
tioſum eſſe monſtratur. Verum hoc
tenere dbemus: quod ſumpta ſola nu
da & generaliter patientia modis ſuis
reprehenduntur. genus autem argu-
mentationis in cauſa & in ſpecie poſi
tum conſiderare debemus quod qui-
dem ſumptis ſuis & forma dictionis
quantum in ſe eſt. integrum eſt. Sed
cum in cauſa. poſitum quid operetur
attendimus : tunc in eo uitia poſſũus
inuenire. Itaque ipſum genus argu-
mentationis duobus modis uitioſum
eſt. Cum aut ĩ ipſo uitium erit aut cũ
id quod inſtituit non accommoda-
bitur. in ipſo uitium eſſe quattuorde
cim modis poſſumus inuenire. Dein
de non accommodari ad id quod in
ſtituit duodecim modis poſſumus d
prehendere. Q uæ omnia Cice. par-
tim: quia aperta ſunt ſolis propoſitio
nibus partim quia obſcuriora ſunt ẽt
excplis propoſuit & explicauit. Nos
eadem perſequi ĩmo repetere longũ
ac ſuperfluum eſt. Q uartus modus
erat reprehenſionis. per quem cõtra
firmam aduerſarii argumẽtationem
æque firma aut firmior põitur. Q ua
re reprehenſio pertenuis eſt & defe-
ctis omnibus extrema neceſſitate po-
nenda. Nam & ſumpta uera eſſe con
cedimus & concluſionem recte habi
tam fatemur & ipſum genus argumẽ
tationis uitioſum non eſſe concedi-
mus. Sed contra firmam aduerſarii:
argumentationem nos quoniam ni-
hil poſſumus reprehendere aliam ar
gumẽtationem æque firmam. aut fir
miorem proponimus. Verum hoc ĩ
deliberatiuo genere cãæ uſu pucit. cũ
aut utile aliqd aduerſario cõcedimus
ſed nos aut utilius aut honeſti us aliqd
demonſtramus. aut honeſtũ aliqd ad
uerſario cõcedimus Sed nos hõeſtius
aliqd aut neceſſarium eẽ mõſtramus

aũt pecuniã neglexit: nõ igitur ſapiens fuit: Cõe
eſt quod nihilo magis ab aduerſariis quã a nobis
facit hoc mõ. iccirco iudices quia uerã cãm habe
bã breui peroraui. Vulgare eſt qđ i aliã quoque
rẽ nõ pbabilẽ. ſi nõ cõceſſũ ſit tranſferri poſſit. ut
hoc mõ ſi uerã cãm nõ haberet: ſi uobis iudices ñ
cõmiſiſſet. Leue eſt. qđ aut poſt tempus dicit hoc
mõ ſi in mentẽ ueniſſet nõ cõmiſiſſet aut per ſpi-
cue rem turpẽ leui tegere uult defenſiõe: Cum te
expectabãt omnes florentiſſimo regno reliq nũc
deſertũ ab oib9 ſummo periculo ſolus: ut reſtitu
am paro. Remotum eſt quod ultra quam ſatis eſt
petitur huiuſmodi. Q uod ſi non. P. Scipio Cor-
neliam filiam Tyberio Graccho collocaſſet: at-
que ex ea duos filios gracchos procreaſſet tantæ
ſeditiones natæ: non eſſent. Q uare hoc incom-
modum Scipioni aſcribendum uidetur. Huiuſ
modi eſt illa quoque conquæſtio. Vtinam ne in
nemore pelio ſecuribus cæſæ accidiſſent ad terrã
trabes. Longius enim repetita eſt. quam res poſtu
labat. Mala diffinitio eſt: cum aut communia de
ſcribit hoc modo. Seditioſus eſt is qui malus eſt:
aut inutilis eius eſt. Nam hoc non magis ſedi-
tioſi quam calumniatoris. quam ambitioſi: quam
alicuius improbi hominis uim deſcribit. aut fal
ſum quiddam dicit hoc pacto. Sapientia eſt pecu
niæ querende intelligentia. aut aliquid non graue
nec magnum continens, ſic ſtultitia ẽ immẽſa glo
rie cupiditas. Eſt hec quidem ſtultitia. ſed ex parte
quadam non ex omni genere diffinita. Controuer
ſum ẽ in quo ad dubium demonſtrandum dubia
cauſa affertur hoc modo. Eho tu dii quibus ẽ po
teſtas motus ſuperum atque inferum : pacem in
ter ſe conciliant conferunt concordiam. Perſpicu
um eſt: de quo non eſt controuerſia. ut ſi quis cũ
Oreſtem accuſet planum faciat ab eo matrem eẽ
occiſam. Non conceſſum eſt. cum id quod agi
tur in controuerſia: eſt ut ſi quis cum Vlyxem ac
cuſes in hoc maxime commoretur: indignum eẽ
ab homine ignauiſſimo uirum fortiſſimum.
Aiacem eſſe necatum. Turpe eſt quod aut eo lo
co in quo dicetur aut homine. qui dicat. aut eo
tempore quo dicitur: aut his qui audiunt. Aut
ea re: de qua agitur indignum propter in hone-
ſtum uidetur. Offenſum eſt quod eorum qui:
audiunt uolũtatem ledit: ut ſi quis apud equites

Romanos cupidius iudicandi. Scipionis legem agrariā laudet. Contrarium eſt quod contra ea dicitur. que hi qui audiūt fecerunt: ut ſi quis apud Alexandrum macedonē dicens contra aliquē urbis expugnatorē diceret nihil eē crudeliꝰ quā urbes diruere. cū ipſe Alexāder thebas diruiſſet. incōſtans eſt quod ab eodem de eadē re diuerſe dicitur ut ſi q cū dixerit qui uirtutem habeat eū nullus rei ad bene uiuēdum idigere. neget aūt poſtea ſine bōa ualitudie poſſe uiuere. aut ſe amico adeē pp beniuolētiam ſperare tamē aliqd cōmodi ad ſe puēturum aduerſum ē quod ipſi cāæ aliqua ex parte officit. ut ſi qs hoſtiū uim & copias: & fœlicitatē augeat cū ad pugnādū milites adhortet. Si n̄ ad id qd iſtituit accōmodabit aliqua pars argum̄tationis horū aliquo in uitio reperietur. Si plura pollicitus pauciora demōſtrabit: aut ſi cum totū debebit oſtēdere de parte aliqua loquat hoc mō: Mulierū genus auarꝫ ē. Nā Eriphila auro uiri uitam uēdidit. Aut ſi n̄ id qd accuſabit defendet ut ſi qs cū ambitus accuſabit māu ſe forte eē defendet ut Amphiō apud Euripidē. itē apud Pacuuiū q uituperata muſica ſapiētiā laudat. Aut ſi res ex uitio hominis uituperabit ut ſi qs doctrinā ex aliciuꝰ docti uitiis reprehēdat. aut ſi q cū aliquē uolet laudare de fœlicitate eiꝰ nō de uirtute dicat aut ſi rem cū re ita cōparabit: ut alterā ſe n̄ putet laudare niſi alterā uituperarit Aut ſi alterā ita laudet ut alteriꝰ nō faciat mentionē. ut ſi qs cū aliq deliberēt bellū gerat an nō. Pacem laudēt oīo n̄ illd bellū inutile eē demōſtret. Aut ſi cū de certa re qret. de cōi inſtituet oratio. Aut ſi rō alicuiꝰ rei reddet falſa hoc mō: Pecuniam habere bonū eſſe. propterea qd ea maxime uitam beatā efficiat Aut ſi i firma ut Plautꝰ. Amicū caſtigare ob meritam noxam immāe ē facinꝰ Verū in ætate utile & cōducibile. Nam ego amicū hodie meū n̄ caſtigabo pro commerita noxa. Aut eadē hoc mō: Maximū malū ē auaritia. Multos eni magnis icōmodis affecit pecūie cupiditas. Aut parū idōea hoc modo Maximū bonū ē amicitia. Plurie. n. delectatiōes ſūt i amicitia: Quartus modꝰ erat reprehēſiōis p quē cōtra firmā argum̄tatōem eque firma aut firmior pōitur. Hoc genꝰ in dlibetatōibꝰ maxie uerſabit. cū al i quid quod contradicatur equum eſſe concedimus. Sed id quod nos defendimus neceſ-

Verum nunc tranſit ad concluſionē idest ſextam eandemq extremam partem totius orationis. Quo loco Hermagoras digreſſionem ſuppōit: ideſt orationem in qua præter controuerſiam cauſæ aut laus noſtra aut aduerſarii uituperatio contineatur. aut quæ ad aliam rem trāſitum faciat. nō per argumentationem. ſed per amplificationem. Hanc Tullius non partem oratōis uult eē. ſed in omnibus oratōnis partibus inſertari ac ſubiici poſſe declaratur certis locis poſt rē aliquā probatam aut amplificationē aliquā ſubiicias: aut laudem. aut uituperationem itaq non digreſſionem ſexto loco. ſed concluſionem Tullius ponit.

Cõclusio est exitus & determinatio.
totius orationis. Conclusio est inquit
finis ac terminus orationis: sed totius
orationis nos epilogos accipiamus.
Huius conclusionis ptes sunt tres enu
meratio: indignatio cõquestio. Verũ
hoc distant. qđ indignatio & conque
stio tũ animos mouent diuerso tam
exitu. nũc uero iracundia contra ad
uersarios commouet. nũc misericor
dia circa nos. Enũciatio uero: & aĩos
mouet & fidem facit. nã cũ repetit q̃
dicta sunt fidem cũ uero oĩa coacer
uat & colligit aĩos mouet. Hæc enũe
ratio non semp uniformiter ea que di
cta sunt. colligere debebit. Nec cũ odio
si in. tũ etiam quod maxime contra
rium ẽ fieri uideatur ex arte. itaq; su
pra dictorum repetitio uitanda ẽ. Va
riatur aũt mõis quattuor. si aut eas res
quas ante dixisti breuiter perstringas
& colligas. quod quidẽ factũ facile ẽ.
aut si in memoriã audictium reuoces
quas partes in particiõe proposueris
& quibus rationibus unã quanq; par
tem confirmaris. aut si interroges iu
dices quid ãplius uelint cognoscere:
cũ hoc & hoc docuerimus cũ hoc &
hoc planũ fecerimus. Atq; hæc nunc
per nostrarũ argumentationẽ repeti
tionẽ uel confirmationẽ. Nũc etiam
aduersiorum argumentationum re
prehensionem: Deinde hæc ipa enu
merationum genera nõ semper a no
stra psona facienda sũt. sed nũc a nr̃a
supposita. nũc a re. a nostra psõa quẽ
admodũ accipiat orationẽ in prõptu
est. Suppositæ autem persone accom
modatur oratio. si dicas. nam si legis
scriptor assistat. & quærat a nobis.
quid dubitetis quid possetis dicere cũ
uobis hoc & hoc sit demonstratum:

sariũ esse demonstramꝰ. Aut cũ id qđ illi defen
dant utile esse fateamur. Q đ nos dicamꝰ honestũ
esse demõstremꝰ. Ac de reprehensione qdem hæc
existimauimꝰ esse dicenda. Dei iceps nũc de con
clusione dicemus Hermagoras ãt digressionem:
deinde postremã cõclusionem ponit: in hac aũt di
gressione ille putat oportere q̃dam iferri orationẽ
a cã atq; a iudicatõe ipsa remotã: quæ aut sui lau
dem: aut aduersarii uituperationem cõtineat: aut
in aliã cãm deducat ex q̃ conficiat aliqd cõfirma
tõis: aut rephensionis nõ argumẽtando. sed augẽ
do p q̃dam amplificatõem: Hãc si q̃s partẽ putat
eẽ orationis seq̃t licebit. Nã & augendi & laudan
di: & uituperãdi & precepta a nobis parti data sũt
ptim suo loco dabũt. Nobis aũt hoc placuit hãc
ptẽ in nũero reponi: q de cã digredi nisi p locũ co
munẽ displicet. Q uo de genere posteriꝰ ẽ dicẽdũ
Laudes aũt & uituperationes non separatim pla
cet tractari: sed in ipsis argumentationibꝰ eẽ ipli
catas. Nũc de cõclusiõe dicemꝰ Cõclusio ẽ exitꝰ
& determinatio totiꝰ oratõis: hæc habet ptes tres
enũerationem. indignationem conq̃stiõem. enũe
ratio est per q̃ res disperse & diffuse dicte unũ in
locũ cogũt: & reminiscẽdi cã unũ sub aspectum
subiiciũt. hoc si semper eodẽ hoc mõ tractabit p
spicue ab oibꝰ artificiõ quodã tractari itelligit. Si
uarie & societatem. & hãc suspitionẽ uitare pote
rũt. Q uare tũ oportebit ita facere ut pleriq; faci
unt pp facilitatem singulari unãquãq; rem attin
ger: & ita oẽs trãsire breuiter argumentatões: tũ
ãt id qđ difficiliꝰ est dicere. quas ptes exposueris
i ptitõe de qbꝰ te pollicitꝰ sis dicturũ & reducere
i memoriã qbus ratõibus unãquãq; ptẽ cõfirma
ris: tũ ab his q̃ audiũt quærere qđ sit qđ sibi uel
le debeãt demõstrari hoc modo. illud docuimus.
Hoc planã fecimꝰ ita simul & in memoriam redi
bit auditor & putabit nihil esse p̃terea qđ debeat
desiderare atq; in his generibꝰ aut ante dictũ est:
tũ tuas argumentatões trãsire separati. tñ id qđ
artificiosiꝰ est cũ tuis argumẽtatões contrariã cõ
iungere. & cũ tuas dixeris argumentatiões: tũ cõ
tra eas qđ afferet quemadmodũ dilueris ostende
re. ita per breue comparatiõem auditoris memo
ria & de confirmatione & de reprehensione reinte
grabitur. Atq; hoc aliis actionis quoq; modis ua
riare oportebit. Nã ex tua persona tũ enumerare

poſſis ut q̄d & quo quicqꝫ loco dixeris admoneas
tū uero pſonā aut rem aliq̄ indicere: & enūeratio
nē rei totam attribuere. Perſonā hoc modo. Nam
ſi legis ſcriptor exiſtat & querat ſic id a uobis qd
dubitetis qd poſcatis dicēdū nobis cū hoc & hoc
ſit uobis demōſtratū: Atqꝫ hoc itē ut in noſtra p/
ſona licebit alias ſigillati tranſire oēs argumtatō
nes alias ad partitōes ſingula genera referre. alias
ab auditore quid deſideret querere. alias hec face
re per cōparationē ſuarū & cōtrariarū argumtatō
nū. Res aūt iducet̃ ſi alicui rei huiuſmodi legi lo
co ut urbi: mōimento attribuet̃ oratio p enumera
tionē hoc pacto. Q uod ſi leges loq poſſent nōne
apud uos quererent̃. Q uidā amplius iudices de
ſideratis cum uobis hoc & hoc planū factū ſit. in
hoc quoqꝫ genere oibꝰ eiſdē modis uti licebit: cō
mune aūt preceptū hoc datur ad enumerationem
ut ex unaquaqꝫ argumētatōe: qm̄ tota iterū dici
nō pōt: id eligat̃ qd erit grauiſſimū. & unūquod
qꝫ q̄ breuiſſime trāſeat̃ ut memoria non oratio re
nouata uideatur. indignatio ē oratō. p q̄ cōficitur
ut in aliquē hoiem magnū hodiū, aut i rē grauis
offenſio cōcitet̃. in hoc genere illud primum itel
ligi uolumꝰ poſſe oibꝰ ex locis. his quos icōfirmā
ter preceptione poſſumus tractare indignationē.
Nā ex his rebꝰ que perſonis: aut negociis attribu
te ſunt, queuis amplificationes naſci poſſunt. ſed
tamē ea que ſeparatim de indignatōe precepti poſ
ſunt cōſideremus. Primꝰ locus ſumit ab auctori/
tate cū memoramus q̄te curæ res ea fuerit diis im
mortalibus aut eis quorū auctoritas grauiſſima
debeat eē qui locꝰ ſumit̃ ex ſortibꝰ oraculis uati
bus. oſtētis. prodigiis: reſponſis. ſimilibꝰ rebus.
Itē ex maioribꝰ noſtris. regibus: ciuitatibꝰ genti
bus. hoibus ſapientiſſimis. ſenatu: populo legum
ſcriptoribus. Secūdꝰ locꝰ ē p quē illa res ad quos
ptineat cū amplificatōibus per idignationē oſten
ditur aut ad oēs. aut ad maiorē ptē. quod atrociſ
ſimū ē: aut ad ſuperiores: quales ſūt hi quorū ex
auctoritate indignatio ſumit̃ qđ indigniſſimū eſt
aut ad partes aio fortuna. corpore qđ iniquiſſimū
ē. aut ad iferiores. qđ ſupbiſſimū ē. Tertius locꝰ
ē. p quē querimꝰ qdnā ſit euēturū. ſi idē cæteri fa
ciāt. & ſiƚ oſtendimus: ſi cōceſſum ſit multoſ emu
los eiuſdē audacie futuros ex quo qd mali ſit euē
turū demonſtrabimus. Q uartus locꝰ eſt per quē

Rei etiam ſic accōmodatur oratio:
ſi aut lex. aut locus: aut urbs. aut mo/
numentū aliqd accipiat orationē per
enūerationē ſic. Q uod ſi leges loqui
poſſent. nōne hæc apud nos quære/
rentur. Q uid nā amplius deſiderariſ
iudices cū uobis hoc & hoc planū fa/
ctū ſit. Verū ēt in his enumerationi/
bus. quæ aut ſuppoſitæ pſone aut rei
dantur. ita ut ī noſtra perſona illa om
nia enumerationū genera uarianda
ſunt ut nūc ſingulatim ſingula noſtra
argumenta percurrant̃. nūc partitōis
promiſſio ſuis rōnibus exequenda ſit
nunc interrogatio. an iudices faciēda
nunc & noſtrarū & aduerſariorū ar/
gumentationum copulanda collatio
Commune aūt hoc erit in enume
ratione preceptum ut ex unaquaqꝫ ar
gumentatione quoniam tota nō pōt
recenſeri. unūquodqꝫ quod ualidum
eſt deligatur ut memoria remouetur
nō omnis reperatur oratio. indigna/
tio eſt oratio per quā conficitur. ut in
aliquē hominē magnum odiū aut ī rē
grauis offenſio concitetur. idignatio
& cōqueſtio tantūmodo motus exci/
tant ad iracundiam. uel odium. indi
gnatio ad iram. ad miſericordiā con
queſtio. Q uæ utraqꝫ hiſdem locis ſu
mi poterit. quibus argumētatio cun
cta conſiſtit. ideſt ex attributis perſo/
ne. & attributis negocio. ex his enī &
fides cōparatur & cumulus. Verū īdi
gnatio propria ueluti accuſatoris ē ut
iram in reū ſuſcitet. cōqueſtio autem
uelut propria defenſoris ē: ut in reum
ſuſcitet miſerationem. Sed cum indi
gnatio uel conqueſtio apud perſonas
agentiū proprietate preualeant. Vtrū
qꝫ tamen ab utroque faciendum.



[BIBL]IOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nam & accuſator iram in reum mi-
ſerationem uero per ſe ſuſcitare debet
& rurſus deſenſor miſerationē pro ſe
iram uero in accuſatorē ſuſcitare debe
bit. Hoc ita faciendū queadmodū ēt
ab utroq; & ꝓprie argumentatões cō
firmantur & aduerſariorū rephendū
tur. Verum cū indignatōi & cōqōni
iam dederit generale atq; cōe precep
tum quod ex attributis perſone uel ne
gocio ſumi poſſunt: Dat tamē ſingu
lis proprios locos. Indignationi quin
decim. Cōqueſtioni ſexdeci. nec nos
locorū ipſorū ordo' moueat quod in
quoſdā numeros ordināt. nulla & eī
ēt ipſo ordine rerū auxeſis eſt nullus.
gradus ad maius aut ad mīus. Sed ic
circo locis ipſis numerus datus eſt qa
melius & tenentur ſepe præcepta nul
lamq; recipiunt cōfuſionem ſi ad me
moriam nūerus collocetur. quāquā:
indignationis primū locū recte ſum-
pſerit ꝙ ex rebus oībus a numinibus
traxit exordiū. ſed ut diximus in hoc
locorū numero reꝝ ordinē nullo q̄ra
mus. ſed ex more māifeſtioris ꝑcepti
factū eē meminerimus. iam ipſi loci
diligenter iuſpicientibus manifeſti ſūt
ideſt res quæ præcipiūtur facile per-
ſpici poſſunt: illud tñ preceptū tenere
debemus ſiue in indignatione ſiue in
conqueſtione nos locis omnibus uti
non oportere: ſed his quos cā ſugge
rat. neq; his oībus. ſed quo ad iudicā
tium animi moueātur quod ſi ēt uno
aliquo loco factū uiderimus oratio-
nem continuo finire 'debemus. ita eī
uel lacrimæ dūincipiunt ac recentes:
ſūt plurimum ualent. Conqueſtio eſt
oratio auditorū miſericordiā captās
Diximus cōqōis opus hoc eē ut aīos
iudicātiū ad miſicordiā moueat huic
aut dat ꝓprios locos ſexdecī ī q̄bus ut
diximus ñ erit nobis reꝝ ordo q̄rēduſ

demōſtramꝰ multos alacres expectare qd ſtatuāt
ut ex eo qđ uni cōceſſū ſit ſibi quoq; tali de re qđ
liceat intelligere poſſint. Quintꝰ locus eſt ꝑ quē
oſtendimus cæteras ꝑperam conſtitutas ītellecta
ueritate cōmutatas corrigi poſſe: Hāc eē rem que
ſi ſemel ſit iudicata neq; alio iudicio cōmutari. ne
q; ulla pōt ante corrigi poſſe. Sextꝰ locuſ ē ꝑ quē
cōſulto. & de induſtria factū oſtēdit & illud adiū-
gitur uolūtario maleficio ueniā dari nō oportere.
īprudētie cōcedi nōnūq̄ conuenire. Septimus lo-
cus eſt ꝑ quē īdimur qđ tetrū crudele. nefariū ty
rānicū factū eſſe dicemꝰ ꝑ uim manū opulentam
quæ res ab legibꝰ ab equali iure remotiſſima ſit:
Octauꝰ locꝰ eſt ꝑ quē demōſtramꝰ non uulgare:
neq; factitatū eſſe neq; ab audaciſſimis quidē ho
minibꝰ id male factū de quo agit̄: atq; id a feris
hominibꝰ & a barbaris gentibꝰ & īmanibꝰ beſtiiſ
eē remotū. Hec erunt q̄ in parentes liberos: cōiu-
ges. cōſanguineos ſupplices crudeliter facta dicū
tur. & deīceps ſi qua proferāt̄ in maiores natu. in
hoſpites. ī uicinos: ī amicos ī eos qbꝰ cū uitā ege
ris in eos apud quos educatus ſis in eos a quibus
eruditꝰ ī miſeros mortuos: ī miſericordia dignos
ī hoīes claros nobiles. & honore uſos. in eos q ne
q; lædere aliū. uel defendere ſe potuerūt: ī pueros
ſenes. mulieres. quibꝰ ex oībus acriter excitata in
dignatio: ſummū ī eū qui uiolarit hoꝝ aliqd odiū
cōmouere poterit: Nonꝰ locꝰ eſt ꝑ quē cū aliis q̄
cōſtāt eē peccata. hoc de quo queſtio ē cōparatur
& ita ꝑ cōtentōem q̄to atrocius & īdigniꝰ ſit id de
quo agitur oſtendimꝰ. Decimꝰ locus ē ꝑ quē oīa
q̄ ī negocio gerēdo acta ſunt queq; poſt negociū
cōſecuta ſunt cū uniuſcuiuſq; indignatōe & crimi
natione colligimꝰ & res uerbis q̄ maxime an̄ ocu
los eius apud quē dr̄ ponimus: ut id qđ īdignum
eſt perinde illi uideat̄ indignū: ac ſi ipſe iterfu. rit:
ac preſens uiderit: Vndecimus locus eſt ꝑ quem
oſtendimꝰ ab eo factū ī quo minime oportuerit &
a quo ſi aliꝰ faceret prohiberi cōueniret. Duodeci
mus locus eſt ꝑ quem īdignamur qđ nobis hoc ꝑ
mū acciderit. nec alicui unq̄ uſu euenerit. Tertiꝰ
decimꝰ locus eſt ſi cū iniuria cōtumelia iūcta de-
mōſtrat̄ ꝑ quem locū in ſuperbiā & arrogantiam
odiū incitatur. Quartuſdecimꝰ. locꝰ eſt ꝑ quem
petimus ab his qui audiūt ut ad ſuas res noſtras
iniurias referāt ſi ad pueros pertinebit de. liberis

ſuis cogitent ſi ad mulieres de uxoribꝰ ſi ad ſenes de parentibus aut partibꝰ. Quintuſdecimꝰ eſt locus p quē dicimꝰ inimicis quoqꝫ & hoſtibus ea q nobis acciderint: indigna uideri ſolere & indignatio quæ his fere de locis grauiſſime ſumetur. Cōqueſtionis aūt huiuſmodi de rebus partes petere oportebit. Cōqueſtio ē oratio auditorū miſericordiā captās. in hac primū aium auditoris mitē & miſericordē cōficere oportet quo facilꝰ conqōne cōmoueri poſſit. id ex his lociſ cōibꝰ efficere oportebit. p quos uis fortune ī oēs & hominū īfirmitātes oſtēditur qua rōne habita grauiter & ſentētioſe maxīe demittitꝰ aius hoīum & ad miſericordiā cōpatꝰ. cū in alieno malo ſuā infirmitatem conſiderabit. Deinde primus locꝰ eſt miſericordie per quē prius qbus ī bonis fuerint & nūc per quem qbus in malis ſint oſtēditꝰ. Secūdus qui in tpa diſtribuitur. p quē quibꝰ ī malis fuerint. & ſint: & futuri ſint demōſtratꝰ. Tertiꝰ p quē unūquodqꝫ deploratꝰ īcōmodū ut in morte filii pueritiæ: delectatio: amor: ſpes. ſolatiū. educatio & ſiq̄ ſimili ī genere quolibet de īcōmodo p cōqueſtionem dici potuerūt. Quartꝰ ē p quē res turpes & humiles. & illiberales pferūtꝰ & īdigne etate. genere. fortuna: priſtino honore. beneficiis quas paſſi ppeſſiue ſint. Quintꝰ ē p quē oīa añ oculos ſingulatī īcōmoda ponētꝰ ut uideatur his qui audiet uidere & re quoqꝫ ipſa quaſi adſit non uerbi ſolū ad miſericordiam ducatꝰ. Sextꝰ p quē pter ſpē in miſeriis demōſtratꝰ eē. ut cū aliqd expectaret. non modo id nō adeptū eē. ſed in miſerias ſummas incidiſſe. Septimꝰ per quē ad ipſos qui audiūt ſimilem caſū conuertimꝰ & petimꝰ ut de ſuis liberis. aut parentibꝰ: aut aliquo q̄ illis carꝰ debeat eē nos cum uideantur recordētꝰ. Octauꝰ p quē aliqd dicitur eē factū qd nō oportuerit. aut nō factum qd oportuerit hec modo. nō affui. nō uidi. nō poſtremam eius uocē audiui. nō extremū eiꝰ. ſpiritū excæpi. itē in manibꝰ inimicorū mortuꝰ ē hoſtili in terra turpiter iacuit. inſepultus a feris diu uexatus cōi quoqꝫ honore in morte caruit. Nonus p quē oratio ad mutas & exptes res ai refertꝰ ut ſi equū. domū. ueſtē: ſermonē alicuius accōmodes. qbuſ animus eorū. q audiūt & aliquē dixerūt uehemēter cōmouetꝰ. Decimus p quē inopia. īfirmitas. ſolitudo demōſtratꝰ. Vndecimuſ p quem liberoꝝ aut

Sed quicunqꝫ locus. ad miſericordiā efficiendā pro negocii qualitate ſumēdus. Hec ſcire debemus eē multos cōmunes locos & indignationi & conqueſtioni. & recte. Neqꝫ enim iudex poteſt nobis prebere miſericordiā niſi irā aduerſariorum conſequantꝰ. aut naſci poterit aduerſario niſi ī hoc ipſo nobis animū prebeat miſericordem

Rotoniate quondã cum
floreret oibus copiis & i
c Italia cũ in primis beati
numerarentur templũ iu
nonis: quod religiosissi
me colebant egregiis pi
cturis locupletare uoluerunt. Omnis
prefatio quasi similitudo est añ id qđ
dicturi sumus. ita in ea semper simili
tudo captanda est quanquam sepe ad
hoc deducitur ut similitudo tollatur.
unde siue futura similitudo est. siue ñ
in eo ad quod præfatio preparat ani
maduertendum semper est utrũ etiã
tota similitudo prefationis pareat an i
partibus an in parte. frequenter enim
cuncta conueniunt. frequenter diuer
sis in prefatione positis cũ ea re ad ꝗ
ꝓfatio ducitur quedam in prefatione
similitudo confertur hic ad quod du
citur prefatio. illud est ex multis artiũ
scriptoribus electa multa & ad unam
quam scripsit artem quo pulchrior re
deretur precepta ex multis multa col
lecta. huic igitur rei prefatio silla est.
zeusin pictorẽ nobilẽ. Helenæ simu-
lacrum pinxisse. sed cum cõductis &
in unum uocatis quinqȝ uirginibus qc
quid esset pulcherrimum delegisse.
hoc ut perspici licet i summa conuenit
quia hic & ille multa de multis. Ve-
rũ prefert. Tullius opus suum quod
magis multa ipse siquidem preteriti
tpis scriptores & presentis in iudicio
habuit: & non unius ciuitatis nec uni
us linguæ. Quippe cum & græcos:
& latinos. At uero zeusis ex una ciui
tate & ipsius temporis eligẽdi habuit
facultatem. Crotoniatæ quõdã cum
florerent. si partibus cõductis tota cõ
ueniunt pulcra semper & precipua ꝓ
fatio esse dicet. Crotoniatæ romane
sunt cũ florerent omnibus copiis ro-
manis cõuenit. itẽ cõuenit & in italia
cum in primis beati numerarent. iu-
nonis uero templũ ꝙ locupletare egre
giis picturis uoluerũt. Sic & eloquen
tiæ uel facundiæ templum.

parentum. aut sui corporis sepeliendi: aut alicuꝰ
rei eiusmodi cõmendatio fit. Duodecimus ꝑ quẽ
disiunctio deploratur ab aliquo. cum deducaris
ab eo qui cum libentissime uixeris. ut a parẽte ut
a filio: ut a fratre: ut a familiari. Tertiusdecimus
per quẽ cum indignatione cõquerimur. quod ab
his a quibus nõ conueniant male tractemur: pro
pinquis amicis: quibus benefecerimus: quos au-
ditores fore putaremus: at a quibus indignum ẽ
ut seruis libertis. clientibus: supplicibus. Quar
tusdecimus: q ꝑ obsecrationẽ sumitur in quo orã
tur mõ illi q audiũt humili & supplici oratiõe ut
misereatur. Quintusdecimus ꝑ quẽ nõ nostras:
sed eorum qui nobis cari debet ẽe fortũas cõque
ri nos demõstramus. Sextusdecimꝰ est ꝑ quẽ ani
mũ nostrũ in alios misericordẽ esse ostendimꝰ &
tamen amplũ & excelsum & icõmodorũ pacientẽ
esse & futurũ si qđ acciderit demonstramus nã se
pe uirtꝰ & magnificentia i qua grauitas & aucto
ritas est plꝰ proficit ad misericordiã cõmouendã ꝙ̃
hũilitas & obsecratio. Cõmotis aũt aĩs diutius in
cõquestiõe morari nõ oportebit. queadmodũ.n.
dixit rhetor Appoloniꝰ lachria nihil citiꝰ arescit.
Sed qm̃ satis uidemur de oibꝰ ptibꝰ orationis di
xisse. & huius uolũinis magnitudo lõgius proces
sit: que sequũtur deinceps in secũdo lib. dicemus

Explicit lib. primꝰ. Incipit. lib. secũdꝰ.

Rotoniatæ quondã cũ florerent
c oibꝰ copiis & in Italia cũ i primis
beati numerarent. templũ iunõis
quod religiosissime colebãt egre-
giis picturis locupletare uoluerũt
itaqȝ Eracleotẽ zeusin quintũ longe ceteris excel
lere pictoribꝰ existimabat magno precio adhibue
rũt conductũ. Is & ceteras ꝙ̃ plures tabulas pixit
quarũ nõnulla pars usqȝ nostrã ad memoriam ꝓꝑ
fani religionẽ remãsit: & excellentẽ muliebris for
me pulchritudinẽ muta i sese mago cõtineret He
lenæ se pingere uelle simulachrũ dixit quod Cro
toniate qui eũ in corpore muliebri pingendo plu
rimũ aliis prestare sepe accepissent libenter audi-
uerunt. putauerũt.n. si quo in genere plurimum
posset i eo magnopere elaborasset egregiũ sibi opꝰ
in fano illo relictũ. neqȝ tñ eos illa opinio fefellit.
Nam Zeusis ilico quæsiuit an his quasnã uirgi
nes formosas haberent. Illi ãt statim hominẽ de-

duxerunt in paleſtram:atq; ei pueros oſtenderũt
multos magna præditos dignitate. Etenim quo/
dam tempore. Crotoniatæ multum omnib⁹ cor
poris uiribus & dignitatibus ante ſteterunt:atq;
honeſtiſſimas: e gymnico certamine uictorias
domum cum laude maxima rettullerunt. Cum
puerorũ igit̃ formas & corpora magno hic ope/
re miraret̃. Horum inquiunt illi ſorores ſũt apd
nos uirgines. qua re qua ſint illæ dignitate potes
ex his ſuſpicari. Prebete igitur mihi inquit quæ
ſo ex iſtis uirginibus formoſiſſimas: dum pingo
id quod pollicitus ſum uobis ut mutum in ſimu
lacrum ex animali exemplo ueritas transferatur.
Tunc crotoniatæ publico de conſilio uirgines lo
cum in unum conduxerunt & pictori quas uel/
let eligendi poteſtatem dederunt. Ille autẽ quin
que uirgines delegit quarum nomina multi poe
te memorię tradiderunt quod eius eſſent iudicio
probatæ: qui pulchritudinis habere ueriſſimum
indicium debuiſſet. Neq; .n. putauit omnia que
quereret ad uetuſtatem uno in corpore ſe reperir̃
poſſe. Ideo quod nihil ſimplici in genere ex parte
perfectum naturã expolluit. Itaque tanq̃ ceteris
non ſit habitura quod largiatur: ſi uni cuncta
conceſſerit aliud alii cõmodi aliquo adiũcto incõ
modo numeratur. qnod quoniam nobis uolun/
tatis accidit: ut artem dicendi perſcriberemus ñ
unum aliqd propoſuimus exemplũ cuius omneſ
partes quocunq; eſſent in genere ſiue in iudicia/
li: ſiue in demonſtratiuo deliberatiuo exprimen/
de nobis neceſſarie uiderentur. Sed omnib⁹ unũ
in locũ coactis ſcriptoribus qd quiſq; cõmodiſ
ſime pcipere uidebat̃ excerpſimus: & ex uariis i
geniis excelentiſſimã queq; libauim⁹: ex his .n.
qui noĩe & memoria digni ſunt nec nihil optime
nec oĩa: pclariſſime quibuſdã nobis dicere uide/
bat̃. qua pp ſtultitia uiſa ẽ aut a bene iuentis ali
cuius recedere: ſi quo in uitio eius offenderemur
aut ad uitia quoq; eius accedere: cuiuſ aliquo be
ne pcepto duceremur. qd ſi in ceteris quoq; ſtu
diis a multis eligere hoĩes cõmodiſſimũ qdq; q̃
ſe ſe uni alicui certo mallent adiſcere min⁹ i arro
gantiã offenderẽt nõ tãtopere i uitiis pſeuerarẽt
aliqto leui⁹ ex iſcitia laborarẽt: Ac ſi par i nobis
hui⁹ artis atq; i illo picture ſcietia fuiſſet fortaſſe
hoc magis i ſuo genere op⁹ noſtrũ quã ille in una
pictura nobilis eniteret. Ex maior .n. copia nobis

Zeuſis & Tullius cũ multã dicẽdi ge
nera ſint: ut iter picturas multas He/
lena ita iter cæteras dictiones eminet
ſp oratoria & ut zeuſis i pingẽdis fœ
mineis uultibus ſũmus ita ĩ oratiõib⁹
Tullius pinxit zeuſis multa quæ uſ/
que ad noſtrã memoriã manẽt ſæcu
la poſteriora tenẽt qcqd pinxit oratio
tulliana zeuſis Helenæ ſe ſimulacrũ
pingere uelle dixit nõ .n. i helenã ſed
ſimulacꝝ fuerat traditurus: ita Tulli
us ſcribẽdo artes nõ oratiões: nõ ipſã
eloquẽtiã: ſed ſimulacrũ eloquẽtiæ
fuerat traditurus. Hoc cõuẽit. & illa
ſentẽtia: qd ex aĩali excẽplo mutꝝ i ſi/
mulacꝝ ueritas trãſferebat̃. Multũ ei
ſimulacꝝ eloquẽtie ars eius. Ipſa aũt
eloquẽtia quaſi aĩal: ita per partes po
terit ei rei ad quã confert̃ pfactio cõ
uenire: relicto eo qd poſtea præponi
tur qd cũ Tullius ex oĩbus multa q̃ſi
erit & oĩ tpe zeuſis ex una ciuitate &
uno tẽpore comparauit. Ac ſi par in
nobis finito præfationis unõ genere

ſimilitudinis.ſ.nūc ꝑlationē q̄ ēt ipſa ī ꝑfatiōe faciēda ē:īcipit dicer̄ exēplorū eligēdi ptās.iō hoc opus eē poſſe melius pricipe illo atq; īuētore tiſia.

Corax & tiſia artes primi oratorias apđ græcos ſcripſiſſe dicūt ſicut & ipſe cuius īſtituta ſeq̄bāt fecerat:gloria xenocrates philoſophi motus Ariſtoteles philoſophiā execrcuit. Gloria iſecratis motus rhetoricæ ꝑcepta cōſcripſit. Artis ſibi curā aſſumebat. Voluit.n.ariſtoteles pp iſocratē cum philoſophus eēt ēt ꝑcepta diſcēdi tradere.alteꝝ cōi hoīum īfirmitati alterū ſiugulari nō ītelligere oīum poteſt eē & ē uitiū commune. Singulare uitium eſt ut cum non intelligat in eo quaſi intelligat perſeueraret.

quam illi fuit exemplorū eligendi poteſtas. Ille una ex urbe & ex eo nūero uirginū quę tum erāt eligere potui:.Nobis omnium quæcunque fuerunt ab ultimo principio huius præceptionis uſque ad hoc tempus expoſitis copiis ,quodcunq; placeret eligendi poteſtas fuit ac ueteres quidem ſcriptores huius artis uſque ab principe illo:atq; inuentore tiſia repetitos unum in locum conduxit. Ariſtoteles & nominati cuiuſque præcepta magna conquiſita cura perſpicue:conſcripſit. atque enodate & diligenter expoſuit:ac tantum inuentoribus ipſi ſuauitate & breuitate dicendi ꝑſtitit ut nemo illorum pręcepta ex ipſorum libriſ cognoſcat: ſed omnes qui quod illi precipiant uelint intelligere ad hunc quaſi ad quendam multo cōmodiorem explicatorem reuertatur . atque hic q̄dē & ip̄e ſeſe ipſū nobiſ & eos q añ ſe fuerāt ī medio poſuit ut & ceteros & ſeipſū ꝑ ſe cognoſceremus. Ab hoc āt q ꝓfecti ſunt quāq̄ ī maximiſ philoſophie ptibꝰ ope primū cōſumpſerūt ſicut & ipſe:cuius īſtituta ſequebanť fecerat tam̄ ꝑ multa nobis precepta dicēdi relinquerunt atq; alii quoque alio ex fonte preceptores dicēdi emanauerūt.qui itē ꝑ multū ad dicendū ſiquid ars ꝓficit opitulati ſunt:nā fuit tpe eodē quo ariſtoteles magnus & nobilis rhetor Iſocrates cuius ipſius quē cōſtat eē artē nō īuenimꝰ diſcipulorū āt atque eorū qui protinus ab hac ſunt diſciplina ꝓfecti:multa de arte precepta repimus ex his duabus diuerſis ſicuti familiis quaꝝ altera cū uerſareť ī philoſophia nō ulla rethorice quoq; artis ſibi curā aſſumebat.altera uero omni ī dicēdi erat ſtudio & preceptiōe occupata unū quoddā ē cōflatū genꝰa poſterioribꝰ qui ab utriſque ea que cōmode dici uidebāť ī ſuas artes cōtulerūt quos ipſos ſimul:atque ſupiores nos nobis oēs quod facultas tulit ꝓpoſuimꝰ.Et ex noſtro quoque non nihil ī cōe contulimꝰ. Quod ſi ea:que ī his libris exponuntur tantopere eligēda fuerunt quanto ſtudio electa ſunt profecto neque nos neque alios induſtrie noſtre pœnitebit. Sinautē temere al quid alicuius ꝑteriſſe aut nō ſatis elegāter ſecuti uidebimur:docti ab aliquo facile & libēter ſentētiā cōmitabimꝰ.Nō.n.parum cognoſcere:ſed ī paꝝ cognito ſtulte & diu ꝑſeueraſſe turpe ē:propterea qđ alteꝝ cōi hominum infirmari alterū ſingulari uniuſcuiuſq; uitio attributum

eſt.quare nos quidem ſine affirmatiõe ſimul que
rentes dubitanter unũquodq; dicemus nedũ hoc
paruulum ſequimur:ut ſatis hoc commodo per
ſcripſiſſe uideamur:illud amittamus quod maxi
mum eſt:ut ne cui rei temere:atq; arroganter aſ/
ſenſerimus. Verum hoc quidem nos & in hoc tẽ
pore:& in omni uita ſtudioſe:quo ad facultas fe
ret conſequemur. Nunc autem ne lõgius oratio
progreſſa uideatur:de reliquis quæ præcipienda
uidentur eſſe dicemus. Igitur primus liber expo
ſito genere hui⁹ artis & officio:& fine & materia
& partibus genera controuerſiarum & inuentio/
nes & iudicationes continebat. Deide partes ora
tionis & in eas omnes omnia præcepta. quare cũ
in eo cęteris de rebus diſtinctius dictũ ſit. diſper
ſe aũt de confirmatione & repræhenſione : nunc
certos confirmandi & reprehendendi i ſingula cã
rum genera locos tradẽdos arbitramur. Et quia
quo pacto tractari conueniret argumentationes
in libro primo non indiligenter expoſitũ eſt. hic
tantum ipſa inuenta unamquãq; rem exponetur
ſimpliciter ſine ut ulla exornatione ut ex hoc in/
uenta ipſa ex ſuperiore autem expolitio inuento/
rum petatur. quare hæc quę nũc precipientur ad
confirmationem omnis & reprehenſionis partes
referre oportebit. Omnis demonſtratiua & deli
beratiua & iudicialis cauſa:neceſſe eſt in aliquo
eorum que ante expoſita ſunt conſtitutionis ge
nere uno pluribuſq; uerſetur:hoc quãquã ita ẽ
tamen cum cõmuniter quedam de omnibus pre
cipi poſſint ſeperatim quoque alie ſunt cuiuſq;
generis diuerſe preceptiones. Aliud enim laus
aut uituperatio. Aliud ſententie dictio:aliud ac
cuſatio aut recuſatio conficere debet. In iudiciis
quid equum ſit queritur. In demonſtrationibus
qd honeſtũ. In deliberatiõib⁹ ut nos arbitramur
qd honeſtũ ſit:& qd utile. nã ceteri utilitatis mõ
finẽ i ſuadẽdo & i diſſuadẽdo expõi oportet arbi
trati ſũt quoꝝ igr̃ generꝝ fines & exit⁹ diuerſi ſũt
eoꝝ pcepta eadẽ eẽ nõ pñt. Neq; nũc hec dicius
ñ eaſdẽ icider cõſtitutiões. Verũtñ oratio quedã
ex ipo fine & genere cãe naſcit que ptineat ad al
cuius uite demõſtratiõem:aut ad ſentẽtie dictio
nẽ. quare nũc i expõendis cõtrouerſiis i iudicial
genere cãꝝ & preceptorũ uerſabimur. Ex quo
pleraque in cetera quoque cãꝝ genera ſimili in

Dedit.n.pceptũ quõ i oi cãꝝ genere
argumẽtãdũ ſit. Ergo nũc ad ſpẽs ap
plicata argumẽtatiõe dictuꝝ ſe poli/
cet.ita tñ ut nõ de expolitiõe argumẽ
tatiõis q̃ i prio pleniſſime tractata eſt
ſed de argumẽtis loquat̃ i uno quoq;
genere cãꝝ.i.in cõiectura ſine q̃litate
trãſlatiõe:& cæteris hic icidẽtib⁹. &
põit qdem hoc eẽ cõtẽtus ut ſpeciali/
ter de cõſtitutiõib⁹ diceret i quocũq;
genere cãꝝ q̃ eẽnt cõfirmãdi pcepta:
q̃ rephendẽdi. Veꝝ qm̃ ipa quoq; ge
nera cãꝝ pp ſuos fines diuerſos diuer
ſa pcepta deſiderãt cũ iudicialis hẽat
æq̃tatẽ demõſtratio honeſtatẽ delibe
ratio honeſtatẽ:& utilitatẽ cõfirman
di:& rephẽdẽdi pcepta q̃ ſũt i cõſtitu
tiões ſingulas diuiſit i iudiciali genere
cãꝝ i poſtrẽa libri pte de deliberatõe
& demõſtratiõe pp fines pprios ali/
quot tractaturus expoſito genere.qđ
eloquẽtia magna & ãpla ps eſt ciuilis
cuiuſdã q̃ſtiõis.Officiũ eius artis ẽ di
cere appoſitæ ad pſuadẽdũ.Finis pſu
adere dictiõe.Materia q̃
Nõ ãt oĩa ut uoluit Gorgias leõtinus
aut etiam
ut uoluit Hermagoras ptib⁹ iuẽtio di
ſpoſitio:elocutio:memoria pnũtia/
tio genera cõtrouerſiarũ.i.genera cã
rũ iudiciale deliberatiuũ demõſtrat i
uum iuẽtões nã de qnq; ptib⁹ oratõis
ſolã iuẽtionẽ tractat deide ptes orati
onis exordiũ narrationẽ rephẽſionẽ:
cõcluſionẽ quo pacto tractari cõueni
rẽt argumẽtatiões ſylogiſmũ: & idu
ctionẽ hic tm̃ ipſa iuẽta.i.argumen/
ta ipſa non expolitionem aut ſenten/
tiæ dictionem.Conſtitutiones om/
nes i iudiciali genere cãꝝ tractabũt.

Nūc ab cōiecturali cōſtitutione proficiſcamur cuius exemplū ſit hoc expoſitū. Secūdus liber cōfir-
mationē & reprehēſionē ipſis cōſtitutionibus applicauit cū primus liber generaliter ocm materiā
omnibus dederit. Ac prīo de cōiectura proponit exēplum nō ipſum exēplū tractaturus: quoniam
in exēplo nō oīa ineſſe poſſunt quæ cadūt in coniecturā. Oīa enim exēpla quæ in coniectura ueni
unt uel uenire pñt ꝑcipiēda fuerāt. In argumētis ergo de cōiectura erit ꝑceptio. qa exinde in thema
qđlibet cōiecturale qđ neceſſariū fuerit facile poterit deuocari. hoc aūt fieri a Tullio itelligamus
etiā in omnibus conſtitutiōibus ut exē
plū cuiuſlibet conſtitutionis det non
tamē ipſum tractet exēplū propoſito
itaqꝫ exemplo coniecturali ſecūdum
præcepta primi libri docet quæ ſit in
tentio: quæ depulſio ex quibus duo-
bus quæ ſit conſtitutio: deīde admo
net ꝙ in coniectura non conceditur
eademqꝫ quæ quæſtio eſt ipſa indica
tio. Occiderit: n e in coniectura. n. fa
ctum non conceditur unde non po-
teſt ex deductione rationis & refutati
one naſci poſt quæſtionem primam
alia quæſtio quæ dicitur iudicatio.
Subiungit poſt admonitionē dare ſe
ꝑcepta huic cōſtitutiōi & argumētorꝫ
locos oēs cōiecturæ cōuenietes ex qui
bus in qualibet coniecturam qui ne-
ceſſarii fuerunt deuocabuntur.
Sunt igitur coniecturæ loci hi prin
cipales. A cauſa a perſona: a facto. A
cauſa eſt quamobrem fiat aliquid: &
quæ parit uoluntatem. De cauſa eni
loquitur hominis non rei qua cauſa
uolumus probare ꝙ uoluit facere is
cui intenditur factum perſona autem
omnis ille ē q feciſſe dicitur: hoc eſt
illa ex omni uita per attributa perſo-
nis ſumpta approbatio ad id quod in
tenditur factum. At uero a facto pro
bationes habebunt facta illa omnia
quæ probant factum illud unde iudi
cium eſt: nam factum tria ſignificat.
Eſt factum & illud quod intenditur
ipſum illud quod dicitur occidiſti.
Eſt factum tertium hoc ꝙ tribuit ar-
gumentum ad factum illud: unde iu
dicium eſt: ut tranſiſti clamaſti quibꝰ
probatur occidiſti. hoc ergo ultimū
eſt quod dixit a facto quod ipſum ꝑ-
ſpicietur in tribus illis ante negocium
in negocio poſt negocium ſimul cū
ſententiis per quæ ſe explicant facta
loco tempore: modo: occaſione fa-
cultate. Ergo hæc tria quæ conie-
cturæ ſuggerunt argumenta: cauſa ꝑ
ſona: factum. Cauſa ipſa diuiditur in
duo: in impulſionem & ratiocinatio
nem impulſio motum hēt repētinū ñ
uolūtariū ut amor uiolētia & oīo oīa huiuſmōi: q̄ ueniā merēt: ſi cōfiteat̄ ad ipſū qđ feciſſe arguit̄
nam ſi negat argumenta ſunt a cauſa ut ſit. Feci quia uiolentus fuiſti: feciſti quia amore feciſti:
feciſti quia iracundus es quibus cauſis probatur facere potuiſſe quod negat. Ratiocinatio autem
cauſa eſt: etiam ipſa uoluntatis: hæc ratione faciendi fuiſſe oſtendit uoluntatem: aut non faciendi
quæ ſumit̄ ex rōcinatione uel boni uel mali: ſiue iā ꝑteriti boni: ſiue: futuri piter mali uel ꝑteriti ul
futuri qđ nos diximus malū ul bonū. i. ut gloriæ cā: ut amicitiarꝫ ut īimicitiarꝫ ulciſcēdarꝫ & metus
& pecūiæ his igr̄ cōmodis ul īcōmodis hos gradus dat prios cōmodi r̄tinēdi utiqꝫ ꝙ hēt & augēdi
deide adipiſcēdi id utiqꝫ ē qđ nō hēbat: cōtra īcōmodi reiiciēdi piter deuitādi utiqꝫ ꝙ futurū erat

plicata controuerſia nulla cū difficultate trāſfe-
rent: poſt āt ſepati de reliquis dicemꝰ. Nūc ad
cōiecturalē cōſtitutionē ꝑficiſcemur: cuiꝰ exem
plū ſit hoc expoſitū. In itinere quidā proficiſcen
tem ad certū quendā: & ſecū aliquantū nummo
rū ferrentē eſt comitatus. cū hoc ut fere ſit ī una
ſermonem cōtulit ex quo factū eſt ut illđ iter fa
miliarius facere uellent. Quare cū ī quandā ta-
bernā diuertiſſent: ſimul cœnare & in eodē loco
ſomnū capere uoluerūt. Cœnati diſcubuerūt ibi
dē: caupo āt nā ita dicit̄ poſt inuentū: cū in alio
maleficio depræhenſus eſſet: cū illđ alterū uide-
licet q̄ nummos haberet animaduertiſſet noctu
poſtq̄ illos artius iā ut fit ex laſſitudine dormire
ſenſit acceſſit & alteriꝰ eorū qui ſine nūmis erat
gladiū prope appoſitū e uagina eduxit: & illū al
terū occidit: nūmos abſtulit: gladidū cruentū ī
uaginam recōdidit: ipſe ſe ſe ī lectum ſuū r̄cepit
Ille aūt cuiꝰ gladio occiſo erat facta multo an̄ lu
cē ſurrexit: comitem ſuū iclamauit ſemel & ſæpi
us. Illū ſomno īpeditū nō reſpōdere exiſtimauit
ipſe gladiū & cætera quę ſecū attullerat ſuſtulit
ſolus ꝑfectus eſt. Caupo nō multo poſt clamat
hominē eſſe occiſum: & cū quibuſdā diuerſori-
bus illum qui ante exierat conſeqt̄ ī itinere ho-
minē cōprehēdit: gladiū eiꝰ e uagia educit repit
cruentū: hō ī urbē ab illo deducit̄ ac reus fit. In
hac ītētio ē criminis occidiſti: depulſio nō occidi
Ex quibꝰ cōſtitutio ē: idē quęſtio ē eadem ī icō
iecturali que iudicatio occiderit ne: nūc expone
mus locos quorꝫ ps aliq̄ ī oēm cōiecturalē īcidit
cōtrouerſiā. hec āt & ī horꝫ locorꝫ expoſitionē &
ī ceterorꝫ oportebit attēder̄ nos oēs ī omnem cām

conuenire. Nã ut oẽ nomen: ex aliquibus nõ ex omnibus litteris ſcribit̃: ſic omnẽ in cauſã nõ oiſ argumẽtorꝫ copia: ſed eorꝫ neceſſario pars aliqua couẽniet. Omnis igit̃ ex cauſa: ex pſona ex facto ipo cõiectura capiẽda ẽ. Cã diſtribuit̃ ĩ ĩpulſionẽ & ĩ rõcinationẽ. Impulſio ẽ q̃ ſine cogitatiõe p q̃dã affectionẽ aĩ facere aliquid hortat̃: ut amor: iracũdia: ægritudo: uiolẽtia: & oĩo oĩa ĩ qb9 animus ita uĩ affectus fuiſſe ut pſpicere cum conſilio & curã nõ potuerit: & id qd fecit impetu quodã aĩ potius q̃ cogitatiõe fecerit. Ratiocinatio ẽ aũt diligens & conſiderata faciẽdi aliquid: aut ñ faciẽdi excogitatio. Ea dicit̃ ĩterfuiſſe: tũ cũ aliquid faciẽdi certa de cã uitaſſe: aut ſecut9 ẽẽ aiuſ uidet̃: ut ſi amicitiæ cauſa quid factum dicitur ſi

Ita tria hæc tribus ſuperioribus reſpondet cõmodis: ĩcõmoda illic retinendi: hic reiiciendi illic agendi. hic minuendi: illic adipiſcendi: hic deuitãdi: qbus etiã illa accidet: ut aliqd cõmodi ſumamus uel ut maius cõmodũ cõſeqmur: uel ut maius cõmodũ uitemus aut rurſũ ut ĩcõmodũ aliqd prætereamus: uel ut maius incõmodũ adipiſcamur: uel ut maius ĩcõmodũ deuitemus: Nã & ſuſcipi cõmodũ parũ põt: ut maius aliqd cõmodũ cõſequamur: uel incõmodo maius utet̃: & rurſum cõmodũ contemni põt: ut Leno contentus fuit ſine lucro meretricẽ dare ne ab æſchino uerberatur & uel ut in uerrinis accipi poteſt malo nõ habere q̃ rogare. Rurſus cõtẽpto cõmodo ſuſcipi maius cõmodũ põt: ut terentianũ illud in ſuaſione. Pecuniã in loco negligere maximum interdũ eſt lucrũ: quæſtio uero eadem cõiecturalis ẽ quæ: & iudicatio qa rõ deeſt: nõ. n. factũ ĩ cõfeſſiõe ẽ: ideo eadem erit iudicatio quæ quæſtio. & ĩ horꝫ locorꝫ quæ cõiecturalia ſunt & ĩ cæterorꝫ. i. cæterarum cõſtitutionũ cõuenire. i. locos. Omnis igr̃ ex cã ex pſona. ex facto ipa cõiectura capiẽda ẽ. Oĩs hic locus a cã ſiue ĩpulſionis ſiue rõcinationis coniecturæ maximum ẽ fundamẽtũ non ꝙ eũ cã ſit cõtinuo. & facinus cõprobet: ſed qm̃ facinus nullum eſt ꝙ non ante cã præceſſerit. Supponit deinde locos quibus accuſator utitur cum aſſerit ĩpulſione aliqd ẽẽ factũ. Ex quibus primus ẽ ãplificatio eius rei quæ ĩpulſionem pariat. deĩde approbatio qd ex ea fiat p exẽpla ut amore ſe ĩterfecit. Tertio loco cõpatione facinus: & declarata ĩpulſiõe euẽtũ eius cãæ fuiſſe cõcludimus. His trib9 locis accuſator utit̃ ĩ ĩpulſiõe. In rõcinatiõe uero hi ſt quos nũc dicã demõſtratiõe qd petierit qd fugerit. Argumẽti q̃ta res ſit: quã appetierit: aut fugerit. Præter hæc duo. unũ etiam illud accuſator cõſiderar̃ debebit: ne forte iſta: quæ ſecutus ſit aut fugerit: ĩ opinione tantum habuerit reus. neq; conſecutus ſit commoditatem: neque illum malum fugerit. Sed dicendum eſt ei ita fuiſſe uiſum: quia arguitur: & ſi ſua opinione decep us. Opinio autem dupliciter decipit modo dum rem aliter putatque eſt eadem res: modo dum aliter euenit q̃ putauit. Res fallit ſi mala credit cum bona ſit: uel contra: uel neutrum, uel utrunque. Ergo cum hoc intelligi poſſit ꝙ opinio fallit homines: tum in re: tum in euentu cum in re reus uel ac cœperit forte defenſione non ſibi antiquiorem fuiſſe pecuniam uita: aut fratris aut amici. Accuſator debet uerum argumentum concedere: eſt enim credibile ſed cõfirmare debebit. hoc ei qui arguitur non ita uiſum fuiſſe. Et hoc approbare ex attributis perſonæ non illum habuiſſe opinionem. ſed illam potius habuiſſe quod talis eſt. ſ. perſonæ eſt. Sic argumentabitur accuſator de eo cuius opinio falſa eſt ĩ re. Cum autem euentus fallit quod accidit exempli modo: cum aliquis miſſo telo alterum interfecit: ut in ſcholæ controuerſiis. Vt uero in cauſis forenſibus cum quis cum dicatur necaſſe cuius hæres non ſit: ſed tamen ſperarit hæredem accuſatoris eſt locus: eſt cogitationem ſpectari debere non euentum. Et hæc de ratiocinatione. In cauſa autem omni: ſiue in impulſione: ſiue in ratiocinatiõe laborandum eſt fuiſſe illis poteſtatem: aut facultatem aut uoluntatem. Poteſtas eſt quã poſſe oſtẽditur facultas eſt qua adiutores & cætera demonſtrantur. Voluntas eſt qua uelle uel uoluiſſe aliqd declaratur: Ita aliud erit uoluntas: aliud cauſa ſiue impulſio ſit ſiue ratiocinatio. Illa enim efficiunt uoluntatem. Non autẽ quod afficitur hoc eſſe debet quod eſt illud quod efficit. Nam ſæpe & cauſæ ſunt: & deeſt uoluntas quæ probare poteſt: uel fuiſſe uel non fuiſſe: tam & ſi cauſa pceſſit. Hoc ex perſonæ potius attributis confirmabitur: quibus talis doceatur: ut potuerit cauſis cõmoueri. Hæc igitur accuſator dicet: & cum uolet alios defendre: quibus fuiſſe cauſa faciendi declarabitur. Deinde adiunget etiã alios locos: quos defẽſori tullius dabit ad ſe purgandũ. Quib9 locis utet̃ ſi cum dixius accuſator: cũ defẽdet alios: ſed hoc breui faciet. Illorꝫ. n. defẽſionẽ alterꝫ alius uult accuſare nõ ipos oñdere inocẽtes: ita ĩ maiore ẽẽ actu ñ põt quod alteri proficit. Omnis igitur ex cauſa: ex perſona: ex facto ipſo coniectura capiẽda ẽ. Quæ parit uoluntatẽ uelle: uel uoluiſſe. ideſt cã quã quid ortum ſit oſtendimus attributum perſonæ: ideſt perſona. Attributa autem negocio ideſt quod ait facto cauſa tribuitur in impolſionem & ratiocinationem. Ratio ſcilicet non ratiocinationem illam aut ſupra legimus ſyllogiſmi: ut amor iracũdia ægritudo. Inter iracundiã & irã hoc intereſt: quod iracundia perpetua eſt: ira ad tempus ſuſcipitur. Atq; hoc fit ut iracundia ſit ĩpulſio ita ratiocinatio: ut odio quis iratus: uel metu occidiſſe dicatur: quod eſt ratiocinationis cæterum

ſracũdũ eẽ q̃a ſp̃ ẽ ad ĩpulſionẽ dicius
q̃ pp̃ talẽ naturã admiſſũ facius poſſit
oñdere. Aegritudinẽ uero morbũ aĩ
poſuit nõ corpalẽ. In q̃bus aut cõmo
di aliq̃d maioris adipiſcẽdi cauſa aut
maioris uitãdi incõmodi ſuſcipit ut
ut aliq̃d cõmodi ſuſcipiat̃ pp̃ duas reſ
uel ut maius aliq̃d cõmodũ cõſequa
mur: uel ut maius ĩcõmodũ deuiteus
Hic locus ẽ .i. cã niſi aliq̃d q̃re factũ
ſit oñdit̃. Quæ ſit cã q̃ parit uolũtatẽ
ſiue p̃ ĩpulſionẽ: ſiue p̃ rõcinationẽ.
Ergo accuſator cũ ĩpulſõe aliq̃d factũ
eẽ dicet. Locis ĩfirmatiõis cã p̃ ĩpulſio
nẽ prio datis redit ad reprehẽſionis
modos. Qui ſilĩ ĩpulſu aliq̃d cõmiſe
rũt & ſilitudinẽ collatiõe ut applices
exẽplũ & doceas ſile cõpãdo: & ipſi-
us aĩ affectiõis explicatiõe curãdũ eſt
ut ipſius affectiõis hoc ẽ rei ſit expli-
catio. Vt nõ mirꝝ uideat̃ ſi q̃d ad fa-
cinus tali ptrurbatiõe cõmotus acceſſe
rit .i. ut uerisimile p̃bet: & p̃ exẽplũ &
p̃ explicationẽ aĩ affectõis: ut q̃d eius
fieri poſſit q̃tũ ĩ hac re ſi eri p̃t q̃d in
opiniõe eius quẽ arguet fuerit ut ñ ſo
lũ q̃d cõſecutus ſit. Verꝝ ẽt q̃d ſpera
uerit. Si oñdi p̃t ei uiſũ eẽ q̃ arguat̃ ut
uolũtatẽ criminet̃. ẽt ſi effectus defuit
ut ex eo cãm habuerit. q̃a timuit: qui
ſperauit ẽt ſi nihil aut cõmodi aut ĩco
modi accepit: nã opinio dupliciter fa
lit hoĩes. Opinio fallit ĩ re cũ opinio
uera nõ ẽ & errat ab eo q̃d ĩ uero: eſt
ut cũ res mala ſit bõa credat̃: uel con
tra euẽtus fallit opinionẽ: cũ opinio q̃
dẽ uera ẽ ſed eã ĩteruenies caſus dece
pit ut cũ res bõa ẽ & bõa credit̃: ſed
aliquo caſu ĩ malũ uertit̃. Iã ĩ cã ipſa
hoc mõ poſſumus dicere .i. ut dica
mus: iõ occidiſti: q̃a te hæredẽ fore
putaſti. Licet ille aliũ hæredẽ fecerit:
ita ſp̃ ĩ opiniõe ẽ euẽtus fallit & rex:
cũ aut aliuſmõi ẽ quã credit̃ aut aliter
credit̃ q̃ putatur hũiſſe p̃uenire. Aut
nõ is euẽtus ẽ quẽ arbitrati ſũt: cũ aut
ipa res q̃lis ſit ignorat̃ aut cũ res cer
ta fuerit aliter eueniat q̃ putatũ ẽ: aut id
q̃d bonũ ẽ malũ putãt & reliq̃. Hoc ĩ
tellecto q̃d hoĩes ĩpellãt nõ ſola ratio
cinatiõe uera reꝝ: uerum etiam falſa

inimici ulciſcendi: ſi metus: ſi gloriæ: ſi pecuniæ:
ſi deniq; ut omnia generatim amplectamur alicu
ius retinendi: augendi: adipiſcendiue: cõmodi:
aut contra reiciendi: diminuendi: deuitandiue in
cõmodi cauſa. Nam in horum genus alterutrũ
illa quoq; incidenti: in quibus aut incomodũ ali
quod maioris uitandi incommodi cauſa ſuſcipit̃
aut cõmodum aliquod maioris adipiſcendi cõ-
modi prætermittitur. Hic locus ſicut aliquod funda
mentum eſt huius conſtitutionis. Nam nihil fa-
ctum eſſe cuiquam probatur niſi aliquid quare
factum ſit oſtendit̃. Ergo accuſator cum aliquid
ĩpulſione factum eſſe dicet illum impetum & q̃-
dam cõmotionem animi: affectionemq; uerbis &
ſententiis amplificare debebit: & oſtendere quan
ta uis amoris ſit quanta animi perturbatio ex ira
cundia fiat aut ex aliqua cauſa qua earum impul
ſum aliquem id feciſſe dicet. Hoc & exemplorũ
cõmemoratione qui ſimili impulſione aliquid cõ
miſerunt: & ſimilitudinum collatione & ipſius
animi affectionis explicatione curandũ eſt: ut mi
rum non uideatur: ſi quod ad facinus tali pertur
batione cõmotus animus acceſſerit. Cum autẽ
non impulſione uerum ratiocinatione aliquem
commiſiſſe quid dicet cõmodi ſit ſecutus. aut quid
incõmodi fugerit quid demonſtrabit & id auge-
bit quam maxime poterit uti: quod fieri poſſit
idonea q̃ maxime cauſa ad peccandum hortata
uideatur: ſi gloriæ cauſa quantam ſe gloriam cõ
ſecuturum exiſtimarit. Item ſi dominationis ſi pe
cuniæ: ſi amicitię: ſi inimicitiarum & omnino
quicquid erit quod cauſę fuiſſe dicet: id ſũme au
geri debebit: & hoc cũ magnopẽ cõſiderare opor
tebit: nũquid in ueritate modo uerũ etiam uehe-
menti⁹ quid in opinione eius quẽ arguet fuerit
Nichil. n. refer: non fuiſſe: aut non eſſe aliquid
cõmodi ſi aut icõmodi oſtendi poteſt ei uiſũ fore
q̃ arguat̃. nã opinio dupliciter fallit hoĩes cũ aut
res alio mõ eſt quã putat̃. Ac ñ his euẽt⁹ ẽ quẽ
arbitrati ſũt. res alio modo ẽ tũ: cũ aut id quod
bonũ ẽ malũ putant: aut contra q̃d malũ ẽ bonũ
aut q̃d nec malũ ẽ: nec bonũ malũ aut quod ma
lum aut bonum ẽ: nec malum nec bonum: hoc
intellecto ſiquis negabit illam eſſe pecuniam fra
tris aut amici uita: aut denique officio ſuo anti
quiorem aut ſuauiorẽ: nõ erit hoc accuſatori ne

gandũ. Nã in eũ culpa & ſummũ odiũ tranſfere
tur: qui id quod tã uere & pie dicetur negabit.
Verũ illud dicendũ erit illi nõ eſſe ita uiſũ. Q đ
ſumi oportebit ex his que ad perſonã pertinent:
de quo poſt dicendũ eſt. Euentus autẽ tum fallit
cũ aliter quid accidit adq; hi qui arguuntur ar
bitrati eſſe dicuntur: ut ſi qui dicatur alium oc
cidiſſe ac uoluerit qđ aut ſimilitudine: aut ſuſpi
tione: aut demonſtratione falſa deceptus ſit: aut
eum necaſſe cuius teſtamẽto non ſit heres quod
eius teſtamento ſe hæredem arbitratus ſit.

Non enimd ex euentu cogitationem ſpecta
ri oportere: ſed qua cogitatione animus & ſæpe
ad maleficiũ profectus ſit cõſiderare: & quo ani
mo quid quiſq; faciat: non quo caſu utatur ad rẽ
ptinere. Hoc ãt loco caput illud erit accuſatori:
ſi demonſtrari poterit: alii nemini cãm faciendi.
Secundariũ ſi tantam & tã idoneã nemini. Sin
fuiſſe aliis quoq; uidebit eã faciẽdi: aut poteſtas
aliis defuiſſe demonſtranda aut facultas: aut uo
luntas. Poteſtas ſi aut neſciſſe: aut non affuiſſe:
aut conficere aliquid nõ potuiſſe dicetur. Facul
tas ſi ratio adiutores adiumenta: & cetera quẽ ad
rẽ ptinebũt defuiſſe alicui demonſtrabunť. Vo
luntas ſi animus a talibus factis uacuus & inte
ger eſſe diceť. Poſtremo rõnes quas ad defenſio
nem reo dabimus: his accuſator ad alios ex cul
pa eximendos abuteť. Verũ id breui faciendum
eſt: & in unum multa ſunt conducenda ut ne al
terius defendẽdi cauſa hunc accuſare: ſed hui9 ac
cuſandi cauſa defendere aliũ uideať: atque accu
ſatori quidem hec fere ſunt in cauſa facienda &
conſiderãda. Defenſor aũt ex cõtrario primũ im
pulſionẽ: aut nullã fuiſſe dicet aut ſi fuiſſe cõce
det extenuabit: & paruulã quãdã fuiſſe demon
ſtrabit: aut nõ ex ea ſolere huiuſmodi facta naſci
docebit. Quo erit in loco demõſtrãdum que
uis & natura eius ſit affectionis quã ipulſus ali
quis reus cõmiſiſſe diceť I quo & exẽpla & ſimi
litudines erũt pferendæ: & ipſa diligenter natu
ra ei9 affectiõis q̃ leuiſſime quietiſſimã ad partem
explicandã ut & res ipſa facto crudeli & turbu
lẽto: ad qddã miti9 & trãquilli9 traducať: & ora
tio tũc ad aium eius q̃ audiet: & ad ai quedã inti
mũ ſenſũ accomodeť. Rõcinatiõis ãt ſuſpitiões
i firmabit: ſi ãt cõmodũ nullũ fuiſſe: aut par; aut
aliis magis fuiſſe: aut nihilo ſibi mai9 quã ali

Hpc qđ fefellit cũ res. illi itã nõ eẽ ui
ſũ ut ğuis uer; ſit qđ dicať ipi tñ nõ fu
erit iſta ſnia. Ex his q̃ ad pſonã ptinẽt
Attribura pſonæ q̃ pbãt pſonã. Vt ſi
q dicať aliũ occidiſſe ac uoluerit. Ex
emplũ ad euẽtũ falſũ pbãdũ poſuerit
nõ ad pbarionẽ cãæ p cõiecturã: aut
eũ necaſſe cuius teſtamẽto nõ ſit hæreſ
Exẽplũ i cã. Nõ quo caſu utať ad rem
ptinere idest
euẽtus. Accidẽtia: effectus: caſus: po
teſtas. Si a t neſciſſe: aut nõ affuiſſe:
& reliq̃. Nõ fuit neceſſe facere: ẽt ſi cã
fuiſſet. Et ſi fuiſſet cã uidẽdi pp æs ali
enum: non tñ neceſſitas ut deos pa
trios uẽderet. Defenſor ãt ex contra
rio primum ipulſionẽ aut nullã: aut
ſi fuiſſe concedet aut extenuabit. Da
ti ſunt loci accuſatori qbus u i debe
at ad probationẽ cãæ p ipulſionẽ. Itẽ
alii dati ſuut qbus uti debeat ad pba
tionẽ cãæ p ratiocinationẽ. Nunc ſup
ponit defenſoris locos ifirmãda ipul
ſione & firmãda ratiocinatione. Infir
mãdæ ipulſionis loca ſunt quattuor:
negare minuere: negare eius effectũ
quæ intẽdiť ipulſiõis ipſius naturæ
docere. Cõfirmare exẽplis & ſimili
tudinũ ppoſitiõe. Ratiocinatiõis lo
ci ſunt quattuor. Q ĩ rõcinatiõe aut
ĩ re: aut i opiniõe. In re cõmodi uel in
cõmodi. Loci eius erũt negare: cõmo
dũ minuere. Dicere aliis magis fuiſſe
aut tm̃ & ſibi q̃tũ: & aliis. Aut icom
modũ maius quã cõmodũ. Pariter
& de icõmodis iſta dicenť qđ dicitur
euitatũ nullũ fuiſſe icõmodũ. nõ tan
tum fuiſſe icõmodũ aliis magis fuiſ
ſe icõmodũ: aut aliis tantum quantũ
ſibi: aut maius commodum quam
incommodum. Si accuſator dixe it

Si ī rōcinatiōe opinio ponet̄ īfirmitatis loci ſūt q̄ttuor ꝑnō tale eē uel commodū ut poſſit aliquē ſalleꝛ maxīe ſe nō potuiſſe: q̄d firmabit̄ pſona. Poſt hæc oīa defenſor uti poterit oībus locis accuſatoris: ſi ī alios crimē trāſferre uoluerit. Quēadmodū .n. accuſator cū cōuincat defendit alios & utit̄ ꝑtibꝫ ac locis defēſoris ita & defēſor ut ſe purget accuſabat alios & ī hoc utit̄ ꝑtibꝫ ac locis accuſatoris aut ſi ſui ſe cōcedet extenuabit q̄ auget accuſator. Ex pſona āt cōiectura capiet̄. ſi hæ res q̄ pſonis attributæ ſūt diligenter cōſiderabūt̄. Explicitis ꝓceptis oībus ad cāus principibꝫ ſubiūgūt ꝓcepta perſonæ attributa & quēadmodū his uti pooſſit accuſator quēadmodū ēt defenſor ī cōiecturali cōſtitutiōe. Et hæc q̄dē pſonæ attributa ī prīo lib. q̄ quā ſingula expoſuerit & explicarit: hic tn̄ nūc breuiter repetit q̄ ipſa ſit: & q̄d ſit. poſt ꝓcepturus quēadmodū his uti poſſitꝰ accuſator quēadmodū defenſor. Quo ī genere ē uirtus & ſciētia aī: q̄ ē ſtultitiæ cōtraria amor iracūdia. Affectio .n. facile euētū ſuū declarat: ſignoqꝫ ipſa ē eius rei q̄ ex ſe parit. Et ipoꝝ uis q̄d ipa ſint nō q̄d ex ſe gignāt: & q̄ res harum aliq̄ rem conſequantur. Quid ex ſe gignāt non quid ex ſe ipſæ poſſint.

aut īcōmodū ſibi maius aut q̄ cōmodū dicet ut nequaq̄ fuerit illiꝰ cōmodi q̄d expetitū dicatur magnitudo. aut cū eo incommodo q̄d acciderit. aut cū illo periculo q̄d ſubeat̄ cōmorāda. Qui oēs loci ſimiliter īcōmodi quoqꝫ uitatiōe tractabunt̄. Sin accuſator dixerit cū id eē ſecutū q̄d ei uiſum ſit cōmodū. aut id fugiſſe q̄d putarit eē īcōmodū: quāquā fuerit in falſa opiniōe: demonſtrandū erit defenſori neminē eſſe tantæ ſtultitiæ qui tali in re poſſit ueritatē ignorare. Quod ſi illud cōcedat̄: id nō cōceſſum iri: nec dubitaſſe quidē hūc q̄d eius iuris eēt. Sed id q̄d falſum fuerit: ſine ulla dubitatione ꝓ falſo: q̄d uerū ꝓ uero probaſſe. q̄d ſi dubitauerit ſummæ fuiſſe amētie dubia ſpe īpulſū certū in periculū ſe cōmitteret quēadmodū aūt accuſator cū ab aliis culpā dimouebit defenſoris locis utet̄. ſic his locis q̄ accuſatori dati ſūt utetur reus cū alios ab ſe crimē uolet transferre. Ex pſona āt coniectura capietur ſi hæ res: que pſonis attribute ſunt diligenter cōſiderabunt̄: quas oēs in prīo libro expoſuimus. nā & de nomine nōnunquā aliquid ſuſpicionis naſcitur. Nomen āt cū dicimꝰ cognomēque & agnomen ītelligatur oportet. De hoīs enim certo & proprio uocabulo agit̄ ut ſi dicamus iccirco aliquem calidū uocari q̄d temerario & repētino conſilio ſint. aut ſi ea te uerba hoībus grecos imperitis q̄d Clodius: aut Cecilius: aut Mutius uocarētur dediſſe. Et de natura licet aliquantulū ducere ſuſpitionis oīa enim hec uir: an mulier huius an illius ciuitatis ſit q̄bus maioribus: quibus conſanguineis qua etate quo aīo quo corpore que nature ſunt attributa ad aliquā cōiecturā faciendā ꝑtinebūt. & ex uictu multe trahuntur ſuſpitiones cū quēadmodū & apud quos & a q̄bus educatꝰ & eruditus ſit querit̄ & quibꝰ cū uiuat qua rōe uite quo more domeſtico uiuat. & ex fortuna ſepe argumētatio naſcit̄ cū ſeruus an liber pecunioſus an paup nobilis an ignobilis felix an īfelix priuatꝰ an cū ꝑtāte ſit aut fuerit: aut futurus ſit cōſiderat̄ aut deniqꝫ aliquid eoꝝ querit̄ q̄ fortūe eē attributa ītelligūtur. Habitus āt q̄m ī aliqua ꝑfecta & cōſtāti aī aut corporiſ abſolutiōe cōſiſtit quo ī genere ē uirtꝰ: ſciētia & q̄ cōtraria ſūt res ipa poſita cā docebit & quid hic quoqꝫ locꝰ ſuſpitiōis oſtēdāt. Nā affectiōis quidē

rō perſpicuā ſolet poſſe generare cōiecturā. ut
amor: iracūdia: moleſtia propterea q̄d & ipſorū
uis intelligit̄ & quæ res har̄ aliq̄ rem conſequē
tur: faciles cognitu ſunt. Studiū aūt q̄m eſt aſſi
dua & uehemens ad aliq̄ rem applicatā cū uolū
tate occupatio facile ex eo dicet̄ argumentatio
q̄ res ipſa deſiderabit in cā. Itē ex conſilio ſumet
aliquid ſuſpitionis. Nā cōſiliū eſt aliq̄d faciendi
nō faciēdiue ex cogitata rō. Iā facta caſus & ora
tiōes quæ ſūt oīa: ut ī cōfirmatiōis præceptis di/
ctū ē tria tpa diſtributa facile erit uidere: & q̄d af
ferāt ad coiecturā cōfirmāda ſuſpitiōis ac pſōis
q̄dē res hæ ſūt attributæ: ex q̄bꝰ oībꝰ unū ī lo/
cū coactis accuſatoris erit īprobatiōe hoīs uti.
Nā cā facti par̄ firmitudinis hēt niſi aīus eiꝰ q
īſimulat̄ ī eā ſuſpitionem adducet̄: ut a tali cul/
pa nō uideat̄ abhorruiſſe: ut. n. aīum alicuiꝰ im
probare nihil attinet cū cā: quar̄ peccauerit. non
itercesſit ſi cām itercedere pcī leue eſt: ſi aīus nul
li minꝰ honeſte rōi affinis oñdit̄. Quar̄ uitā eiꝰ
quē arguit ex añ fcis accuſator īprobare debebit
& oñdere ſi q° īpari añ pcō cōuictꝰ ſit. Si id nō
poterit ſi q̄ in ſimilē añ ſuſpitionē uenerit. ac ma
xime ſi fieri poterit ſimili aliq° ī genere eiuſmodi
cā aliqua cōmotū peccaſſe: aut ī eque magna re:
aut ī maiore aut ī minor̄: ut ſi quē pecūia dicat ī
ductū feciſſe poſſit demōſtrari aliqua re eiꝰ ali/
q̄d fcm̄ auarū. Item in oī cā naturā aut uictū aut
ſtudiū aut fortunā aut aliqua eor̄ que pſonis at
tributa ſūt ad eā cām qua cōmotū peccaſſe dicet
poterit adiūgere: atq̄ ex diſpari quoq̄ gener̄ cul
par̄ ſi ex pari ſumendi facultas non erit impro/
bare animū aduerſarii oportebit: ut ſi auaritia in
ductū arguas feciſſe & auar̄ eſſe eū quem accu/
ſes demonſtrare ñ poſſis aliis affinem eſſe uitiis
doceas & ex ea re ñ eſſe mirādū qui in illa re tur
pis aut cupidꝰ aut petulās fuerit hac quoq̄ in re
eū deliquiſſe. Quātū. n. de honeſtate & auctori
tate eiꝰ qui arguit̄ detractū eſt tm̄ de facultate
totiꝰ eſt defenſionis imunitū. Si nulli affinis ui
tio poterit reꝰ añ admiſſo demonſtrari locꝰ indu
cet̄ ille p quē hortādi iudices erūt ut ueterē
famā hominis nihil ad rem putent ptinere Nā eū
añ celaſſe nūc manifeſto teneri. quare ñ oportere
hāc rem ex ſupiori uita ſpectari: ſed ſupiorem ui
tā ex hac re īprobari & aut ptātem añ peccādi ñ
fuiſſe aut cām: aut ſi hoc dici ñ poterit dicendū

Ac pſonis q̄dē res hæ ſūt attributæ
ex q̄bus oībus unū ī locū coactis ac/
cuſatoris erit īprobatiōe hoīs uti. Ex
poſitis breuiter attributis pſonæ. q̄a
ita res repetita poſcebat dat accuſato
ri ex his pceptū: ut excutiat uitā pteri
tā. parū ē enim cām cōmendans ſe ſo
lā. ſi nō quæ ab hac īpelli poſſet per/
ſona cōſentiat. Ergo accuſator ex ui/
ta pterita pferre debet ſimilia pecca/
ta: ſimiles cās ī rebꝰ: uel ī pribus: uel
minoribꝰ uel maioribꝰ uel ſimiles p
ferre nō poterit: diſpares pferat: atq̄
hæc nocētis uitæ ſūt. Si īnocēs uita p
terita ē illius q reus ē locus cōmunis
īducit̄ uitā pteritā ſpectari nō oporte
re. Q d' ea poterit eē occulta: aut for
taſſe ad peccādū cū aīus fuerit: defue
rit cā: uel ptās uel occaſio. Deīde ali/
us locus cōis nō ex uita pterita pſentis
iudiciū ſed ex pñti iudicio uitā expe/
ctari oportere. Sin āt uita alicuius
ignorabit̄ ptereundus ab accuſator̄
hic locus ē. Dicēdūq̄ cur pterear q̄d
ignoret̄ uita: ſtatiq̄ ad alia argumē/
ta pperādū. q̄ ſūt ex īpō negocio ī fa
ctis dictiſq̄ eius q reus ē collocata.

Defenſor āt primū ſi poterit debebit
uitā eius q īſimulabit̄ q̄ honeſtiſſimā
demōſtrare. Qui defenſoris a pſona
cōtrarii loci ſūt. Nā primū laborare
debet̄ honeſtā rei uitā demōſtret : q̄
declarabit̄ officiis : uel cōibus & no-
tis uel maximis & raris aut cū piculo
aut cū labore pſtitis officii cā nō neceſ
ſitatis & pſtitis in parentes cognatos
amicos rēpu. Scd iſta bñficioꝝ com
memoratio pua ē. qa multoꝝ uita ex
emplo ē naturā poſſe mutari ut mo-
rū iſtitura pſeuerarit declarādū ē n-
hil aliqñ delinqſſe nūq̄. ab officio re-
ceſſiſſe. Fuiſſe & cās & facultatē nū-
q̄ tñ uoluiſſe peccare. atq; ī his oñdē
diſ occaſionibꝰ laborādū ē eaꝝ rerū
copiā fuiſſe ī faciēdo : & facere uoluiſ
ſe q̄ꝝ reꝝ nūc crimē ī iudicio ē, ut ſi
auaritiæ cupiditatis. Deīde locus cōiſ
īducēdus ē : quo īdignū eē cū q̄ſtione
declarādū ē : ut q̄ cā īpellāt̄ ad peccā
dū uitiis oībus plēi ac cuius uita prete
rita purgata ſit īpulſus eē dicat̄. Deī
de alius locus cōis uitā honeſtæ actā
reo debere pdeſſe ipſā eē certiſſimā
teſtē morū & uolūtatū. Criminatio-
nē inimicoꝝ īuidia facile poſſe cōpo
ni. Hæc ſi honeſta uita ē. at ſi inerunt
aliquæ turpitudīes laborādū ē ut fal
ſa eſſe dicamus inimicorū criminati
one collecta uel eo uitio mētiſ ad miſ
ſa quo facilius ueniam promeremur

erit illđ ultimū nō eē miꝝ : ſi nūc primū delique
rit. Nā neceſſe ē eū qui uelit peccare : aliqñ pri-
mū deliquere : ſi uita añ acta ignorabit̄ hoc loco
p̄t rito & dem ōſtrato. cur prætereat̄ argumētis
accuſationē ſtatim cōfirmar̄ oportebit. Defenſor
āt primū ſi poterit debebit uitā eiꝰ qui īſimula-
bit̄ quā honeſtiſſimā demōſtrare. Id faciet ſi oſtē
det aliqua eiꝰ nota & cōia officia qđ genꝰ ī parē
tes : cognatos : amicos : affines neceſſarios ēt que
magis rara & eximia ſūt : ſi ab eo cū magno aliqͦ
labore : aut piculo : aut utraq; re cū neceſſe ñ eēt
officii cā : aut ī rēp. aut in pentes aut ī aliqͦs eoꝝ
q mō expoſiti ſūt fcā eē dicet. Deīde ſi nihil deli
quiſſe nulla cupiditate īpeditū ab officio receſſiſ
ſe qđ eo cōfirmātiꝰ erit : ſi cū ptās aliqd īpune fa
ciēdi minꝰ honeſtæ fuiſſe dicet̄ uolūtas eiꝰ faci
endi demōſtrabit̄ abfuiſſe. Hoc āt ipm genꝰ erit
eo firmiꝰ ſi eo ipo ī genere qͦ arguet̄ īteger aī fu
iſſe demōſtrabit̄ : ut ſi cū auaritiæ cā feciſſe argu
at̄ minie oī ī uita pecūię cupidus fuiſſe doceatur.
Hęc illa magna cū grauitate īducet̄ indignatio
iūcta cōqueſtiōi p q̄ miſeꝝ facinꝰ eē : & īdignū
demōſtrabit̄ : cū animꝰ in uita fuerit omnia uiti
is remotiſſimꝰ eā cām putar̄ q̄ homines audaces
in fraudē rape ſoleat caſtiſſimū quoq; ad peccan
dū potuiſſe impeller̄ aut iniquū eē & optimo cui
q; pnicioſiſſimū : nō uitā honeſtę actā tali in tpe
q̄ plurimū pdeſſe. ſed ſubita ex criminatiōe quæ
cōfingi facile poſſit nō ex āte facta uita q̄ neq; ad
tp̄s fingi : neq; ullo mō mutari poſſit facere iudi-
ciū. Sināt in añ acta uita aliq̄ turpitudines erūt
ut falſo ueniſſe in eā exiſtimationē dicet̄ aut ex
aliqͦꝝ inuidia : aut obtrectatiōe : aut falſa opinio
ne : aut prudētiæ neceſſitudini : aut pſuaſiōi ado-
loſcētiæ : aut alicui nō malitioſe animi affectioni
attribuet̄ aut diſſimili genere uitioꝝ : ut animus
nō mō integer ſed a tali culpa remotꝰ eē uideat̄.
Ac ſi nullo mō uitæ turpitudo : aut infamia leni
ri poterit orōe negare oportebit de uita eiꝰ & mo
ribꝰ q̄ri : ſed de eo crimine de qͦ arguat̄ q̄re āte
factis omiſſis illđ qđ iuſtet agi oportere. Et facto
āt ipo ſuſpitiones ducēt̄ : ſi totiꝰ adminiſtratio
negocii ex omnibꝰ ptibꝰ ptempabit̄ : atq; he ſu
ſpitōes ptim ex negocio ſepatim : ptim cōmuniter
ex pſonis : atq; ex negocio pficiſcentur. Ex nego
cio duci poterunt ſi eas res que negociis attribu-

Negligētia: neceſſitate: adoleſcētia: uel quolibet alio effectu aī nō pnitioſo amore: uel aliquo hu-
ius generis. Poſtremo laborandū ē: ut turpitudīes uitæ præteritæ: uel indiſſimili genere uitiorum
eē doceant ut qm̄ innocentē ꝓbare nō poſſumus ab hoc tm̄ facinore qd in iudicio ē remotū eē do
ceamus. Si uero uita turpiſſima nullo genere defenſionis ſupra poſito purgāda locus cōmunis iu-
dici debet uitā præteritā ſpectari nō debere. Neq; de moribus hoc crimē qd intēdit cōprobari.
Ex facto āt ipſo ſuſpitiōes ducent: ſi totius admininiſtratio negocii ex oībus ꝑtibus ꝑtētabit. Re-
ſtat tertia pars ꝓbationis in coniectu-
ra ex negocio. Huius partes quattuor
ſunt: ut in libro primo expoſitū ē. Et
enim attributa negocio quattuor ſunt
cōtin. ntia cū negocio in geſtiōe nego
cii adiūcta negocio: quæ geſtū nego
ciū cōſequunt. Hæc breuiter hic re-
petit. qm̄ iā in libro prīo tractata ſūt
hac dicit in cōiectură oīa genera inci
dere nō oēs partes in cōtinentia nego
cii ante negociū in negocio: poſt ne-
gociū facte oīa ī ſuſpitiōem uocemus
ita in geſtiōe negocii locū. tp̄s occaſi
onē facultates. De mō cōticeſcēs qd
rei manifeſte & ī cōfeſſiōe habite mo
dus ſemp eſt. itē adiūcta negocio uel
maiora uel minora: uel paria: uel ſi-
milia maximeq; euentus cōiecturæ ꝓ
deſt. Quarta ēt pars quæ geſtū nego
ciū conſequit ad cōiecturā tribuet ar
gumenta ubi quærit lex: cōſuetudo:
actio: uſus: exercitatio. Atq; hæc ſūt
attributa negocio ex qbus cū ducit ar
gumentū ipleē argumētatio. ex nego
cio. inuenitur āt argumētatio præte-
rea quæ coiter ſumat ex attributis ne
gocio & attributis pſonæ: ut attribu-
ta pſonæ nō mihi perſonā: hoc ē uitā
præteritā hoīs declararēt ſed hoc faci
nus approbēt ꝙ intēdit. ſicut declara
bunt quæ ſupponunt exemplo. Suſpi
tiones ducent. i. coniectura capiet ex
ipſis oībus partibus pertentabit ut nō
mixta ſint attributa perſonæ ſed tan-
tū ſola ſint facta in ipſo negocio uel
actione totius negocii impleta. Hoc
enī in genere ſpectabit locus tp̄s: oc-
caſio: facultas. Modū ī cōiectura nō
poſtulit qa ī facinore cōfeſſio ſemper
inſpicit. Sūt āt aliæ aliquæ ſuſpitiōes
quæ coiter ex negotiorꝫ & pſonarū
attributiōibus ſumunt. Cōiecturæ ar
gumēta ſuggerūt cā pſona factū. Vti
que iō tria qa ſingula. Suis igit rōibꝫ
cā ſuis pſonā ēt approbat. Eodē mō
factū qd cū ſingula ſuis rōibꝫ p ſe ī cō
iectura fidē ꝓſtent merito ad ꝓbatio-
nē cōiecturæ triplex materia collocat.
Monet tn̄ tatio duo pſonā. ſ. atq; fa-
ctū ad unā fidē poſſe cōſociari: ut ex
utroq; materiæ genere negociorū. i.
factorum & perſonarum fides con-
iecturæ quæſtionibus afferratur.

tæ ſunt diligenter cōſiderabimus. Ex his igitur
in hac conſtitutiōe cōuenire uident genera eorū
oīa partes generū plæreq;. Videre igit primum
oportebit quæ ſint continētia cum ipſo negocio
hoc eſt quæ ab re ſeparari nō pn̄t. Quo in loco
ſatis diligenter erit conſiderandū quid ſit ante rē
factū: quo ſpes perficiendi nata: & faciendi facul
tas queſita uideat. Quid in ipſa re gerēda: quid
poſtea cōſecutū ſit. Deinde ipſius ē negocii ge-
ſtio pertractanda. Nā hoc genus earꝫ rerū quæ
negocio attributę ſunt ſecundo ī loco nobis ē ex
poſitū hoc ergo in genere ſpectabitur locus tēpꝰ
occaſio. facultas: quorum uniuſcuiuſq; uis dili
genter in confirmatiōis pręceptis explicata ē.
Quare nec aut hoc nō admonuiſſe aut ne eadem
iterū dixiſſe uideamur breuiter demonſtrabimus
qd quaq; ī ꝑte cōſiderare oporteat. In loco igitur
oportunitas in tp̄e longinquitas in occaſiōe cō-
moditas ad faciendū idonea. In facultate copia &
poteſtas earū rerū propter quas aliquid facilius
fit: aut ſine quibꝰ oīo confici nō pōt conſideran
da eſt. Deinde uidendū eſt quid adiunctū ſit ne-
gocio: hoc eſt quid maius: quid minus: qd ęque
magū ſit: quid ſimile. Ex quibꝰ coniectura quę
dā dicit: ſi quēadmodum res maiores: minores
ęque magnę ſimileſq; agi ſoleant diligenter con-
ſiderabit quo in genere euentꝰ quoq; uidendus
erit: hoc eſt quid ex una quaq; re ſoleat euenire
magnopere conſiderandū eſt ut metus letitia ti-
tubatio. quarta aūt pars erat ex his quas negoci
is dicebamꝰ eſſe attributas conſecutio. In ea que
geſtū negociū cōfeſtim: aut ex interuallo conſe-
quunt. In qua uidebimus & que conſuetudo ſit
& que lex que actio & quod eius rei artificium:
aut uſus aut excitatio hoīum aut approbatio.
aut offenſio ex quibꝰ elicit nonnunquā aliquid
ſuſpitionis. Sūt autē alie ſuſpitiones que coiter
ex negociorū: & ex perſonarū attributionibꝰ ſū
mūtur. Nā ex fortuna: & ex natura & ex uictu:
ſtudio factis occaſu orationibus cōſilio: & ex ha
bitu aī aut corpis pleraq; ꝑtinēt ad eaſdē res que
rē credibilem aut icredibilē facere poſſūt & cū fa

Hoc ut facilius ſiat intellectuq; capiať meminiſſe debemus attributa pſonis quæ utiq; cū ſunt ipſā
uidenť approbare pſonā quā cū pbauerint: iā cōiecture locus ē. A tali uiro id qđ intēdiť facinus
nō potuiſſe cōmitti. Ergo attributū pſonæ facit perſōæ fidē actio: aut pdeſt approbata pſona cum
ſta ſit noui. pceptū dedit poſſe quoq; ex pſonæ attributis: & negocioꝝ pbari factū hoc ē negociū
Iccirco Tul. pceptū dedit poſſe quoq; ex attributis pſonæ & negociorū approbatiōes naſci ex utra
q; ſuſpitiōe cōes. Inter attributa pſōæ accipiūs fortunā naturā uictū ſtudia factū caſus orōnes cōſilia
habitum. Hæc utiq; ſi attributa per-
ſonæ accipimus ſicut ſupra diximus
perſonā probabūt. Veꝝ pſpiciēte rō-
ne & negociū probare poterūt. In for-
tuna ingť ſpectatur dignitas diuitiæ:
conditio. Hæc licet pſone attributa
ſint tñ cū dico diues ē it affectat tyran
nidē. Seruus potuit occidere cōſul nō
pdidit patriā argumētū factis ac per-
ſonæ attributis facio. Pari modo de
conſilio: ſi quibus conſiliis aliquando
uſus ſit: dicā pſōa ē approbata ſi quo
nūc uſus ſit conſilio pſonæ attributo
factū pbato. Ergo ſatis claꝝ ē i con-
ſtitutione coniecturali argumēta fie-
ri poſſe cōiter: & de pſonæ attributis
& negocioꝝ ut factū pbeť. Præcipit
præterea ī hac conſtitutione conſide
rādū pricipaliter qđ ī q̄ſtione ē an fie
ri potuerit deīde an ab alio potuerit:
deīde an facultas fuerit. Inter poſſe &
facultat in hoc ītereſt cū ſubſtātia ef-
ficiende rei īeſt: aut deeſt de facultate
tractať ut ſūt uires miniſteria pecunia
A t ſi aut p naturā res negať aut p lo
cū aut p tps de eo q̄riť an potuerit. Si
dicať Tul. iterfc. iſſe romulū qđ uti-
q; fieri nō potuit p tps nec hēt & poſ
ſe. Itē loco ſit ſi ſco alicuius q arguitur
cædis ab eo loco ub icedes facta ē ab
ſentia declarať. Tertio q̄ritur utꝝ id
facinus ſit qđ pœnitere fuerit neceſſe
Itē q; ſpē cæladi non hēret deīde que
ritur an neceſſe fuerit id fieri: in qui
bus omnibus ſpectatur ſemper conſiliū. Quod ſi in his conſiliū cernitur & factū pbatur conſiliū
autem attributum perſonæ eſt. Ergo attributo pſone factū pbatur huius rei docende cauſa ſupra
poſitum thema tractādo excurit habere argumenta ante rem. quod in itinere ſe tam familiariter
applicuit: quod ſermonis cām quæſierit: quod ſimul diuerterit: cœnarit. Itē in re nox ſomnus.
Poſt rem quod ſolus exierit quod illud tam familiarem comitatū equo animo reliquerit qđ cruē-
tum gladiū habuerit. Hæc ante rē ī re poſt rē attributa negocio ſūt quæ faciūt fidē negocio. Sed
quoniam in his omnibus etiam conſilium ſpectatur fiet ut cum conſilium perſonæ ſit attribu-
tum: & hæc omnia negocio ſunt attributa efficiatur negocii ex attributis perſonæ & negociis com
muniter approbatio. Quæritur enim utrum diligenter ratio faciendi uideatur habita & exco-
gitata ut non uteriſimile ſit quemquam tam temeř ad maleficium acceſſiſſe: in qua re quæriť unū
alio modo cōmodius fieri potuerit uel a fortuna. Frequēter. n. ſi pecūia ſi adiutoris adiumēta de
ſint uř facultas faciēdi defuiſſe q; utiq; īpugnari ñ pt niſi p cōſiliū ut alio mō fieri potuerit uel fieri a
fortūa. Ergo ad expugnādas facultates q̄ deſūt: ſi ſubueniat ſæpe cōſiliū cū dicit aut alio mō fieri
potuiſſe p fortunā conſilio q; pſone ē attributū res pbať. Ex hoc & ex ſuperioribꝫ illa cōcluſio ē naſci
poſſe cōiter argumēta: & ex pſōe attributis & ex negocioꝝ. Hāc igř rōem ſi diligēter attēdeř uolue
rimus iſta attributa iter ſe apte cōiūcta & copulata cernēus negocioꝝ & pſonaꝝ. Subiūgit ñ opor
teř his oībꝫ pceptis ſubiici exēpla: ut doceat quēadmodū his uti accuſator debeat quēadmodū de
fenſor ut ī ſuperioribꝫ docuit & dicit ñ neceſſariū eē ñ facile. Nō neceſſariū ita q; ſi q aliqđ diligētie
afferre uoluerit ad iſta pcepta: iſta oīa p materie geneř facile cognitione ītuebit. Nō. n. pceptor oīa
tribuit ſed ex dictis ad ſīlitudinē ñ dcā ītelligēda ſuppōit. ñ facile aūt iō dixit q; īfinitū ſit illis oībꝫ p
ceptis exēmpla ſupponere: quō ante rem dicat accuſator quō defenſor: quomodo in re: quomodo
poſt rem. Item alia quæ multa ſunt huc accedit quo maior difficultas ſit qđ illa oīa per partium.

cti ſuſpitione iūgunť. Maxīe. n. queri oportet in
hac conſtitutione primū potuerit ne aliquid fieri
deīde & quo ab alio potuerit. Deīde facultas de
qua ante diximus: deīnde utrū id facinus ſit qđ
pœnitere fuerit neceſſe. Itē qđ ſpē celādi non ha
beret. Deīde neceſſitudo ī qua nō neceſſe fuerit
id aut fieri: aut ita fieri queriť. quorū ps ad cōſi
liū ptinet qđ pſonis attributū eſt ut in ea cā quā
expoſuim⁹ añ rem erat qđ in itinere ſe tā familia
riter applicuerit qđ ſermonis cām queſierit qui
ſimul diuerterit cœnarit. In re nox ſomnus poſt
rem qđ ſolus exierit qđ illū tā familiariter comi
tatū tā equo aīo reliquerit qđ cruentū gladiū ha
buerit hoꝝ pars ad cōſiliū ptinet. queriť. n. utrū
uideať diligenter rō faciendi eſſe hita & excogita
ta an ita temere ut nō uteriſimile ſit quequā tā te
mere ad maleficiū acceſſiſſe, ī quo queritur unū
quo alio mō cōmodi⁹ potuerit fieri: uel a fortūa
adminiſtrari. Nā ſepe ſi pecunie adiumenta ſi ad
iutores deſint facultas fuiſſe faciendi nō uř hoc
mō: ſi diligenter attendamus apta inter ſe eſſe in
telligim⁹ hec q̄ negociis: & illa que pſonis attri
buta ſūt hec neq; facile ē neq; neceſſariū diſtigue

idest accuſatoris & defenſoris locos uerſa utilitate tractantur. Nec: n. inutiliter conueniunt. Vnde illud melius eſt conſiderare cuncta ex propoſito themate negocii. & ſi tñ & aduerſarii rationem di ligenter attendere & ſic ſuſpitiones atq̃ argumenta colligere. Quare quid factum ſit, quo cõſilio. qua ſpe perficiendi: cur hoc modo factum: cur ab hoc factum: cur nullo adiutore: cur hoc: cur ne mo ſit: cur ſit cur hic ſit: cur hoc añ factũ ſit. cur hoc ante actum ñ ſit. cur hoc i ipſo negocio: cur hoc poſt negocium: cur de induſtria factum aut rem ita ſit conſecutum an conſtet oratio uel cum re uel

re ut nemo i ſupioribꝰ ptibuſ quo pacto quodq̃ accuſatorẽ & quõ defenſorẽ tractare oporteat. nõ neceſſariũ propterea quod cã poſita qd in quãq̃ cõueniat res ipſa docebit eos qui nõ oĩa. hæc ſe inuentũros putabũt ſed & ea que precepta ſunt cõparatõis mõ qdã animi in cõe mediocrẽ intelligẽtiam cõferent. Non facile aũt quod & infinitum eſt tot de rebus utrãq̃ in partẽ ſigillatim de unãquaq̃ re explicare. & alias aliter. hec i utrãq̃ ptẽ cauſe ſolent cõuenire. Quare cõſiderare hæc que expoſuimus oportebit. Facilius autẽ ad inueñ ionẽ animus incidet ſi geſti negocij: & ſua & aduerſarij narratõem ſepe & diligẽter pertractabit & q̃ quæq̃ pars ſuſpitõis habebit eliciens cõſiderabit Quare quo cõſilio: qua ſpe perficiendi quicque factũ ſit. cur hoc mõ potius quã illo: cur ab hoc potiꝰ quã ab illo. cur nullo adiutore. aut cur hoc cur neõ ſit cõſcius: aut cur ſit. aut cur hoc ſit: cur hoc añ factũ ſit. cur hoc anno factum non ſit. cur hoc in ipſo negocio. cur hoc poſt negociũ. aut factum de induſtria aut qd rem ipſam conſecutum ſit. Cõſtet ne oratio aut cũ re aut ipſa ſecũ hoc huius ne rei ſit ſignũ an illius an huius. & illius & utrius potius quid factũ ſit. quod nõ oportuerit. aut non factũ quod oportuerit. Cum animꝰ hac intẽtione oẽs totius negocij partes cõſiderabit tũ illi ipſi in mediũ cõſeruati loci procedẽt. de qbus ante dictum eſt. & cum ex ſingulis. tum ex coniũctis argumenta certa naſcentur. Quorũ argumẽtorum pars probabili pars neceſſario i gener. uerſabit. Accedũt aũt ad coniecturam ſepe queſtiones: teſtimonia: rumores: que contra oĩa uterq̃

ipſa ſecũ hoc huiuſne rei ſit ſignũ an illius an & huius & illius & utriuſq̃ potius quid factũ ſit qđ nõ oportuerit: aut nõ factum qđ oportuerit. hac adhibita intentione cũ cõiecturã omne negocii corpus intrauerit. tum facilius uidebitur eſſe preceptio ut locos omnium argumentorũ ſe quodãmõ offerentes uidere poſſimus. Ex quibus ut ſupra diximus mõ ex ſingulꝰ attributis mõ ex coniunctis argumenta naſcẽtur q̃ aut pbabilia erũt aut neceſſaria ad eas res quæ rẽ credibilẽ aut incredibilẽ facere poſſunt. Quæ rem inquit nõ perſonã cuius. ſ. attributũ eſt ſed cũ facti ſuſpitõe iungunt. Et hic rei eius unde iudiciũ eſt nõ perſonæ cuius attributũ eſt ut nõ id facinus ſit. qđ poenitere fuerit neceſſe. An notãda noua locutio poenitet me nõ illius rei: ſed poenitet me hanc rẽm. Tum ex ſingulis. tum ex coniunctis: aut a cã aut a perſona: aut a factis. aut ex coniunctis. argumenta certa naſcentur ut attributa perſone. attributa facto uideantur: Accedunt aũt ſ. pe ad coniecturam queſtiones: teſtimonia. rũores. quæ cõtra oĩa uterq̃ ſimili uia preceptorũ torquere ad ſue cãæ cõmodum debebit. preter hãc materiã qua cõiectura argumẽta tribuuntur: a cã. a perſona. a facto. accedũt aliæ probationes ſoli coniecture ſemper adiũcte tormenta. teſtimonia: rumores. Hec n. in aliis conſtitutionibus non ualẽt quia nõ adhibentur iſta niſi cũ res negatur. quæ oĩa iſta ad partis cõmoda retorquẽda ſunt. hoc probatõis gẽus græci. uocãt q̃ cum his orator utitur. fidem quidem facit ſed non oratiõe. Hoc Tullio minime placet. Dicit. n. etiam hec probationum genera indigere arte & pari modo ut ex cauſa & perſona: & facto argumenta duci cũ de tormentis teſtibus. rumoribus diſputatur ex illis ſ. attribu iõibus: que aut negocio aut perſonis uidentur eſſe ſubiuncte. nãq̃ cum contra teſtes dicitur aut pro teſtibus utiq̃ attributa perſone contingen da ſunt per naturam. uictũ & cetera. ut fides ſit data teſti ut aut poſſit. aut non poſſit adhiberi. Hoc & in tormentis. nã eius qui torquit excutienda perſona ẽ. Ergo oĩa argumẽtis pbanda ſunt. Quorũ argumẽtorũ genera duo ſũt. unũ pprĩũ. cõe aliud. propriũ ẽ quod ipſius cãe & negocii ẽ. Vt ſextus roſ: is. cũ cædes facta eſt romæ nõ fuit. non ergo patrem interfecit. Cõe eſt quod trãſferri in ſimiles cauſas põt. filius patrẽ interfecit. Reclamat iſtiuſmodi ſuſpitionibus ipſa natura hoc argumenti genus: quia transferri in ſimiles cauſas poteſt communis locus dicit. locorũ autem communiũ genera duo ſunt: Vnũ cũ certæ rei certa ẽ amplificatio. aliud: cũ rei dubiæ ẽ diſputatõ Amplificatio rei certe ẽ. ut in parricidã. in ſacrilegũ. Dubiæ uero rei cõis locus ẽ q a grecis dicit.

quæ habẽt partes duas: quæ icc irco locus cõis dicitur ꝙ ex materiæ genere non certũ q̄d deſignat.
ſed hẽt tractatũ ex generalitate cõi ut ſuſpitõibus credi oportere uel nõ oportere. Sed hãc theſim ci
uilẽ moralẽue teneamus: nõ illã q̄ apud philoſophos naturalis ẽ: Q uilibet aũt horũ locorũ cũ iter
ponitur. interponi aũt raro debet ornat oratõem. Neq̃ interponẽdus locus niſi cũ aliquid iam ꝓba
tũ eſt. Et eni ſi locus cõis generalia loquit̃ q̄ſi cãm tenẽs deſcẽdit ad cãm. ius iudicẽ tenet. q̄a iure iu
ratus ſedẽs audire deſiderat unde ſñiam ꝓlaturus ẽ. Ergo aut parte cãe ꝓbata iudici uidendũ ẽ. aut
peroratõe. i. epilogis. ut aut renouet̃.
aut ſuſcitetur adiutor. Omnis. n. lo-
cus cõis locutionũ cuncta ornamenta
deſiderat: quæ aut uerborũ ſunt. aut
ſñiarũ. Q uæ dũ apte ac neceſſario di
cuntur oratorem ab oratore diſcer-
uunt. Et eni cũ loci cões cãrum ſunt
cões oratoribus ſimilitudine dictõis
eſſe non poſſunt. Q ueſtiones. teſti-
monia. rumores cum auctoritas fi-
dem facit. cum tormenta ſunt. Hæc
autem omnia quæ non oratõem ar
gumentorum fidem faciunt a græ-
cis:
nominantur non quidem recte uter-
ꝙ ſimili uia præceptorum & accuſa
tor & defenſor. Nam & ex queſtione
ſuſpitiones. & ex teſtimonio & ex ru
more aliquo pari ratiõe. iõ fit ut arte
egeat huiuſmodi diſputatio. Q uo-
niam & cõtra hec & pro his ſæpe di-
cendum ẽ ut ex cã & ex perſona & ex
facto duci oportebit. Q uæ ex confeſ
ſione argumẽtis materiam tribuũt ut
ex facto iḡt duci oportebit Ecce iã ñ ẽ
: ideſt
fides ſine arte. Hoc cæterũ artifici nõ
putant indigere cũ appellãt.

Aliter hoc de genere ac de
omni coniectura præcipiendum pu-
tant. ut ditant alias diuiſiones eſſe ad
ꝓbationem coniecturæ. non quas ſu
pra diximus. cãm. perſonam. factũ.
Nam cum & eius qui in quæſtõe ali-
quid dixerit & eius qui in teſtimonio
& ipſius rumoris cã. Vt ea quæ mate
riam argumẽtis præbent: & cum illa
quæ quaſi habere artem negantur hiſ
dem attributionibus tribuant tracta-
tum probatio ex hiſdem attributioni
bus reperietur quæ ſemel præcepta.
ſunt de cõiectura. omni autem in cã
ps argumẽtorum ẽ adiũcta ei cãæ & lo-
cus cõis argumẽtũ ẽ. Argumẽtorum aũt
duo genera unũ q̄d ipſius cãæ ꝓpriũ ẽ
aliud q̄d & ipſius & ſiliũ. Hoc q̄d ſe
cundũ ẽ locus cõis appellat̃. Verũ lo
corũ cõium genera ſunt duo ut & ipe
declarat in oẽs eiuſdẽ generis cãs tranſferri nõ ſatis cõmode poſſit. hoc argumẽtũ ẽ ſolũ nõ argumẽ
tũ p locũ cõem. Q uæ ex cõtrario quoq̃ hẽat ꝓbabiles rões credẽdũ. ñ credẽdũ: Suſpitõibus non
oportere credi. aut oportere. i. theſis. Per cõq̄õnẽ q̄d ẽ ꝓpriũ epilogorum de q̄bus añ dictũ ẽ i lib. i.
hoc ẽ i epilogis. i. i cõcluſiõe. Aliq̃ ꝓbabilẽ utraq̃ ex p̄te orõnẽ. Hæc. ẽ credẽdũ ñ credẽ
dũ certioribus illis auditoribus. ſ. nã tũ ei cõcedi cõe q̄ddã dicere. Nõ debet. n. locus cõis iduci cũ
adhuc nihil probatũ eſt. Et animus auditoris renouatur ad ea quæ reſtant. poſt probationem per lo
cum communem: Aut omnibus iam dictis exſuſcitatur: Q uia & in epologis ſunt loci ſæpe cões.

ſimili uia preceptorum torquere ad ſue cãe commo
dũ debebit. Nã & ex q̄õne ſuſpitiones ex teſtimo
niis & ex rumore aliquo pari rõne. ut ex cã. & ex
perſona. & ex facto duci oportebit. Q uare nobis
& hi uident̃ errare q hoc genus ſuſpitionum ar-
tifici non putant idigeret. & hi q aliter hoc de ge-
nere ac de cõmuni cõiectura precipiendũ putant.
Oĩs. n. iiſdem ex locis coniectura ſumenda ẽ. Nã
& eius qui in q̄õne aliquid dixerit: & eius qui in
teſtimonio. & ipſius rumoris ueritas ex iiſdẽ attri
butionibus reperiet̃. Omni autẽ in cauſa pars ar
gumentorũ eſt adiuncta ei cãe ſolũ que dicit̃ ita
& ab ipſa adducta: ut ab ea in qua eſt ſeparatim i
oẽs eiuſdem generis cauſas trãſferri non ſatis cõ-
mode poſſit. Pars aũt eſt peruagatior: & aut i oẽs
eiuſdem generis aut in pleraſq̃ cãs accommoda-
ta. Hec ergo argumẽta que trãſferri i multas cau
ſas poſſunt locos communes noĩamus. Nam lo
cos communes aut certe rei quandã continet am
plificationẽ ut ſi quis hoc uelit oſtendere eũ qui
parentem necarit maximo ſupplico eẽ dignũ quo
loco niſi perorata & probata cã nõ eſt utendũ aut
dubie que ex contrario quoq̃ hẽant probabiles
rõnes argumentandi ut ſuſpitionib⁹ credi oporte
ret. & contra ſuſpitõib⁹ credi nõ oportere. Ac ps
locorũ cõium aut p idignationẽ: aut p cõq̄õnẽ in
ducitur de quibus ẽ ante dictũ. pars per aliq̃ ꝓba
bilem utraq̃ ex parte rõnẽ. Diſtinguitur aũt ora
tio atq̃ illuſtrat̃ maxime raro inducẽdis locis cõi
bus & aliquo loco iam certioribus illis auditori
bus argumẽtis cõfirmatis: Nã & tũ cõcedit̃ cõmu
ne quiddã dicere. cũ diligenter aliq̄s ꝓpri⁹ cauſe
locus tractatus eſt. & auditoris aĩus. aut renouat̃
ad ea que reſtãt. aut oĩb⁹ iam dictis exſuſcitatur

Oia.n.ornamēta locutōis.i.figuræ quo ſunt aut ſchemata dianoras aut ſchemata lexeōs aut ſchēta logii ut quidā uolūt. Sic oratorū quoq; multorū cōes loci ſunt. Nā cū loci cōes iō dicantur ꝙ in ſimiles cās cōueniant cū ab oratoribus tamē dicantur diuerſitate dicēdi uix poſſunt eē cōes. Verborū. & ſniarū lexeos. & dianoras ſchemata. Atq; hoc ſit nobis dictū cōiter de omni genere cōium locorū ut & genera duo dixerit cōium locorū. i. certe rei & incerte. & quēadmodū ſint dicenda per ceperit. Sed hoc generaliter in oibus cōſtitutionibus. Nūc aūt in hanc cōſtitutionē proprios coniecture locos cōes dabit. Nūc exponemus in cōiecturalē cōſtitutionē q loci cōes incidere ſoleant. locorū. cōmuniū genera dicta ſunt quēadmodū dicantē preceptū eſt. ita oia que de locis cōibus præcipiēda uidebātur expoſita ēt ſunt. Nūc ſubiūgit certos coniecturæ locos qui ī aliā cōſtitutionē nō cadunt. Sunt. n. cōiecturæ tātū & ī quālibet coniecturā dictā ſimilitud.nem trāſferentē. Suſpitionibus credi oportere & nō oportere & reliqui uel q ſup poſiti ſunt uel q eē poſſunt. Qui oēs ex rethico genere orti in contrariū argumēta ſumunt. Et non tā loci communes q̄ locorū cōium loci ſunt. Sūt alii proprii in coniectura accuſatoris & proprii defenſoris. atq; accuſatoris duo: unus q attrocitatē facti cumulati alter per quē negat malorum miſereri oportere. Defenſoris ēt ſilr̄ duo ſunt. Vnus declaratio calūniæ accuſatorū alter cōqueſtio captāde miſericordiæ diſtant aūt a rethicis hoc mō ꝙ illi habent ex utraq; parte tractatus & ī contrariū ſuggerunt argumēta. hi unius tātummodo partis ſunt. & aut īdignationem ſolam. aut ſolā exprimūt conqueſtionē. ita duo genera locorū cōmuniū eē manifeſtum eſt. Vnū qđ ex duplici tractatu generaliter cōſtat qđ rethicum dicitur. Aliud quod generali quidē ſed unius partis. aut indignatione ſola. aut cōqueſtiōe tractatē. Sciamus aūt hos oēs locos ideſt: iſta duo genera ex hiſdē attributōibus tractari. ex quibus argumentatōes. ideſt ex attributis perſone & attributis negocio illa tātū diſtantia & dicendi diuerſitate. ut argumētatiōes ſubtilius. tenuius. acutius explicentē. loci uero cōes grauius ornatius uerbis & ſententiis excelentibus. Nā in argumētationibus ſola quærit ueritas. in locis aūt cōibus q̄q̄ & ueritas aſſeratē. tñ qđ eſt illorū propriū rei ꝓbare āplitudo captāda ē. Vnde ſatis clarū eſt ēt locos argumētationū uim tenere. ita tamē ut amplius aliquid agere uideantur. cum preter fidem rei cumulum uideantur implere. qui in contrarias partes deducentur rethici ſunt. Credi oportere & non oportere. & multa talia. Certus aūt locus accuſatoris p quē anget facti attrocitatem. ſuperiores loci in contrarias partes deduci poſſunt: iſti uero loci: proprii dantur aut accuſatori. aut defenſori ſuo. Cætere argumentationes aut a perſone aut negocii attributis: ut d qđ dicitur uerū eſſe uideatur. quod eſt proprium argumentationis ſumptū. Et ſi hoc quoq; uideri oportet. ut & in locis cōibus ueritas queratur. ſed oratiōes modo diſtent ab argumētatōe Cū ē nois cōtrouerſia qñ uis uocabuli diffinienda uerbis ē cōſtitutio diffinitiua dr̄. ſeqt̄ diffinitiua cōſtitutio. q̄a cōiectura ꝓceptis ſupioribus terminata ē. Hæc definitiua q̄a tunc exoritē. cū nois controuerſia ē. & quia uis nominis ſdefinienda uerbis ē. definitiua dr̄ cōſtitutio. Huic ſupponit excplū

Oia.n.ornamēta elocutōis in q bus & ſuauitatis & grauitatis plurimū cōſiſtit. & oia quæ inuētōe uerborū & ſniarū aliquid habent dignitatis ī cōes locos cōferūt. Quare nō ut cāuſarū ſic oratorū quoq; multorū cōes loci ſūt. nā niſi ab his qui multa in exercitatōe magnā ſibi & uerborū & ſniarū copiā cōpauerint tractari nō poterūt ornate & grauiter. quēadmodū deſiderat eoꝝ natura. atq; hoc ſit nobis dictū cōiter de oī genere locorū cōiū: nunc exponem⁹ ī cōiecturalē cōſtitutiōnē qui loci cōes īcidere ſoleāt. Suſpitōib⁹ credi oportere & ñ oportere. Rumorib⁹ credi oportere & ñ oportere. Teſtibus credi oportere & ñ oportere/ Vitā añ factā ſpectari oportere & ñ oportere. Eiuſdē eſſe qui in ullā rē peccaret. & hoc quodq; quoq; admiſiſſe dr̄ & ñ eiuſdē cāe eſſe maxime ſpecctari cām oportere & ñ oportere. Atq; hi quidem & ſi qui eiuſmodi ex proprio argumēto cōes loci naſcētur in cōtrarias ptes deducūtur. Certus aūt locus ē accuſatoris p quē auget facti atrocitatē: & alter p quē negat malorū miſereri oportere. Defenſoris p quem calūnia accuſatorū cū īdignatōe oſtēdit̄ & p quē cū cōq̄ne miſericordia captat̄. hic & cæteri loci oēs cōes ex iiſdē præceptis q bus cetere argumentatōes. ſed ille tenui⁹ & acuti⁹ & ſubtiliuſ tractātur. Hi āt grauius & ornati⁹ & cū uerbis. tū etiā ſentētiis excellētib⁹. in illis. n. finis ē ut id qđ dr̄ uerū eē uideat̄: ī bis tāetſi hoc quoq; uideri oportēt. tñ ē finis āplitudo: Nūc ad aliā cōſtitutiōem trāſeam⁹. Cū ē nois cōtrouerſia. qñ uis uocabuli definiēda uerbis eſt cōſtitutio diffinitiua dr̄. ei⁹ generis exemplo nobis poſita ſit hec cauſa. C. Fla

Cum reus ſit pater maieſtatis, qui fi/
lium prohibuit ſeditioſe concionātē
i, filium tribunū plebis. Et ī hoc the/
mate etiam alia conſtitutio. uel relati
ua uel cōpenſatiua, uel abſoluta. Nā
licuit mihi pater ſum. Abſoluta ē me
ruit. Relatiua eſt profui. Compenſati
ua. Verum hoc in themate, non quid
ſit conſiderari Tul. uoluit. ſed interī
monuit id precipi. atq; hoc exemplū
ideo dedit. ut finem tantum conſide
remus quia non propter finem ſubie/
cit exemplum; precipit autem in om
ni hoc libro conſideratione adhiben
dam eſſe circa omnes couſtitutiones
& earum partes & controuerſias. i. le
gales queſtiones. preceptis omnibus
in omni cauſa in qualibet materia oīa
quæ inuenta fuerunt genera queſtio/
num poſſunt tractari ſumptis ſue ptiſ
preceptis Vtrum in themate cōiectu
ra fuerit eius diuiſionibus utamur uel
aliarum ſi q̄ inciderint conſtitutiones
Subiungit igitur ī dfinitiōe loco a par
te accuſatoris: Sunt autem & iſta q̄t/
tuor definitio approbatio definitionis
deductio diffinitiouis in ipſam certā
ſpēm de qua agitur. Diſtinctio diffini
tionis aduerſe partis que conſtat ex lo
cis quattuor ſi demōſtretur falſa ſi tur
pis ſi inutilis. ſi collatio utriuſq; ſexus
definitionis fiat. Falſa demonſtrabit̄
ex opinione hominum ſi docebimus
de eo unde queritur, quemadmodū.
extimet populus, quēadmodum ī cō
ſuetudine locutionis utatur eo uerbo
qd definimus. Turpis aut inutilis de
monſtratur aduerſario & definitio ex
honeſtatis partibus & utilitatis de q/
bus in deliberatiuo genere. hoc ē ī po
ſtrema huius libri tractabit. Ex prime
mus igitur quæ incōmoda futura ſint
ſi ita accipietur quod definitum ē ab
aduerſario, Collatio uero definitio/
num qui quartus in reprehenſione lo
cus eſt, hoc auget ut noſtram. dfinitiō
nem oſtendat ueram honeſtam utilē
quod aduerſari oſtendimus falſā tur
pē. inutilem. Afferemus præterea ad
definitionis noſtram confirmatione
res aut maiori: aut minori: aut pari:
negocio ſimiles ut ad definitionē no
ſtrā ſimilium comparatione collecta

minius q̄ conſul reipubli. male geſſit bello pūico
ſecūdo. cū tribunus plebis eſſet inuito ſenatu. &
oio cōtra uolūtatē omniū optimatū per ſeditōem
ad populū legē agrariā ferebat. hūc pater ſuus cō
ciliū plebis habentē de tēplo eduxit. Accerſitur
maieſtatis ītētio ē: maieſtatē miuiſti. qd tribunū.
plebis de tēplo eduxiſti. Depulſio ē. n̄ minui ma
ieſtatē. Queſtio. eſt miuerit ne maieſtatē. Rō i fi
liū quā habebam poteſtatē ea uſus ſum. Rōnis
īfirmatio At ei qui patria poteſtate hoc ē priuata
quadā tribunitiā poteſtatē. hoc eſt populi poteſta
tē īfirmat Miuitis maieſtatem. iudicatio eſt: Mi
nuerit is maieſtatem. q in tribunitiā poteſtatē pa
tria poteſtate utat̄. Ad hāc iudicationem argum̄
tationes omnes afferri oportebit. At ne qs forte
arbitret̄ nos nō intelligere: aliam quoque incide
re conſtitutionem in hanc cauſā eam nos partem
ſolam ſumimus in quā precepta nobis danda ſūt.
Oibus aūt partibus hoc in libro explicatis quis:
omni ī cā ſi diligenter attendet. omnes uidebit cō
ſtitutōes & earū partes & controuerſias. ſi q̄ forte
in eas incident. nā de oibus preſcribemus. primꝰ
ergo accuſatoris locus eſt eius nois: cuius de ui q̄
ritur breuis & aperta ex opinione hominum diffi
nitio hoc modo. Maieſtatem miuere eſt de digni/
tate. aut amplitudie. aut poteſtate populi. aut ho
rum quibus populus poteſtatem dedit aliquid de
rogare. Hoc ſic breuiter expoſitum pluribus uer
bis eſt & oratōibus confirmandū. & ita ut deſcri
pſeris eſſe oſtendendū poſtea ad id quod definieriſ
cōmuni loco confirmare. per quem ipſiꝰ fci atro/
citas aut indignitas. aut oio culpa cū indignatio/
ne augeatur poſt erit infirmāda aduerſariorū de
ſcriptio. Ea autem infirmabitur. ſi falſa demōſtra
bitur: hoc ex opinione nominum ſumetur. cum
quemadmodum & quibus in rebus homines in:
conſuetudine ſcribendi aut ſermocin ndi eo uer/
bo uti ſoleant conſiderabitur. item infirmabitur
ſi turpis aut in utilis eſſet eius deſcriptiōis appro
batio: & que incōmoda conſecutura ſint eo cōceſ
ſo oſtendet̄. id autem ex utilitatis & honeſtatis p
tibus ſumet̄ de quibus in deliberationis p̄ceptis
exponemus. in definitōe noſtra aduerſariorū defi
nitionē conferemꝰ. & noſtrā: uerā hōeſtā utilē eē
demōſtrabimꝰ. illorū cōtra. Quereus āt res aut
maiori: aut miori. aut pari i negocio ſiles ex qbꝰ

oſtendamus quanto uerior. honeſtior utilior ſit noſtra deſcriptio: hæc in ſimplici diffinitione. Se
ſi duæ res pluresue definiēde ſunt. iſta omnia pro definiendarū numero duplicantur. Q uæritur: e
ſæpe fur ſit. an ſacrilegus qui uaſa ex priuato ſacra ſurripuit. uel de ſacro priuata. qm̄ parte accuſato
ris & quid ſit ſacrilegiū. & quid ſit furtū definiēdū, eſt in ſingulis definitionibus.. illa ſupra poſita
præcepta cōplebit. definiet approbabit. deducet. infirmabit. quæ cum fecerit ī definiēdo ſacrilegio
faciet rurſus in definiendo furto mutata tantū tertia parte præcepti. Accuſator. n. q ſacrilegiū uult

affirmet noſtra deſcriptio. T ā ſi res pluref erūt de
finiēde ut ſi querat fur ſit an ſacrilegus q uaſa ex
priuato ſacra ſurripuerit: erit utēdū plurib⁹ defi
nitiōib⁹. Deinde ſimili rōne cā eſt tractanda. ut ſi
fur ē de furto. ſi ſacrileg⁹ de ſacrilegio. loc⁹ autē
cōis in ei⁹ malitiā q nō mō rerū. uerū ēt uerborū
poteſtatē ſibi arrogare conat: ut faciat qd uelit.
& id qd fecerit quo uelit noīe appellet. Deīde de
fenſoris primus locus. itē nominis breuis & aper
ta ex opinione hominū deſcriptio hoc modo. Ma
ieſtatem minuere ē aliqd de republica cū poteſta
tē nō habeas adminiſtrare: Deinde hui⁹ cōfirma
tio ſimilib⁹ & exēplis & rōnib⁹ poſtea ſui facti ab
illa diffinitōe ſeparatio. Deīde loc⁹ cōis. p quē fci
utilitas aut hōeſtas adauget. Deīde ſequit aduer
ſariorū diffinitōis rep̄hēſio. quæ iiſdē ex locis oi
bus quos accuſatori p̄ſcripſim⁹ cōficit: & cetera
poſt eādē p̄ter cōem locū īducēt. loc⁹ āt cōis etit
dfēſoris is p quē īdignabit ſui picl'i cā accuſatorē
n̄ re ſolū cōuertere. uerū et uerba cōmutare cōari
Nā ill qdē cōes loci. q aut calūnie accuſatorum

approbare negare uult furtum. ita de
finitōe ſacrilegii quod p̄bare nitit ute
tur illis ſupra poſitis preceptis. in defi
nitōe uero furti qa furtū negabit ute
tur preceptis defēſori datis. i. ut poſt
definitionē & eius approbationem ſe
parationē ſpeciei faciat a diffinitione.
fiet que ī hoc themate & in eiuſmodi
cōplexione ut definitionē uertat ſimi
liter precepta ēt defenſor. Nā quoniā
furtū p̄bare uult ille q ſe defēdit poſt
definitionē & eius approbationē de
ductionē faciet ad ſpeciē. Cōtra cum
ſacrilegiū definierit qui hoc admiſiſſe
ſe nō uult illic faciet loco tertio ſepa
rationem ſpēi a definitione. Ergo hiſ
modis & p̄tibus definitionem ſuā ac
cuſator implebit. habebit autem com
munē locum ex ipſa definitiua conſti
tutione ſumptū in maliciam eius qui
nō mō rerum. uerum etiā uerborum
poteſtatē ſibi arrogare conetur ut &
faciat qd uellit. & qd fecerit id quo uo
luerit nomine appellet. Exēmplū ge
neris ideſt finitiui. C. Flaminiuſ is qui
conſul. R. hiſtoriam a poſt ſequenti
bus dedit iudicatio eſt ex ratiōe & re
futatione rationis controuerſia. Ad
hanc iudicationem argumētatōes oēſ
afferre oportebit. ad hāc iudicationē
i. definitiuam. ne aliā cum feceris cō
ſtitutionem. hic aliam facies iudicationem. & non cōueniat. hec præcepta quæ nunc finitiui ſtatus
ponimus & earum partes propter qualitatem quæ p̄tes plures hēt & cōtrouerſias legales ſtatus di
cit: maieſtatē minuere: ē definitio ē rei de qua querit pluribus uerbis & rōibus cōfirmādū. Sup̄ior
definitio ē hæc cōfirmatio definitōis. poſtea ad id qd definieris. deductio diſſinitionis ad ſpeciem
hoc ex opinione hominū ſumet quō deſtruat deſcripito diuerſe p̄tis uerā. hōeſtā. utilē demōſtrabi
mus. Cū tria dederit defenſori uitia definitōis. i. falſā: turpē. inutilē. Tria dat accuſatori contra or
namēta definitōis. idē uerā honeſtā: utilē. Vt ēt ex collatōe melior accuſatoris definitio p̄bet. Deī
de ſimili rōne cā tractāda. ut definias. approbes. deducas ad ſpeciē. infirmos definitionē aduerſæ
p̄tis docēdo falſā turpē ī. utilē Cōpares ēt q̄ utilior ē. ul' rliq aut a maiore aut a miore. aut a pari. ſed
in tot definitōibus oia hæc quot res definiēdæ defenſoris ſunt deīde primus ē locus. itē nois breuis
& aperta & ex opiniōe hominū deſcriptio hoc mō. & huic dat q̄ttuor ad actionē definitiōis locos.
Sed in qbuſdā partibus in tertio loco diſcrepauit. Supra. n: in parte accuſatoris hæc quattuor ſunt.
definitio. approbatio proprie definitionis: deductio ī ſpēm propriæ definitōis. deſtructio defini
tionis alienæ. At hic in p̄te defenſoris ē ſimiliter definitio ſiue approbatio eius. & qd mutat ſepatō
definitōis a ſpē de qua querit deſtructio definitionis aduerſe partis defenſoris. Deinde primus lo
cus ē: & reliqua datis oibus locis accuſatori ad ſuā definitionē defenſori quoque ad defenſionem
eiuſdē p̄prios locos tradit: ex qbus primus ē definitio & ipa breuis deinde eius affirmatio. Tertio
loco a definitōe ſua ſepatio eius ſpēi de qua quæritur. poſt quē locū locus cōis infertur p quem facti
utilitas. aut honeſtas auget. Q uē qdē locū hēt etiā accuſator. ſed econtrario ille. n. īdignitatem rei
auget hic utilitatē. Q uarto loco ſequit aduerſariorū definitionis rep̄henſio eadē illa oia retinēs q̄
definitōis rep̄hēſio īcludit. i. ut falſa, ut turpis. ut iutilis doceat fiatq; utrinſq; definitionis ēt a defē
ſore ſil'is cōpatio. Oia: n. defēſor facere poterit ac dicere. q̄ accuſator p̄ter locū cōem eiuſdē accu
ſatoris habebit āt defēſor locū cōem p quē īdignabit accuſatori ſui piculi cā n̄ ſolū res cōuertere ad
uertere Veꝝ ēt uerba mutare cōari. hic ſil'r locus defēſoris ex ipa diffinitiua conſtitutōe ſuſceptus ē
n̄ p̄prius hic locus cōſtōis dfēſoris. nā cē qdē pn̄t alii cōes loci ex cā. ex negocio nati. n̄ ex cōſtōe ut

calumniatorem; ut conqueſtio miſericordiæ. ut indignatio facti. & cetera huiuſmodi. que ex peri
culi magnitudine genita nō conſtitutōis definitiue. ut diximus: ſed ex cōpoſitōe circunſtantie noīa
mus pcreant. ſed hi cōmunes loci nō in oī cā ſunt. ſed in oē genus cauſe īcidūt. hoc ē ī oēs conſti
tutōes incidūt. nō in oēs cās. quas unaqueq̧ habere poterit cōſtitutio. Ac de his locis cōibus peri-
culi magnitudine pcreatis ī cōiecturali cōſtitutōe fecimus mētionē. qui qualeſq̧ ſicut explicantes.
Vtemur autē his & eos īducemus in oratione. cū cāe ipſius neceſſitas flagitabit. ſimilibus exēplis

demonſtrāde. aut miſericordie captande. aut facti
īdignādi. aut a miſericordia deterēdi cā ſumūt ex
piculi magnitudie: nō ex cāe genere ducūt. qua-
re nō in oēm cām. ſed in oē cāe gen9 īcidet: Eorū
mentionē in cōiecturali cōſtitutōe fecimus. In cō
ductōe autē horū locoꝝ cū cā poſtulabit utemur
Cū aūt actio trāſlatōis aut cōmutatōis indigetur
uidet: qd nō aut is agit quē. oportet: aut cū eo q
eū oportet. aut apd quos q̄ pœna: q̄ lege. quo cri-
mine. quo tpe oportet: cōſtitutio trāſlatiua appel
lat hui9 nobis exēpla p multa op9 ſūt ſi ſingula
traſlationū genera q̄rim9 ſed qa rō p̄ceptorū ſimi
lis ē: exēplorū multitudie ſupſedēdū ē. Atq̧ ī nr̄a
q̄dē cōſuetudie mltis de cāis fit ut rari9 īcidāt trā
ſlatōes. Nā & p̄toriis exceptōib9 multe excludūt
actōes & ita cū ius ciuile hēm9 cōſtitutū ut a cā
cadat is q nō queadmodū oportet & egerit Qua
re in iure plerūque uerſantur. ibi eni & exceptōes

& rōnibus. q̄ ad defenſionē ſuā pote
runt pertinere. Ac illa definitōe ſepa
ratio ut ſeparet factū ſuum ab ea defi
nitione. quā habuit aduerſarius. per
quē facti utilitas. aut honeſtas adau
get: Quo mō accuſator ad ſpeciē de
ſcendit ut iungat definitōem ſuā. cū
ſpecie ſit defenſor deſcēdit ad ſpeciē:
ut ſeparet definitōem ſuā a ſpecie. i. a
facto unde qō eſt. & uterq̧ utet loco
cōi: ſed accuſator ut augeat factū p in
dignationē reus utile eē doceat & ho
neſtū. Omnibus locis: quos accuſato
ri pſcripſimus. ut hic curſus cōuertat
in definitionē aduerſarii precepta ſu-
periora. & dicat eā falſam. turpē. in
utilē: Compareт ex minore. maiore
pari: quæ habet. ſ. accuſator. nam &
hic ppriū locū cōem de fine hēbit nā
& extra finē quē poteſt cā ſuggere ha
bere poteſt uterque aliū locū commu
nē. poſt eadē preter communē locū.
i. collatio ipſarū definitionū p mino
ra maiora paria. nā illi qdē commu-
nes loci q in quacunq̧ parte eē poſſūt
cā ſuggente ex periculi magnitudine
non ex cāe genere dicunt. ut non pro
prius ſit locus communis ex fine natus. ſed ex negocii genere cuius circūſtantie p qualitate. uel quā
titate periculi locos communes dabit. n̄ in oēm cām. ſed in oē cāe genus incidūt hi loci commu-
nes qui ex compoſitione negociorū naſcunt. n̄ in oībus cauſis ſunt. quia non oīs cā ſilr̄iter componi
tur. ſed cadūt in oīa genera cauſarū. i. in oēs conſtitutiones. quia quælibet cōſtitutio modo attroci
negociorū compoſitione fingit. modo ſimpliciter componit. Cū aūt actio tranſlationis aut comu
tatōis indigere uidet. Tertia ē cōſtitutio. quæ trāſlatio ē qa ita Tul. ordinē dedit: hec cōmutatio-
nē iudicii cū actione tenet: cū pſona: locus: lex crimen: pœna mutat. uel cætera quæ ſimilia ſūt his
ſingulis ſupponere exēpla & infinitū: & ſuperuacuū ē: uel quia multis modis efficit uel quia omni
bus mōis ad dicendū una p̄ceptio eſt. Oīs aūt trāſlatio apud antiquos tpibus tullianis ī ipſa cārum
actione. aut nō erat. aut carior inueniebatur. Pretores & eni qbus dicebat & iudices cāe dabant &
cōtrouerſiæ. uel agēdi genus īſtituta actione formabāt. ita ſibi perſcribebāt pretor q̄ accuſator qua
reus deberet actōe ut i pſcribēdo qd fieret excipiendoq̧ qd non fieret trāſlatōis cōtrouerſiā actionī
bus auferebat. Erat p̄terea īſtitutū. ut a cā caderet is q nō queadmodū oportebat egiſſet. Ergo ēt pp
hæc forma taliter ad iudiciū ueniebat. Apud ipſū uero p̄torē. cū litis ipſius forma cōponeret. illic
ptes aut excipiebāt aliqd aut ſimplicē actionē accipiebāt. Vn̄ in ipſo ut dixi iure hoc ē apud p̄torem
de mō agēdi cū q̄reret tractaret exceptio atq̧ tranſlatio. cū āt iā litis forma eſſet accepta in iudicio
nulla iā poterat eē trāſlatio. ergo in iudiciis trāſlatio rarius īuenit. Et ſi qn̄ īuenta fuerit ip ſa p ſe pa
rū firmitudīs tenet. aſſumitq̧ uires alia cōſtōne firmari hoc nāq̧ p̄ceptū tullianū ē. trāſlationem ex
alia cōſtōne firmari. Ad quod p̄ceptū exēplū ſubiungit nō ut tranſlatōnē doceat. ſed ut oſtēdat trāſ
lationē alia cōſtōne firmari. Reus parricidii factus pbatis. aliis crībus an damnādus ſit qō eſt. Vtit
trāſlatione reus cū dicit ſe nō parricidii damnādū eſſe. quia nihil īprobatū. ſed aliorū criminum q̄
probata ſint affici oportere ſupplicio. Ac ne eo quidem q̧ non inde iudicium conſtitutum ſit. ita ſi
neq̧ probatorum criminum pœna eſſe debet. quia non inde iudicium conſtitutum eſt. Neq̧ par
ricidii. quia nihil probatum confirmat non eſſe damnandum. Verum tamen purgandis aliis
criminibus p cōiectura opera danda eſt. ut reus nō tāntū tranſlationis utamur. Ergo probatū illud
eſt tranſlationē alia conſtitutione firmari. Subiungit uero exemplum tranſlationis. Cum agit iniu
riarum pręciſa in annis eſt. & is quis præcidit exceptionem ſuam poſtulat. ut in hoc iudicio de ma
leficio non fiat preiudiciū. in hoc genere conſtitutionis præcepta hæc ſunt quæ utrique parti dent.
ut explicent quid fieri ſoleat: a quo: per quos quomodo: quo tempore. quemadmodum.

t.

poſtulantur:& quodãmodo agẽdi poteſtas dat̃ &
omnis cõceptio priuatorũ iudiciorũ cõſtituitur:
Q uæ autẽ in ipſis iudiciiſ rarius incidũt. eiuſmo
di ſũt ut per ſe minus firmitudinis habeãt. Cõfir
mãtur aũt aſſumpta alia aliqua cõſtitutiõe. ut in
quodam iudicio cum uenefici cuiuſdã nomẽ eẽt
delatum & quia parricidiũ ſubſcripta eẽt extra or
dinem eẽt acceptum: cum ĩ accuſatione alia que
dam crimina teſtibus & argumẽtis cõfirmarẽtur
parricidium autem ſolum mẽtio facta eſſe. ut de/
fenſor ĩ hoc ipſo multũ oportet. ut diu cõ ſiſtat cũ
de nece parentis nihil demõſtratũ ſit. indignũ fa/
cinus eẽ ea pœna afficere. cũ qua parricide affici
untur. id aũt ſi dãnaret̃ fieri neceſſe eẽt. quoniam
& id cãe ſubſcriptũ & ea re nomẽ extra ordinẽ ac
ceptũ. Ea igit̃ pœna dãnatõnẽ neceſſario cõſequa
tur. Hic defenſor pœne cõmutatõe ex tranſlatiuo
genere ĩducẽdo totã ĩfirmauit accuſationẽ. Verũ
tamen ceteris quoq; cribus defendẽdis cõiectura/
li cõſtitutõe. trãſlationẽ cõfirmabit. Exemplũ ãt
trãſlatõis in cã nobis poſitũ ſit huiuſmodi. Cum
ad uim faciẽdã qdã armati ueniſſent. armati cõtra
preſto fuerũt: & cui ã eqti romão qdã ex armatiſ
reſiſtẽs gladio manũ precidit. Agit is cui manus
preciſa ẽ iniuriarũ poſtulatis q cũ agit̃ a p̃tore ex
ceptionem extra quã in reũ capitis p̃iudiciũ fiat
Hic his q agit iudiciũ purũ poſtulat. ille qui cũ
agit̃ exceptõem addi ait oportere. Q ueſtio eſt ex
cipiendũ ſit. an nõ. Ratio: Nõ. n. oportet ĩ recupe
ratorio iudicio ei9 maleficij. de quo ĩter ſiccarios
q̃ritur preiudiciũ fieri: infirmatio ratõis eiuſmõi
ſunt iniurie. ut de his indignum ſit non prio quo
q; tempore iudicari. iudicatio. Atrocitas iniuria/
rum ſatis ne cauſa fuit. quare cum de ea iudicetur
de aliquo maiore maleficio: de quo maleficium
comparatum ſit preiudicetur. atq; exemplum qui
dem hoc eſt. in omni autem cauſa ab utroq; que/
ri oportebit. a quo. & per quos. & quomodo. &
quo tempore: aut agit: aut iudicari. aut quid ſta
tui de ea re conueniat. id ex partibus iuris de qb9
poſt dicendum eſt ſumi oportebit: & ratiocinari
quid in ſimilib9 rebus fieri ſoleat: & uidere utrũ

agi. quẽadmodũ iudicari. quẽadmo
dũ ſtatui. qđ utiq; ex ptib; iuris agno
ſcit. de qbus ptibus in qualitate tra/
ctaturus ẽ. debet cr tractari. qd in ſili/
bus rebus fieri ſoleat. Aut. n. ĩ re cau
tũ ẽ id de quo quærit̃: aut ſolet fieri:
aut nõ ſolet. aut ad id qđ in iure ſoli/
tũ ẽ id qđ ſil'e ẽ applicat̃. Deinde p cõ
iecturã tractandũ utrũ malitia agat̃:
aliud cũ aliud ſimiliter. an ſtultitia an
neceſſitate. locus autẽ cõis unus ẽ cõ
tra trãſlationẽ fugere iudiciũ & pœnã
cũ. ſ. qui trãſlatõe utatur. A tranſla/
tione unus locus cõis ẽ perturbari oĩa
ſi non eo pacto agantur quo oportet
hæ ſunt tres conſtitutiones que ſpe/
cies non habent. cõiectura. finis trãſ/
latio. Tranſlationem autem intelliga
mus formã eẽ. ſtatus. ſ. legalis. præ/
ſcriptionẽ uero eãdẽ appellari poſſe.
& eandẽ exceptionẽ. ſed ab oratori/
bus. in iure aũt præſcriptionem dici:
ipſum ppoſitum ius. exceptionẽ autẽ
cũ ius ipſum propoſitũ aduerſus ſe a/
ctor alius excipit ĩterpoſita aliqua cõ
ditione. Sit nobis preſcriptio iniuria/
rum de cæde exceptio. niſi præiudi/
cium facias. Singula tranſlationũ ge
nera quæramus. ut exemplum. quẽ
admodũ alia lege: quemadmodum
alio criẽ. Et ad ſingula. Q uibus trãſ
latio uidet̃ ĩplcri. Sed quia ratio p̃
ceptorũ ſimilis eſt. exemplorum mul
titudine ſuperſedendũ eſt. Cũ. n. pre
cepta in oĩ genere tranſlationis eadẽ
ſint ad diuerſitatẽ fruſtra exẽpla quæ
rent̃. eadem. n. preceptorum ratio in
omnibus tranſlatiõis partibus & ubi
q; ſeruabitur. Multis de cauſis fit. ut
rarius incidant tranſlationes. Q uo/
niam per prætoris formulas actioni/
bus integritas datur. neq; in iudiciis
ulla poteſt eſſe præſcriptio. quæ non
quemadmodũ oportere egerit apud
prætorem. quare ĩ iure plerumq; uer
ſantur tranſlationes ibi enim exceptõ
nes poſtulantur in cauſis autem. aut
raro. aut nũquam priuatorum iudi/
ciorum cauſa conſtituit̃: ideo nõ põt
in iudiciis eſſe tranſlatio. ſed eſt apud
pretorem hic defẽſor pœne comuta
tionem. Q uoniam cum dicit. ñ hæc
pœna afficiendus eſt. ſed tali aliorũ.
criminum probatorum. Cumq; ta
li non oporteat. quia eius crimen nõ
probatum eſt ita ne alia quidem pœ
na affici oportere dicit quæ ſit aliorũ
criminum. unde commutatione pœ
næ uis accuſationis tota tolletur. cæteris quoq; criminibus defendendis que probata dicuntur con
ſtitutione coniecturali tranſlationem confirmabit. ut ĩfirmitatis ẽt ĩ cribus illis. que probata dicũt̃
rei poſſit releuare pſonã. Excplũ ãt trãſlatõis ĩ cã poſitũ nobis hmõi. illud excplũ q; ſupra datũ ẽ ad
b datũ ẽ ut pbaret̃ trãſlatõem alia cõſtitutõe neceſſario cõfirmari. nũc dat excplũ trãſlatõis. poſtla

tis qui cũ agitur a pretore exceptionẽ ne ꝑiudiciũ fiat ĩ hac iniuriarũ dãnatione futuri crĩs qđ de capite ẽ.i.cædis indignũ ſit nõ prio quoq; tpe iudicari.ut ẽt in iudicio iniuriarũ ĩdignũ ſit.nõ ẽt de cæde iudicari id ex ptibus iniuriis de qbus poſt dicẽdũ ẽ qlitate abſoluta.contra eũ q trãſlationẽ inducit q accuſatur iniuriarũ. A trãſlatõe aũt oĩum fore pturbationẽ hoc ẽ a pte ea quæ utiẽ trãſlatõe.nã illa ſupior cõtra tranſlationẽ.Q uo pacto oporteat.hoc ẽ ſi aut cũ eo agaẽ qui cũ nõ oporteat.Nũc generalẽ conſtitutionẽ & ptes eius conſideremus.Generaliſ hoc ẽ qlitatis cõſtitutõis ꝓcepta ſupponit.cuius ſpecies duas eſſe dixit iudicialem:& negocialẽ.Duas.n.deliberatiuã & demonſtratiuã ĩ priori libro ſuſtulit.Ac nũc prius de negociali tractat.qm̃ ſimplex eẽ noſciẽ.iuridicialẽ ĩ ſpẽs ẽ diſtributa.Hæc negocialis hẽt litẽ cũ qõ eſt ꝙ eẽ debeat. Q uod colligiẽ ex iure iã cõſtituto.quũ id ſit hũdũ.unde cõtrouerſia ẽ.Suppõit exẽplũ ꝙ ſecũdi heredes ſibi eã hæreditatẽ uẽdicẽt q uenerit pup illo.q ſibi uendicant agnati. Facit intentionem agnatorum.deinde depulſionẽ heredum ſecundorum. Tunc queſtio eſt. quorum ſit hereditas. Affert rõnem a ſecundis hæredibus.ꝙ unius pecuniæ heredes diuerſi eẽ nõ pñt.Fit refutatio.ſed nõ eſt una pecunia. Erit iudicatio an una pecunia ſit.Hic admonet poſſe in una & ſimplici conſtitutõne ĩueniri plurimas rõnes.refutatões ꝙ rõnum.& itẽ iudicatiões.ut in hac cã.nam cũ rõ ſit tñ poſſe plurimis de cauſis unius pecuniæ heredes eẽ diuerſos.cũq; in ſuperioribus refutatio fcã ſit non eſt una pecunia. Omiſſa hac refutatõe alia refutatõ ſupponi poteſt Vt dicatur eſſe poſſe unius pecuniæ heredes plures diuerſis de cãis Et a pte in ipſo Tul.poſitum eſt quæ rõnes Dat ãt huic conſtitutioni locos ad argumenta cõiter utriq; pti.uel oibus ptibus.ſi plures exiſtẽt.ut ius.uñ cõſtet cõſiderent.cõſtat ãt ex tribus duci natura conſuetudine ſequẽter deinde lege.poſtremo naturã eius diuiditi ſex ptes qs ipe ptitus ẽ.& deſiniuit.itẽ cõſuetudinis certas ſpẽs a pretoribus poſitas dereliquit.Res firmiſſimas ſubiecit pactũ.par.iudicatũ legitimũ aũt iuris ſciam ediſcendis legibus reliqt. uis & natura & gẽus ipſius negocii q riẽ.Q uale ſit negociũ ĩ tribus his qri tur.natura.genere.iuſtũ:an ĩiuſtũ utile an inutile. An mortuus ẽ q ĩ ſuã tutelam ueniret.ut non poſſet facere te

malitia quid aliud agatur & aliud ſimuletur an ſtultitia.an neceſſitudine:quia alio mõ agere nõ poſſit:an occaſiõe agendi ſic ſit iudiciũ:aut actio conſtituta:an recte ſine ulla re cuiuſmodi res agatur.Locus autem comunis cõtra eũ qui tranſlationem inducit fugere iudicium ac pœnam.quia cãæ deficiat. A tranſlatione aũt oĩum forte pturbationẽ.ſi nõ ita res agantur:in iudiciũ ueniant. quo pacto oporteat.hoc eſt ſi aut cum eo agaẽ q cum nõ oporteat alia pœna.alio crimĩe.alio tẽpore.atq; hãc rõnẽ ad perturbationẽ oĩum iudicioꝝ pertinere. Tres igiẽ hæ cõſtitutiones. quæ partes nũ hẽnt ad hũc modũ tractabũẽ.Nunc generalẽ cõſtitutionẽ & ptes eius cõſidereus.cum facto & facti noĩe cõceſſo:neq; ulla actõis illata cõtrouerſia uis & natura & genus ipſius negocij quæritur cõſtitutionẽ generalẽ appellam⁹.Huius prias eẽ duas ptes nobis uideri dixim⁹ negocialẽ.& iuridicialẽ.Negocialis ẽ quæ ĩ ipſo negocio iuriſ.ciuilis hẽt ĩplicitã cõtrouerſiã.Ea ẽ hmõi qdam pupillũ heredẽ fecit.pupillus ãt ante mortuus ẽ q ĩ ſuã tutelã ueniret de h reditate quæ uenit pupillo.inter eos q prĩs pupilli ſũt hæredes ſecundi & agnatos pupilli cõtrouerſia eſt:Poſſeſſio hæredũ ſecũdorũ ẽ.intentio eſt agnatorũ.noſtra pecunia ẽ de qua is cui⁹agnati ſum⁹teſtat⁹nõ eſt.Depulſio ẽ ĩmo nrã q heredes ſecũdi teſtõ patris ſum⁹. quæſtio eſt utrorũ ſit.Rõ eſt.pater.n.& ſibi & filio teſtamentũ ſcripſit.dũ is pupill⁹eſſet.Q uare quæ filij fuerũt teſtamento patris noſtra fiant neceſſe eſt.infirmatio rõnis ĩmo pater ſcripſit & ſecũdi heredem nõ filio.ſed ſibi iuſſit eſſe.Q uare preter q quod ipſi⁹fuit teſtõ illius ueſtrũ eſſe nõ põt.Iudicatio poſſit.ne qſq de filij pupilli re teſtari an heredes ſecũdi ipſi⁹patriſfamilias nõ filij quoq; eiuſ pupilli heredes ſint. Atq; hoc non alienum eſt qđ ad mlta ptineat.aut nuſq aut uſqueq dicaẽ hic admonere. Sunt cãe que plures hñt rõnes ĩ ſimplici conſtitutione qđ ſit:cũ id qđ factũ eſt. aut qđ defendiẽ plurimis de cauſis rectũ.aut ꝓbabile uideri põt.ut in hac ipſa cã. Supponiẽ ab heredibus hec rõ. Vnus.n.pecunia plures diſſimilib⁹ de cauſis heredes eſſe non poſſunt:nec nunq factum eſt. ut eiuſdem pecunie alius teſtamento.ali⁹ lege heredes eſſent.infirmatio autem hec erit ñ eſt una pecunia:ꝓpea quod altera pupilli iamerat aduenti

ſtame ntũ. quia minor eẽt. Cuius agnati. i. petitores. De qua is cuius agnati ſumus teſtatus non. eſt ideſt pater pupilli. uel pupillus ipſe. Ratio eſt rõ quæſtionis eorũ q̄ poſſeſſores ſunt. pater. n. & ſibi & filius teſtamentũ ſcripſit. q̄ diu nõ licebat filio ſcribere teſtamentum. ĩfirmatio rõnis a pte petitoris non filio. Si extrinſecus aliud aliunde filius haberet. Sed ſibi iuſſit eſſe. i. rebus ſuis ſubſtituit iudicatio ex ratione & refutatione rõnis. poſſit ne q̄ſq̄ de filii pupilli re teſtari. q̄ nõ ipſe haberet & q̄ non pupillus aliunde quæſiſſet. An heredes ſecundũ ipſius patriſfamilias. non filii quoq; eius

tia cuius heres nõ illo ĩ tempore ĩ teſtamẽto quiſ q̄ ſcript⁹ erat. ſiquid pupillo accidiſſet. & de altera patris ẽt nũc mortui uolũtas plurimũ ualebat quæ iã mortuo pupillo ſuis heredibuſ cõcedebat iudicatio eſt una ne pecunia fuerit. Ac ſi hac erũt uſi ĩfirmatõe poſſe plures eẽ unius heredes pecuniẽ diſſimilib⁹ de cãis. de eo ipſo iudicatio naſcit̃ poſſit ne eiuſdem pecũie plures diſſimilibus generibus heredes eẽ. Ergo una ĩ cõſtitutione ĩtellectum eſt qũo & rõnes & ſõnum ĩfirmatões & propterea iudicatões plures fiãt. Nũc unius generis precepta uideam⁹. Vtriſq; aut ẽt oĩbus ſi plures ambiget. ius. ex us rebus bn cõſtet. ẽ cõſideradũ. initiũ ergo eius ab natura ductũ uidet̃. Quedã aũt ex utilitatis rõne. aut perſpicua nobis. aut obſcura in cõſuetudine ueniſſe uidet̃. poſt ãt approbata quedã aũt a cõſuetudie. aut a uero utilia uiſa legibus rẽ firmatã. Ac nature qdẽ uis ẽ quod nobis nõ opinio. ſed que iã ĩnata uis afferat ut religionẽ: pietatẽ: gratiã. uidicatõem. obſeruãtiam ueritatẽ. Religionẽ ea que ĩ metũ. & cerimoniam deorũ ſit appellãt. pietatẽ que erga patriã. aut parẽtes: aut alios ſanguĩe iũctos: officiũ ſeruare moneat. Gratiã que in memoria & remuneratiõe officiorũ & honores. & amititiarũ obſeruãtiã teneat. uindicatõem per quã & cõtumeliã defendẽdo. aut ulciſcẽdo propulſamus a no qbis & a noſtris cari nobis eẽ debent. & per quã peccata punimus. obſeruantiam per quã etate. aut ſapiẽtia: aut honore aut aliqua dignitate antecedentes ueneramur: & collius. ueritatem. per quã damus operã ne quid aliter quã cõfirmauerimus fiat: aut factũ aut futurũ ſit. ac nature qdem iura minus ipa querunt̃ ad hãc cõtrouerſiam. Q đ neq; in hoc ciuili iure uerſãt̃: & a uulgari intelligẽtia remotiora ſũt: ad ſimilitudinẽ uero aliquã: aut ad rẽ ãplificandã ſe pe ſũt inferẽda cõſuetudinis aũt ius eẽ putẽtur id quod uolũtatẽ omniũ ſine lege uetuſtas cõprobarit: in ea aũt quedã ſunt iura ipſa iam certa pp uetuſtatẽ: quo in genere & alia ſũt multa & eorum multo maxima pars quam pretores edicere con

pupilli heredes ſint. quia hæres cũ dr̃ eius eſt ſecundus qui hereditatem remiſit. Vnde hæres eſſe non poteſt niſit eius cui ſecundus heres ẽ. Eius autẽ heres non poteſt eẽ cui nõ eſt ſecũdus iudicatio una ne pecunia fuerit. Aut ſi hac erũt uſi ĩformatõe Duas infirmationes poſuit ex pte petitorum. i. agnatorum contra unam rationem: poſſeſſorum. hoc eſt heredum ſecundorũ q; diceret unius pecunie plures hæreds. diſſimilibus de cãis eſſe non poſſe erit una infirmatio. nõ eſt una pæcunia. item aliam poſſunt unius pecuniæ diſſimilibus de cauſis diuerſi heredes diſſimilibus generibus heredes eſſe. ut alius teſtamento. alius lege. alius agnatione. nunc huius generis præcepta uideamus. Exemplũ dedit qualitatis & negocialis. Dedit & præceptum qũo rationes multe eẽ poſſent. Nunc ſubiungit in hanc negocialem qualitatem quemadmodũ & unde argumenta ſociãda ſunt. utriq;. i. petitori & poſſeſſori. aut etiam omnibus ſi plures ambigent. Si plr̃es contra unum poſſidentem petant. ut non duæ partes ſint. ſed plures. initiũ eius ergo ab natura ductum uidetur. ut conſtet ius natura. uſu lege omnium autem trium ſupponit partes. Quædam autem ex utilitatis ratione ut perſpicua nobis. aut obſcura. interdum. n. conſequimur conſuetudinẽ. Hoc quia conſuetudo. non quia ſcimus utile eẽ quod ſequimur. poſt autem probata quadam aut a conſuetudine. aut a uero: A cõſuetudine quoniam conſuetudo eſt aut a uero. qm̃ ratio eius per ſpecta eſt: & utilitas uiſa Vindicationẽ pro uindicta. pro ultõne ad hanc controuerſiam. i. cauſa genus iudiciale. Conſuetudine autẽ ius eſſe putant id quod uoluntate oĩum ſine lege uetuſtas cõprobarit: Finitis ptibus iuri naturali ſuppoſitis. nũc conſuetudinis iuri ptes ſubiicit. Volũtate oĩum ſine lege uetuſtas cõprobarit ut prudẽtiam ratio. auctoritate data cõſuetudini. de conſuetudine ĩ poſteros miſerit legẽ. Quædam ſunt iura ipſa iã certa pp uetuſtatẽ: ut puta maioribus aſſurgat: ius ſit hoc. ſed conſuetudis



IOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Multo maxima pars, ꝗ prætores dicere conſuerũt. Nõ ex legũ præceptis & iuſſionis. ſed ex con
ſuetudine quæ proponat a pretoribus ex bono & æquo. par quod in oẽs æquabile ẽ. ut ꝗ proponit
aliqd tale proponat, ut quo iure aliũ teneat: hoc ſe alliget. iã iure legitimã ex legibus cognoſci opor
tebit Hæc quæ dicta ſũt de cõſuetudine tractata ſũt. Nunc cũ ſupereſt ius legitimum cognitionẽ eius
ad eos tranſtulit ꝗ legitima iura fecerũt. His ergo ex ptibus iuris quod aut ex ipſa re: ut ex ſimili aut
maiore minoreue naſci uidebiẽ. Diuiſo iure oĩ ĩ naturã: cõſuetudinẽ: legis dat precepta. ut argumẽ
ta ſummamus: uľ que ex ipſa re ſumũ
tur uel que ex ſimili. aut maiore. aut
minore. locos aũt cões dare ſe negat
poſſe certos ĩ ſingulas conſtitutiones.
Et enĩ cũ duo genera ſũt. quorũ alte-
rũ rei dubiæ approbationẽ ducendæ
generalẽ tractatũ habet. alterũ rei cer
tæ cõtinet ãplificationẽ neceſſario cãe
ipſius facultas ſuggerit. ſi qd amplifi
cationis, aut ĩdignatõis conqueſtionis
ꝙ naſci. Sed qm̃ in negociali q̃litate
iuris de iure tractatus ẽ: erunt loci cõ
munes uel ab auctoritate iuriſperito-
rũ uel cõtra eorũ auctoritate. Hæc de
negociali. Subiungitur iudicialis que
ipſa cũ genus ſit ĩ duo diuiditur in ab
ſolutã & aſſumptiuã. Abſolutæ ſup-
ponit exemplum qd tropheũ aheneũ
contra morem poſt uictoriam grai
de grais ſtatuerunt: facit intentionem
& depulſionem. ſupponitq; ratiõem
poſtea. ſed abſolute conſtitutõis ut na
ſcať iudicatio. iuſte fecimus. qa eter-
nũ uirtutis nr̃e monumẽtũ relinquere
uoluimus. Sin aũt dicať iõ aheneũ qa
meruiſtis: erit rõ de relatiua qualitate
Vñ itelligĩus ĩ unã cãm cõſtitutõis in
cidere poſſe plurĩas prĩcipales. Verũ
ẽt abſoluta q̃litas eoſdẽ hẽbit locos ar
gumẽtorũ. Quos negocialis ex pti-
bus iuris naturæ: an utilitatẽ ſuã con-
ſuetudĩs legũ. ſed ĩ abſoluta ipſa iura
ꝑferius ut factũ defẽdas. uel lege uel
cõſuetudĩe. uel natura ĩ negociali aũt
hæc iura ꝑferũť. ut poſſit cõſtitui quo
iure eẽ dĩcat id de quo negociũ ẽ. qa
eius cõſtõnis ad futurũ ſpectat ĩtẽtio:

ſueuerunt. Quædã aũt genera iuris iã certa con
ſuetudine facta ſunt. Quod genus pactũ. par. iu
dicatum. Pactũ eſt quod inter aliquos conuenit.
quod iã ita iuſtũ putať. ut iure præſtare dicatur.
Par quod in oĩ æquabile ẽ. iudicatũ de quo iã añ
ſnĩa alicuius. aut aliquorũ cõſtitutũ ẽ. iã iura le-
gitĩa ex legibus cognoſci oportebit. His ergo ex
ptibus iuris qcq̃d aut ex ipſa re. aut ex ſimili aut
ea maiore: aut ex mĩore naſci uidebitur quiſq; at
tendere. atq; eligere ptentãdo unãquãq; ptem iu
ris hẽbit. Locorũ aũt cõium. quoniã ut añ dictũ
duo ſũt genera. quorũ alterũ dubiæ rei alterũ cer
te cõtinet amplificationẽ qd ipſa cã det. & qd au-
geri per cõem locũ poſſit. & oporteat cõſiderabiť.
Nã certi qui in oẽs incidãt locis preſcribi nõ poſ
ſunt in plæriſq; fortaſſe ab auctoritate iuriſcõſul
torũ. & cõtra auctoritatẽ duci oportebit Attendẽ
dũ eſt ãt in hac & in oĩbus nũ quos locos cões pre
ter eos quos exponimꝰ oſtendat Nũc iuridiciale
genꝰ & ptes eius cõſideremꝰ. iuridicialis eſt in q̃
æqui & iniqui natura. & p̃mii. aut pœnæ rõ quæ
ritur. Huiꝰ ptes ſũt duæ. quarũ alterã abſolutã.
alterã aſſumptiuã nomiamꝰ Abſoluta ẽ quæ ipa
in ſe nõ ut negocialis ĩplicite & abſcondite ſed pa
tentius & expeditius recti: & nõ recti queſtionem

aut ex ipſa re: aut ſĩli maiore minoreue naſci uidebiť. At ĩ iure poſita ẽ hæc ſpẽs: quæ quæriť liti:
aut ex eo qd ĩ iu. ẽ ad hoc negociũ. ſĩlitudo traduciť dubiæ rei theſis. ſ. certe cõtinet amplificatio
nẽ locis cõĩbus iã reprobata argumẽtũ facies. illud. n. ad huc ĩ qõnẽ ẽ ꝙ augeri p cõem locũ poſſit.
& oporteat cõſiderabiť. De re pbata locũ cõem. p argumẽtũ nõ theſis. Nã certi q ĩ oẽs ĩcidãt loci
deſcribi nõ pñt in ſingulas cõſtõnes certi loci pprii dari nõ poſſunt. Merito ergo & ĩ negociali. qm̃
tñ in negociali de iure tractať loci cões hic eẽ pñt cõtra auctoritatẽ iuriſpitorũ. Nũc iuridiciale ge-
nus. ipſa. n. ẽ quæ diuidiť. Abſoluta eſt quæ ipſa ĩ ſe nõ ut negocialis ĩ negociali: quæriť qd eẽ de
beat iuris ĩ abſoluta qd ẽ iuris. Nõ ut negocialis. negocialis. n. ñ habet ius certũ. ſed quæritur de eo
iure ꝙ eẽ debeat ĩ negocio preſenti. Abſoluta ẽ quæ ipſa ĩ ſe nõ ut negocialis: in negociali q̃litate
ius efficiť. ſnĩa iudicis in abſoluta ꝙ poſitũ ius & notũ ẽ ab oratore ſumiť. implicite & abſcõdite qa
adhuc incertũ eſt. & queritur qd eſſe debeat. in hanc argumẽtatões & hiſdẽ locis ſumẽde ſũt. atq; ĩ
cãm negocialẽ de qua ante dictũ ẽ. ut ex ptibus iuris nature cõſuetudinis legũ argumẽta ſumamus
hoc tñ cũ de ĩ negociali hec ſint. Diſtat abſoluta ab negociali. ꝙ illatus aſſumit ut ꝓbet quẽadmo
dum nouũ ius eẽ poſſit de quo queritur. Abſoluta ãt ipa iura. ut ꝓbet factũ. Aſſũptiua igitur tũc dř
cũ ipm ex ſe factũ probari nõ põt. Aſſũptiue qualitatis p̃cepta tractaturus docet qd ipſa ſit. Et eius
ptes quatuor ſupponit. Ac primã cõpenſationẽ q̃ & cõparationẽ appellat. huius exẽplũ ſubiicii. im
peratoris eius ꝗ inſtrumenta & arma tradiderit. ut exercitũ ab obſidione hoſtiũ liberaret. hic qm̃
finitiuus ſtatus eẽ potuit. quid ſit lædere maieſtatẽ: Certi. n. nominis reus ẽ. huius cõſtitutionis id
eſt finitiue tractatu omiſſo ipſam conſiderat cõpenſationẽ. Ac precepta hæc cõſtituit. ut ſi qd per

contiet ea ē huiuſmōi. Cū thebani lacedęmōios
bello ſupauiſſent: & fere mos eſſet graiis: cū iter
ſe bellum geſſiſſent: ut hi qui uiciſſent trophæū
aliquod in finibus ſtatuerent uictorię mō in præ/
ſentia declarandæ cā nō ut i ppetuū belli meōria
maneret: æneum ſtatuerūt tropheū: Accuſantur
apud Amphitriona .i. apud cōe græciæ cōſiliū.
Intētio ē nō oportuit. Depulſio ē oportuit. Q ō
ē oportuerit ne: Ratio ē: cā .n. ex bello gloriā uir
tute pepimus: ut eius æterna iſignia poſteris no/
ſtris reliquere uellem⁹. Infirmatio ē. at tñ ęternū
inimicitiarū monumētū graios de graiis ſtatuere
non oportet. Iudicatio ē cum ſūmę uirtutis cele/
brandæ cā graii de graiis aeternum inimicitiarū
monumentum ſtatuerint: recte ne an cōtrafecerit
Hanc ideo ratione ſubiicimus: ut hoc cāæ genuſ
ipſum de quo agimus cognoſceret'. Nā ſi eā ſup/
poſuiſſemus qua fortaſſe uſi ſunt. non .n. iuſte:
neq; pie: bellū geſſiſtis in relationem criminis de/
laberemur: de qua poſt loquemur. Vtrunq; autē
cauſæ genus in hanc cām incidere pſpicuū eſt. In
hanc argumtationes & iiſdem locis ſumendę ſūt.
Atq; in cām negocialem de qua ante dictum eſt.
Locos aūt cōmunes & ex cā ipſa ſi qd inerit indi/
gnationis: aut conqueſtionis & ex iuris utilitate:
& natura multos: & graues ſumer' licebit & opor
tebit: ſi cauſae dignitas uidebit' poſtulare. Nunc
aſſumptiuam partē iuridicialis cōſideremus. Aſ
ſumptiua igitur: tūc dicit': cū ipſum ex ſe factū
probari non poteſt: aliquo aūt foris adiuncto ar/
gumento defendit'. Eius ptes ſunt quattuor. Cō
paratio. Relatio criminis. Remotio criminis. Cō
ceſſio. Cōparatio eſt cum aliquod factū quod per
ſe ipſū nō ſit probandū ex eo cui⁹ id cā factū ē de
fendit'. Ea ē huiuſmodi. Quidā ipator cū ab ho
ſtibus circū obſideret': neq; effugere ullo mō poſ
ſet depactus eſt cum hoſtibus: ut arma & impedi
menta relinqueret: milites educeret. itaq; fecit Ar
mis & ipedimtis amiſſis praeter ſpem milites con
ſeruauit. Accuſatur maieſtatiſ: incurrit huic deffi
nitio: ſed nos hūc locū de quo agimuſ cōſiderm⁹
intentio eſt: nō oportuit: arma & ipedimenta reli
quere. Depulſio eſt: oportuit. Quaeſtio ē: opor
tuerit ne. Rō ē: milites .n. oēs piſſet. infirmatio ē
aut cōiecturalis: nō piſſet: aut altera cōiecturalis
nō ioeo feciſti Ex qbus ſūt: iudicatiōes piſſet ne:

coniecturam tractādū ſi prima parte
tractetur: uel hoc nō obfuiſſe uel hoc
non futurū fuiſſe: propret quod iſtud
unde reus ſit dicatur eſſe cōmiſſum.
Iſta coniecturalia ſunt. Itē ſi definitio
fuerit cū alio qui certi nōis reus ē trāſ
ferenda. Huc ſunt oīa quæ ſunt defini
tionis moneto; nūc alterā: nūc utrāq;
cōſtitutionē .i. & finē & cōiecturā in
prima pte tractari. & itē alias tractis
ſ. huc rōnibus: ſingularū: & cōfirma
tionis. & infirmationis. Ipſius aūt cō
penſationis præcepta hæc ſunt: ut cō
paremus id quod admiſſum ē: & p
pter quod admiſſum ē ex ptibus hōe
ſtatis: utilitatis: neceſſitatis: ut neq; fu
iſſe aut honeſtū: aut utile: aut neceſſa
rium: ubi & gradus tangi pōt: non tā
honeſtū: nō tam neceſſariū: quæ ptes
i. utilis: honeſti: neceſſarii: plenius in
telligentur in præceptis deliberatiue.
Sic facta ſepatiōe & eius bñficii quod
præſtitiſſe ſe dicit & eius maleficii qđ
admiſit. Actio poſtrema ducēda ē ad
formā deliberatiue: ut ita agat' quaſi
ſuadeat: aut diſſuadeat orator facien
dum: aut nō faciendū: qm̄ accuſato/
ris ps ē: utiq; ut diſſuadeat. Defenſor
uero hæc oīa cōtraria actione conuer
tit: cum ille cōiectura uſus fuerit con
iecturaliter reſpōdeat. Item contra ſi
dem aſſumat argumēta officii: Ipſius
aūt cōpenſationis contrarias ptes tene
bit: ut doceat utile honeſtū: neceſſari
um fuiſſe quod fecerit. Aut tātope p
gradū utile fuiſſe honeſtū neceſſariū.
Loci cōes ab accuſatore erūt duo: i eū
qui de turpi facinore cōfiteat': & quæ
rat aliquā defenſionē. & alter ipſius i/
utilitatis & turpitudis expreſſio cū in/
dignatione. Ad defenſorē treſ ſunt ni
hil per ſe turpe: aut inhoneſtū putari:
niſi animo facientis conſiderentur.
Alter amplificatio beneficii præſtiti.
Tertius expoſitio ipſius & periculi &
beneficii. Ex quibus iudicationes duæ
ſcilicet iudicationes coniecturales.

Aut hæc com paratiua: cūius nunc in
digemus. Hæc iudicatio ꝑpria ē ipſiꝰ
cōpenſatiue conſtitutionis. Hoc cāæ
genus compēſatiuū. ſ. oportebit adhi
bere cæterarū quoq; conſtitutionū rō
nem: atq; præcepta: ſi tamē incidant
cæteræ conſtitutiones. Iſtæ. n. cōſtitu
tiones: quæ in aſſūptiua ſūt qualitate
poſſūt: præcedentes oēs cōſtitutiones
recipere: ut hæc nūc quæ cōpenſatio
nis ē: habet et finē et cōiecturā: Ideo
quæcūq; genera ſūt quæſtionū ſuis cō
ſtitutiōibus tractāda ſūt. Ac maxime
cōiecturis faciendis: ut per cōiecturā
quæ quaſi incidens eſt cōpenſatio illa
tollatur: qua is qui accuſatur maieſta
tis utitur dicens piturū fuiſſe exercitū
niſi arma cōcederet hi qui accuſabūt
cōparabūt: ut piturū fuiſſe exercitū ne
gamus: qd̄ ſumit hic qui arma ꝑdi/
dit et inſtrumēta. Aut ſi alia ratione.
Quoniā ſupius duas rōnes et duas iu
dicationes poſuit cōiecturales: non fu
turum fuiſſe: ut piret exercitus: et non
hoc aīo factum: ideirco hic eādem
rationē reperit: ut coniecturā dicat in
hanc conſtitutionem tractādam. Ex
coniectura ī cōſtitutione ſumetur.
Quia partibus ſuis: ipſa tractanda ē.
Sin aūt certo noīne maleficii ut nunc
certo noīne reus eſt maieſtatis. Poteſt
. n. ſine certo noīe reus eſſe & nō ſta/
tim ad definitionē aſtringit᷑ cum crīs
nomē nullum uidet᷑ abiectū. Sin aūt
certo noīe maleficii uocabit᷑ ī iudiciū
Iam hic incipit īcidentis ad hoc the/
ma alterius ſtatus. i. finis quē ſtatum
finem: & ſupra poſuit dicendo: quid
ſit maieſtatem minuere: præcepta tra
ctare. Sin aliud quoq; aliquod genus
quarumlibet conſtitutionū: uel præ/
cedentium: uel ſequentium quāpluri
mis infirmet rōnibus: ut dicat nō fu/
turum fuiſſe: ut periret exercitus: Aut
aliter non hoc aīo feciſti: ſed ut pde
res feciſti. Deinde oportet accuſatorē
illud quod ipſe arguat ab eo quod de
fenſor comparet ſeparare. Poſt illa ſu
periora etiā hoc dicere oportebit ac/
cuſatorem contendere comparare.

& ideo ne fecerit aut hęc cōpatiua: cuius nūc idi/
gemus. At. n. ſatius fuit amittere milites q̄ arma
& ĩpedimēta cōcedere hoſtibus. Ex qua iudicatio
naſcit᷑: cū oēs pituri milites eſſent: niſi ad hāc pa
ctionem ueniſſent: utrū ſatius fuerit amittere mi/
lites: an ad hanc cōditionē uenire: Hoc cāæ genꝰ
ex his locis tractari conueniet. Oportebit adhibe
re cæterarum quoq; conſtitutionū rationē: atq; p̄
cepta: ac maxīe coniecturis faciendis infirmare il
lud quod cū eo quod crimini dabit᷑ hi qui accuſa
bunt᷑ cōparabunt. id fiet: ſi aut id quod dicent de
fenſores futurum fuiſſe niſi id factū eſſet: quo de
facto iudiciū ē futurū fuiſſe negabit᷑: aut ſi alia
ratione & aliam ob cauſā: ac dicet ſi reus fuiſſe d᷑
monſtrabitur eſſe factū. Eiꝰ rei cōfirmatio: & itē
de cōtraria pte ĩfirmatio ex coniecturali cōſtitutō
ne ſumet᷑: Sin aūt certo noīe maleficij uocabitur
in iudicium: ſicuᵗ ī hac cā: nā maieſtatis accerſit᷑
definitione & praeceptis definitiōis uti oportebit.
Atq; haec qdem plaerūq; ī hoc genere accidit: ut
coniectura & definitione utendum ſit. Sin aliud
quoq; aliquod genꝰ ĩcidet eius generis præcepta
licebit ac pari rōe transferre. Nam accuſatori ma/
xime eſt elaborandū: ut id ipſum factū pp quod
ſibi reus cōcedi putat oportet᷑: q̄ plurimis ĩfirmet
rōibus. Quod facile ē ſiq plibus cōſtitutionibus
aggrediet᷑ id ĩprobare. ipſa aūt compatio ſepata a
cæteris generibus cōtrouerſiaꝝ: ſic ex ſuaui cōſi
derabit᷑. ſi illud qd̄ cōpabitur aut nō hōeſtū: aut
ñ utile: aut ñ ncm̄ fuiſſe aut ñ tātope utile: aut ñ
tātope hōeſtū: aut nō tātope ncium fuiſſe. deide
oportet accuſatorē illud qd̄ ipſe argu t ab eo qd̄
defenſor cōpat ſepare. Id aūt faciet ſi demōſtrabit᷑
nō ita fieri ſolere: neq; oportere: neq; eē rōnē: qr
hoc pp hoc fiat: ut pp ſalutē militū: ea quae ſalu
tis cā cōpata ſūt hoſtibus tradant᷑. Poſtea cōpare
oportebit cū beneficio maleficiū: & oīo id quod
arguitur cum eo quod factum ab defēſore lauda
bitur: aut faciendū fuiſſe demōſtrabit᷑ cōtendere.
Ex hoc extenuando maleficij magnitudinem ſi
mul ad augere. Id fieri poterit: ſi demonſtrabitur
honeſtius utilius magis neceſſarium fuiſſe illud
quod uitarit reus: quā illud quod fecerit. Hone
ſti autem & utilis neceſſarij ius & natura ī delibe
rationis praeceptis cognoſcet᷑. Deinde oportebit
ipſam illam comparatiuam iudicationem expone

re tanquam cuſam deliberatiuam:& de ea ex deli
berationis præceptis deinceps dicere. Sit.n. hæc
iudicatio:quã ante expoſuimus:cum omnes peri
turi milites eſſent ni ad hanc pactionem ueniſſẽt:
utrum ſatius fuerit perire milites:an ad hanc pa/
ctionem uenire. Hoc ex locis deliberationis qua/
ſi aliquã in conſultationẽ res ueniat tractari opor
tebit. Defenſor aũt quibus in locis ab accuſatore
aliæ conſtitutiones erũt iductæ:in his ipſe quoq;
ex iiſdem conſtitutionibus defenſionẽ cõparabit
cæteros aũt oẽs locos qui ad ipſam compatione
pertinebũt ex contrario tractabit. Loci cões erũt
accuſatoris in eum qui cum de facto turpi aliquo
aut inutili:aut utroq; fateatur. quærat tamen ali
quã defenſionem:& facti inutilitatem: aut turpi
tudinẽ cum idignatione proferre. Defenſoris nul
lum factũ iutile:neq; turpe:neq; item utile:neq;
hoẽſtum putari oportere:niſi quo animo : quo tẽ
pore:qua de cauſa factũ ſit itelligatur: Qui loc9
ita communis eſt:ut bene tractatus i hac cauſa ma
gno ad pſuadendũ momento futurus ſit. Et alter
locus per quem magna cum amplificatione bene
ficij magnitudo ex utilitate:aut honeſtate:aut fa
cti neceſſitate demõſtratur. Et tertius per quẽ res
expreſſa uerbis ante occulos eorum qui audiunt
ponitur:ut ipſi:ſe quo que idẽ facturos fuiſſe ar
bitrentur ſi ſibi illa res atq; ea faciẽdi cauſa p idẽ
tempus accidiſſet. Relatio criminis eſt:cum reus
id quod arguitur confeſſus alterius ſe inductum
peccato iure feciſſe demonſtrat. Ea eſt huiuſmõi
Horatius occiſis tribus curiatibus:& duobus a
miſſis fratribus:domũ ſe uictor recepit. is cũ ani
maduerterit ſororem ſuam: de fratrum morte ñ
laborantem ſponſi autem nomen appellãtem idẽ
tidem curiatis cũ gemitu & lamẽtatione indi gne
paſſus uirginem occidit: accuſatur . intentio eſt:
iniuria ſororem occidiſti. depulſio eſt. iure occidi
ſti. Quæſtio eſt: iure nũ occiderit. Relatio ẽ illa
enim hoſtium mortem lugebat: fratrum neglige
bat:me & populum romanum uiciſſe moleſte fe
rebat. infirmatio eſt: Tamen a fratre indemnatã
necari non oportuit:ex qua iudicatio fit. Cũ Ho
ratia fratrum mortem negligeret:hoſtiũ lugeret:
frĩs & ppłi Rõani uictoria ñ gauderẽt:oportuerit
ne eã a frẽ idẽnatã necari. Hoc i gñe cãæ primũ
ſi qd ex cæteris dabiť cõſtõib9 ſũi oportebit: ſic

Et hoc extenuando maleficii magni/
tudinem adaugere: ut extenues quod
præſtitiſſe ſe dicit augeat qđ admiſit.
Deinde oportebit illam ipſam com
paratiuam iudicationem exponere tã
q̃ cãm deliberatiuã. In oĩbus aſſum/
ptiuis q̃litatibus poſt oĩa argumenta
ex conſtitutiõe q̃ ſunt ꝓpria; locus ex
tremus interponitur quaſi deliberati
uæ cauſæ in q̃ q̃ritur quid faciẽdũ ſit:
ut ex hoc ꝓbeť quid faciendũ fuerit tã
q̃ cãm đliberatiuam: ut nõ iudicialis
cã ſit: ſed deliberatiua: & eodẽ geneř
agatur: quaſi ſola ipſa eſſet. i. cã deli/
beratiua in aliq̃ cõſultationẽ: ut deli/
beratiua nõ iudicialis cã ſit: hoc. n. ẽ
conſultatio. Defenſor aũt q̃bus in lo/
cis ab accuſatore aliæ conſtitutiões in
ducẽtur ſi accuſator coniectura: retor
to contra geneř dicendi cõiectura de
fenſor utetur. Pari genere & finẽ pa/
ri genere etiam comparationẽ ex con
trario tractabit: ut quod ille inutile:
hic utile. quod ille inhoneſtũ: hic ho
neſtũ dicat: & cætera his ſimilia. Lo
ci cões erũt accuſatoris in eum qui cũ
de facto turpi aliquo: aut inutili: aut
utrunq; fateatur: quærat tamen aliq̃
defenſionem: & facti utilitatem: aut
turpitudinem cum indignatione pro
ferre. Relatio criminis ẽ cum reus id
quod agitur confeſſus alterius ſe ĩdu/
ctum peccatum iure ſe feciſſe demon
ſtrat. Secũdam ſpeciem aſſumptiuæ
q̃litatis relationẽ poſuit. Hanc defini/
unt per definitionẽ. Quæ cõſtitutio/
nũc eſt cũ alterius peccato ſe feciſſe re
us dicit q̃cquid admiſit. Huius exem
plum ſubiecit Horatius q ſororem ſu
am flentem interfecit. Et ſubiungit ꝑ
cepta: primum ut ſi qua cõſtitutio an
te ipſam relatiuam tractari poſſit ex
cutiatur circa ipſum qui reus eſt. Non
hoc aĩo feciſti. Hoc utiq; ſic factum ẽ
& incõparatione. Deinde q̃m relatio
refert actus ad alterum ut ſe defendat
dicit. n. feci: ſed ille meruit. Neceſſa/
ria ẽt hic cæterũ conſtitutionũ rõ tra/
ctabitur. Cum. n. cœperimus dicere
ille nõ meruit: & cõiectura eẽ poteſt:
& finis: & quælibet alia conſtitutio.
Ergo accuſator ĩ defẽſiõe eius ĩ quem
reus trãſfert crimẽ: tractabit alias con
ſtitutiões. Hoc pacto fit ut licet relatõ
ſit cõſtitutio. In hanc tñ adhibeamus
alias cõſtitutiões duobus modis. Vel
circa pſonã ipſius rei quo aĩo fecerit:
uel circa pſonã illã ĩ quã reus trãſfert
crim̃. Poſt hæc igř tractãda ẽ ipa rela
tio criſ q̃ ĩ p̃ceptis ab eodẽ ſꝑiectis cu
ius facile ẽ recognoſcere. Vſq; ad illã
artẽ q̃ ſemp ſicut ĩ ſuperiore p̃cepto

traditum eſt propoſitionem hẽt quaſi
deliberatiuã: quæ ex utilitatis hõeſta-
tiſq; ptibus quid agẽdũ eſt quaſi res in
cõſultatiõe ſit: declarat. Defenſor hẽ
bit cũcta cõtraria. Sed ſi incidẽtes cõ
ſtitutiones: alię fuerint oĩa ex earũ di-
uerſa pte tractabit. Itẽ p precepta con
uertendo modum ad ſuã ptẽ argumẽ
tando deducit eũ locis cõibus tam ac
cuſatori q̃ defẽſori datis: quos ipẽ ſup
ponit. Poſtea ſi qua facultas erit ante
relationem cris: & eius argumẽta cæ
teris conſtitutionibus accuſator & reũ
onerare debebit: & illũ defendere in
quẽ reus trãffert crimẽ. Nãq; dici põt
quod feciſti: non hoc animo feciſti.
Q uod eſt alterius cõſtitutionis: dein
de & ille quem meruiſſe dicis aut nõ
meruit: aut non hoc pacto meruit.
Q uod utiq; aliarũ eſt cõſtitutionum.
Ita anq̃ ex præceptis relatiõis aliquid
agimus cõſtitutiõibus reliquis: & cir
ca rei pſonã uti poſſumus: ut eũ ar u
amus: & circa pſonam eius: in quem
crimẽ transfert: ut eũ defendentes re
um accuſare poſſumus. Poſtea trãſla
tionis uti ptibus: præſcriptiõe. Non ti
bi. n. licuit occidere. Deinde negare
audiri oportere: ut dicamus hodie au
diendus tu nõ es: Siquidem & tu illã
quam pũitus es audire noluiſti. Et id
quod iudicatum nõ ſit pro infecto hẽ
ri oportere. Mentiris: quod dicis ſo-
rorem fleuiſſe: quia nõ eſt inde iudi-
catũ. Nunc apud iudices accuſent quã
ſine iudicibus ipſi condẽnarint. Mo-
do crimen ingens poſtea q̃ pœnas ſũ
pſiſti de ſorore. Ac ſi idem facere ipẽ
qui nũc accuſat: ualuiſſe: ne hoc qdẽ
ipſo quicquã opus fuiſſe iudicio: ut &
hic qui Horatium accuſat potuiſſet ſi
ne iudicio illã quaſi peccãtẽ occidere.

in cõparatione præceptum eſt poſtea ſi qua facul-
tas erit p aliquã conſtitutionẽ illũ in quem crimẽ
transferẽ defendere. Deinde leuius eſſe illud: qđ
i alterum peccatum reus trãſferat: quã quod ipſe
ſuſceperit. Poſtea tranſlatiõis partib⁹ uti: & oſtẽ
derẽ a quo & p quos: & quomodo: & quo tpe: aut
agi: aut iudicari: aut ſtatui: de ea re cõuenerit: ac
ſimul nõ oportuiſſe oſtendere ante ſupliciũ: quã
iudicium interponere. Tum leges quoq; & iudi
cia demonſtrãda ſunt: p quæ potuerit id peccatũ
quod ſponte ſua reus punitus ſit morib⁹: et iudi
cio uindicari. Deide negare debebit: audiri opor
tere id quod i criminib⁹ cõferarẽ. De quo is ipſe q
cõferat iudicium fieri noluerit: & id quod iudica
tum non ſit pro infecto haberi oportere. Poſtea i
pudentiam demonſtrare eorũ qui eũ nũc apud iu
dices accuſent: quẽ ſine iudicibus ipſi condẽnarit
& de eo iudicium faciant: de quo iam ipſi ſuplici
um ſumpſerit. Poſtea pturbationem iudicij futu
ram dicemus: & iudices longius q̃ poteſtatem ha
beatẽ pgreſſuros: ſi ſimul & de reo: & de eo quẽ
reuſ arguat iudicarint. Deinde hoc ſi cõſtitutũ ſit
ut peccata homines peccatis: & iniurias iniurijs
ulciſcantur quantũ incõmodorũ conſequatẽ. Ac
ſi idem facere ipſe q nũc accuſat ualuiſſet: ne hoc
quidem ipſo quicq̃ opus fuiſſet iudicio. Si uero
cæteri quoq; idem faciant oĩno iudicium nullum
futurum. Poſtea demõſtrabitẽ ne ſi iudicio quidẽ
illa damnata eſſet: in quam id crimen ab reo con-
feratẽ: potuiſſe hũc ipſum de illa ſuplicium ſume
re. Q uare eſſe indignum eũ qui: ne de dãnata q-
dem pœnas ſumere potuiſſet: de ea ſuplicium ſũp
ſiſſe: quæ ne adducta quidẽ ſit in iudiciũ. Deide
poſtulabit: ut legẽ qua lege fecerit proferat. Dei-
de quẽadmodũ i comparatione pręcipiebam⁹: ut
illud quod comparabatẽ extenuaretẽ ab accuſatorẽ
quam maxime ſit i hoc genere oportebit illi⁹ cul-
pam in quem crimen transferetẽ cum huius ma-
leficio q̃ ſe iure feciſſe dicat compare. Poſtea de-
monſtrãdũ eſt non eſſe illud eiuſmodi: ut ob id
occiſio fieri conueniret. Extrema eſt: ut in com
paratione aſſumptio iudicationis: & de ea per am
plificationem ex deliberationis præceptis dictio.
Defenſor autem quæ per alias conſtitutiones in
ducentẽ ex his locis qui traditi ſunt infirmabit.
Ipſam autem relationem comprobabit: primum

augēdo ei⁹ i quē ferret crimē culpā & audaciā:
& quā maxie p idignationē: ſi res ferret iūcta cū
quæſtiōe aū oculos ponēdo. Poſtea leui⁹ demon
ſtrādo reū punitū: quā ſit ille ꝓmerit⁹: & ſuum
ſuppliciū cū illi⁹ iniuria cōferēdo. Deīde oporte
bit eos locos q ita erūt ab accuſatore tractari ut
refelli: & cōtrariā i ptē cōuerti poſſint. Quo i ge
nere ſūt tres extremi cōtrariis oib⁹ ifirmare. Illa
āt accerrima accuſatoꝝ criminatio p quā ptur/
batiōnē fore oīum iudicioꝝ demōſtrāt: ſi de indē
nato ſupplicii ſumēdi ptās data ſit leuabitur. Pri
mū ſi eiuſmōi demōſtrabit̄ iniuria: ut nō mō ui/
ro bono ueꝝ ēt hoī libero uidea̅t nō fuiſſe tolle/
rāda. Deīde ita pſpicua: ut ne ab ipo qdē q feciſ
ſet i dubiū uocaret̄. Deīde eiuſmōi: ut i ea is ma
xie debuerit aīaduertere: q aīaduerterit ut ñ tā re
ctū: nō tā fuerit honeſtū: i iudiciū illā rē puenire
quā eo mō atq; ab eo uindicari quō & ab quo ſit
uindicata. Poſtea ſic rē fuiſſe aptā: ut iudiciū de
ea re fieri nihil attiuerit. Atq; hic demōſtrandū ē
rōib⁹ & reb⁹ ſi.ib⁹ p mltas ita atroces & pſpicuaſ
res eē: ut de his nō mō nō neceſſe ſit: ſed ne utile
qdem qn mox iudiciū fiat expectare. Loc⁹ com
munis accuſatoris i eū qui cū id qd arguit̄ nega
re nōpoſſit: tñ aliqd ſibi ſpei cōparet ex iudicioꝝ
pturbatione. Atq; hic utilitas iudicioꝝ demon
ſtratio & de eo conqueſtio qui ſuppliciū dederit i
demnat⁹ i eius āt qui ſūpſerit audaciā & crude
litatem idignatio. Ab defenſore i ei⁹ quem uult⁹
ſit audaciā ſui conquæſtione: rem ñ ex noie ipi⁹
negocii ſed ex conſilio ei⁹ qui fecerit: & cā: & tē
pore conſiderari oportere: quid mali futurū ſit:
aut ex iniuria: aut ex ſcelere alicui⁹: niſi tāta &
tā pſpicua audacia ab eo ad cui⁹ famā: aut ad pa
rentes aut ad liberos ptinuerit ad aliq rem quā
carā eſſe oib⁹: aut neceſſe eſt: aut oportet ēe fue
rit uindicata.

De remotione.

Si uero cæteri quoq; idē faciant: oio
iudiciū nullū futuꝝ. ſoritici ſylogiſmi
fecit formā q i ifinitū ſp de itecta rei
definitiōe porrigit̄: ut granū: cumu/
lus: aceruus. Occidit Horatius. Oc/
cideret accuſator. Ita ſp ſine iudicio
erit pœna: potuiſſe hūc ipm de illa ſu
mere ſuppliciū: qſi de ſorore. Et de
ca p āplificatione ex deliberatiōis pce
ptis dictio: ut dicas iuſtū: honeſtū uti
le: uel cōtra: quæ oia i deliberatiōis
præceptis tractāt̄: ut refelli & i cōtra
riā partē cōuerti poſſūt ut cum ſupra
uer bi cā dictū ſit ab accuſatore nō de
buiſſe a frē iter fici ſororē. Dicat hic
magis a frē debuiſſe: ut nē ab ipſo q
dē q feciſſet i dubiū uocaret̄. ut ne/
gare nō poſſet qd admiſiſſet: ꝓ hæc
uictoria romanā lugeret. ex iudicioꝝ
pturbatōe qm̄ nō erat occiſa iudicio:
quæ occiſa ē.

Emotio crimīs ē: cū eius ītētio
facti q̄ ab aduerſario īfert̄ ī aliū
aut ī aliud demouet̄ . Definitio
Hæc tertia ſpēs aſſūptiue q̄litatis r̄mo
tio crimīs dr̄ q̄ definita ē ſic . Cū īten
tio facti remoueret̄ : uel ī aliū : uel in
aliud . ipſa āt remotio nūc rei eſt nūc
cāæ . Sed ſi cā remouet̄ : uel ī hoīem
remouet̄ : uel ī rē . Sin aūt res remoue
tur . tm̄ ī hoīem remouet̄ uel ab hoīe
cāæ remotionē ī hoīem docuit p exē
plū de legato rhodiorꝫ cāæ remotio
nē ī rē ī eodē exēplo oñdit cum dixit
mortuo q̄ſtore ſi legatus uiaticū non
accepiſſet . Verꝫ p̄cepta tradidit q̄bus
uteret̄ accuſator cū argueret eū q cām
facti ī hoīem remoueret . Et ē primū
ut accuſator eū defendat in quē culpa
remouet̄ . Sed ſi hoc nō potuerit di-
cāt hoc īudiciū aliud eē illud aliud de
inde dicat unicuiqꝫ ſuū eē officiū hūc
nō potuiſſe peccare . Illū rerꝫ eē poſſe
nō debere tm̄ cōiūgi defenſione huius
cū illius accuſatiōe . hæc ī remotiōis
p̄tibus ītegris cōplēdis accuſatoris ſūt
Defenſoris āt hæc primū ut q̄cūqꝫ ac
cuſator ex aliis cōſtitutionibꝰ argumē
ta fecerit ſoluat deīde accuſet eū cuiuſ
cā peccaſſe dicit . Deīde doceat ſe ali-
ter facere : nec potuiſſe : nec debuiſſe
non potuiſſe ex utilitatis p̄tibꝰ n̄ de
buiſſe ex honeſtatis de utroqꝫ āt ī deli
beratiuo genere tractabit deīde dicat
aſe oīa facta eē q̄ facere potuerit . per
curret oīa uitæ ſuæ p̄teritæ dicta : fa-
cta cōſilia ut p̄bet ſuā nō fuiſſe culpā
eū hoc nō ipleuerit cū uero cā nō ī ho
minē ſed ī rē remouet̄ oīa eadē præ
cepta accuſatoris & defēſoris erūt .
Excepta uel accuſatiōe hoīs ī quē re-
motio fit : uel defenſiōe rei . Remotō
cū fit dedit exēplū de adoleſcēte qui
porcā tenuit . Remouet . n . a ſe factū
& dicit non fuiſſe ſuæ poteſtatis .

Emotio criminis ē : cū eius ītētio facti quę
ab aduerſario īfert̄ ī aliū : aut ī aliud demo
uet̄ . Id fit bipartito . Nā tū eā : tu res ipſa re
mouet̄ : Cāæ remotiōis : hoc nobis exēplo ſit ro
dii quoſdā legarūt Athēas legati s q̄ſtores ſum-
ptū quē oportebat dari nō dederūt . Legati p̄fe-
cti nō ſūt . Accuſant̄ . Intētio eſt . Proficiſci opor
tuit . Depulſio ē . Nō oportuit . quæſtio ē . Opor-
tuerit ne . Rō eſt . Sumptꝰ . n . qui de publico da-
ri ſolet : is ab quęſtore nō eſt datꝰ . Infirmatio eſt
Vos tm̄ id qđ publice uobis datū erat negocij
cōficere oportebat . Iudicatio ē : cum is qui legati
erat ſumptus qui de publico debebat̄ nō daret̄ :
oportuerit ne eos cōficere nihilominus legatio
nē . Hoc in genere primū ſicut in cæteris : ſi quid
aut ex cōiecturali : aut ex alia cōſtitutione ſumi
poſſit : uideri oportebit . Deinde pleraqꝫ ex cōpa-
ratione : & ex relatiōe criminis : i hanc quoqꝫ cau
ſam conuenire potuerūt . Accuſator aūt illū cu-
ius culpa id factū reus dicet : primū ſi poterit de
fendet . Sin minus poterit negabit ad hoc iudici
um illius ſed huius quē ipſe accuſet culpā perti-
nere : poſtea dicet ſuo quēqꝫ officio cōſulere opor
tere : nec ſi ille peccaſſet hūc oportuiſſe peccare .
deīde ſi ille deliquerit ſeparatim illū ſicut hūc ac
cuſari oportere : & nō cū huius defenſione coniū
gi illius accuſationē . Defenſor aūt cū & cætera
ſi qua ex aliis incident cōſtitutionibꝰ p̄tractarit
de ipſa remotiōe ſic argumētabit̄ . Primū cuius
acciderit culpa demōſtrabit . Deinde cū id aliena
culpa accidiſſet : oñdet ſe aut nō potuiſſe . aut nō
debuiſſe id facere qđ accuſator dicat oportuiſſe .
Quod nō potuerit : ex utilitatis partibꝰ in qui
bus eſt neceſſitudinis uis implicata demōſtrabit
Quod nō debuerit : ex honeſtate conſiderabitur
De utroqꝫ diſtictiꝰ i deliberatiuo genere dicet̄
Deīde oīa facta eē ab reo quę ī ipſiꝰ fuerint p̄tāte
qđ minꝰ quā cōuenerit factū ſit culpa id alteriꝰ
accidiſſe . deinde in alterius culpa exponenda de
monſtrandum eſt quantum uoluntatis & ſtudij
fuerit in ipſo : & id ſignis confirmandum huiuſ
modi ex cætera diligentia ex ante factis : aut di-
ctis atque hoc ipſi utile fuiſſe facere inutile autē
non facere : & cum cętera uita fuiſſe : hoc magis
cōſentaneū quā qđ p̄p alterꝰ culpā n̄ fecerit . Si
āt nō in hoium certum : ſed in rem aliquam cauſa

dimouebit:ut in hac eadem re ſi quæſtor mor/
tuus eſſet & iccirco legatis pecunia nō data eſſet
accuſatiōe alteri9 & culpæ depulſiōe dempta cę
teris ſimiliter uti locis oportebit:& ex cōceſſio/
nis partib9 quæ conuenient aſſumere:de quib9
poſt uobis dicendū erit. Loci aūt cōmunes idem
utriq; fere qui ſupiorib9 aſſumptiuis incident.
Hi tñ certiſſime accuſatoris facti indignatio. De
fenſoris cū in alio culpa ſit:aut in ipſo nō ſit:ſup
plicio ſe rerū affici nō oportere. Ipſius aūt rei ſit
remotio:cū id qd dať crimini negat:neq; ad ſe:
neq; ad officiū ſuū reus pertinuiſſe:nec ſi qd i eo
ſit delictū ſibi attribui oportere. Id cauſæ genus
huiuſmodi. In eo fœdere qd factū eſt quondā cū
ſāitib9 qdam adoleſcens nobilis porcā ſuſtinu/
it iuſſu ipatoris. Fœcere aūt ab ſenatu iproba
to & ipatore ſānitib9 dedito: quidā in ſenatu
eū quoq; dicūt qui porcā tenuerit dedi oportere.
intentio eſt. Dedi oportet. Depulſio ē. Nō opor
tet. Quæſtio:ē oporteat ne. Rō eſt. Nō.n. meū
fuit officium nec mea ptās:cū & id ætatis & pri
uatus eſſem: & eſſet ſumma cū auctoritate &
ptāte ipator qui uideret ut ſatis honeſtū fœd9
ferireť. Infirmatio eſt. Aut.n.quoniā particeps
tu factus es i turpiſſimo fœdere ſummæ religio
nis deditæ cōuenit. Iudicatio. Cū is qui ptātis ni
hil habuerit iuſſu ipatoris in federe & in tanta
religione interfuerit:dedend9 ne ſit hoſtib9 nec
ne. Hoc gen9 cāæ a ſupiore hoc differt:qd i illo
cōcedit ſe reus facere oportuiſſe id qd fieri dicat
accuſator oportuiſſe:ſed alicui rei aut hoi cām
attribuit quæ uoluntati ſuę fuerit impedimen/
to ſine conceſſionis partib9. Nā eorū quædam
maior uis eſt qd paulo poſt itelligeť. In hoc autē
non accuſare alterum. nec culpam in alium trāſ
ferre debet:ſed demōſtrare eā rē nihil ad ſe. neq;
ad ptātem:neq; ad officiū ſuū ptinuiſſe: aut pti
nere. Atq; i hoc generē hoc accidit noui:qd accu
ſator quoq; ſæpe ex remotiōe criminationē cōfi
cit:ut ſi qs eū accuſet q cū ptor eēt i expeditionē
ad arma populū uocarit cū cōſules adeſſēt. nā ut
ſupiore exēplo re9 ab ſuo officio ac ptāte factū
dimouebat ſic i hoc ab ei9 officio: ac ptāte q ac
cuſator:ip ſe accuſator factū remouēdo hac ipſa
rōe cōfirmat accuſationē i hac ab utroq; ex oib9
utilitatis partib9:exēplis:ſignis ratiocinādo q d

facere uel nō facere. Hic naſciť illd no
uum:ut fiat remotio rei nō i hoiem
ſed ab hoie: & exiſtat cōſtitutio ab ac
cuſatore cū dr. Qd feciſti:nō tu face
re debuiſti. Exēplū dedit de ptore q
cū cōſules deberet: populū ad arma
cōuocauit:hic præcepta dat uti expri
mamus qd cuiuſq; ſit ptātis:qd offi/
cii ex utilitatis ptibus & honeſtatis: &
ut hoc pbemus exēplis deide adiūgit
locos cōes ſi q eē poſſunt:aut idigna
tiōis. aut cōquæſtiōis ut uterq; ſibi p
ſuis ptibus ſumat i aliū:aut i aliud de
moueť:aut i pſona:aut i rē de utroq;
diſtinctius: & de honeſto: & de utili
Si nō i hoiem certū:ſed in rē aliq cā
demoueť. hucuſq; i pſonā. nūc i rē cā
remoueť. Accuſatiōe alterius. & cul
pæ depulſiōe adēpta:ceteris ſimiliter
uti locis oportebit. In tua depulſiōe.
Reliqua talia pſeuerāt i rē:qualia fue
rūt i pſonā. Ipſius āt rei ſit remotio cū
id qd dať crimini negat neq; ad ſe:
neq; ad officiū ſuū reuſ ptinuiſſe. nūc
remotio rei. Nā ſupra cāæ docuit re
motionē: & i hoiem & i rē ſed ēmo
tio rei tātū i hoiem ſit: & ſit duobus
modis. Nā nūc remotio ſit rei ab eo
qui reus ē:nūc remotio ſit rei ab eo
qui accuſator ē quod erit nouū ut ſta/
tus ab accuſatore naſcatur. Atque in
hoc genere remotiuæ conſtitutionis
ubi tantum res nō cauſa remouetur.

Onceſſio ē p quā nō factū ipm
pbat ab reo: ſed ut ignoſcat id
perit. Quarta ſpēs ē ī aſſūpti
ua q̄litate cōceſſio. Hāc definit ita: cū
nō factū purgamus: ſed ut igno ſcat
prius. Hāc partit ī duo: ī purgationē
& deprecationē. Et purgationē defi/
nit ita: cū nō factū purgamus ſed uo
lūtatē. Id fieri dicit tripliciter. Si
aut imprudentes faciamus: aut caſu
aut neceſſitate. Imprudentiæ dat
exēplū de uitulo īmolato. Itē caſus de
eo q hoſtias pſto non habuit ad diē
certū. Itē neceſſitatis de roſtrata naui
ī portu ubi non licebat iūcta. Hec tria
exēpla iccirco iūcta poſuit: qa eorꝫ oī
um ſilis preceptio ē. Nāqͣ ut & ī ſupi
oribus: ita & hic primū coniecturali
ter agēdū ab accuſatore. Vt id qđ re/
us negat ſe uolūtate feciſſe: conſilio
factū doceat ac uolūtate. Deīde ſub/
iūgit finitiui ſtatus tractatū. qui ut ſu/
pra docuit q̄druplex ē. definitio bre/
uis. Aſtrictio definitiōis. Et tertio lo
co ſi aſſerit deductio ē definitiōis ad
ſpēm: ſi uero nō aſſerit: ſepatio defi/
nitiōis a ſpē. Quarto loco deſtructio
definitionis ptis aduerſe. Verꝫ hic co
miſſa deſtructione definitiōis ptis ad
uerſæ: reliq̄ tria cōplebūt. Vt breui
ter definiat caſū: īprudētiā: neceſſita
tem. Deinde adiungat ad proba/
tionem definitionis per exempla.

cuiuſqͣ officij iuris: ptātis ſit quæri oportebit: &
fuerit ne ei de quo agit: id iuris officij ptātis at/
tributū nec ne. Locos aūt cōes ex ipſa re ſi quid
īdignatiōis ac cōqueſtiōis hēbit ſumi oportebit.

## De conceſſione.

Onceſſio eſt p q̄ nō factū ipſum improba
tur ab reo ſed ut ignoſcat id petit. Cuius
partes ſunt duæ: purgatio: & deprecatio. Pur/
gatio ē p q̄ eius qui accuſat non factum ipſum
ſed uoluntas defendit. Ea hēt partes tres. impru
dentiā caſum. Neceſſitudinē. Imprudentia ē cū
fuiſſe aliquid is qui arguit negat Vt apđ quoſ
dā lex erat: ne qs dianæ uitulū īmolaret. Naute
quidā cū aduerſa tēpeſtate in alto iactarent. uo
uerūt ſi eo portu quē cōſpiciebāt potiti eſſent ei
deo qui ibi eſſet ſe uitulū imolaturoſ. Caſu erat
ī eo portu phanū dianæ eius qui uitulū imolare
nō licebat. Imprudentes legis cū ęxiſſent uitulū
īmolauerūt. Accuſant. Intentio eſt. Vitulū imo
laſtis ei deo cui nō licebat: depulſio eſt in cōceſſi
one poſita. Rō eſt: neſciui nō licere. Infirmatio ē
Tamē quoniā feciſti qđ nō licebat: ex lege ſup/
plicio dignus es. Iudicatio ē cū id fecerit qđ non
oportuerit: & id nō oportere neſcierit ne ſit ſup/
plicio dignus. Caſus āt infert inconceſſionē cū
demonſtrabit aliqua uis fortunę uolūtati obſti/
tiſſe ut in hac. Cū lacedemonijs lex eēt: ut hoſti
as niſi ad ſacrificiū quoddā redemptor præbuiſſe
capitale eſſet: hoſtias is qui redemerat cū ſacrifi/
cij dies īſtaret ī urbē ex agro cœpit agere: tū ſu/
bito magis cōmotus tempeſtatibus fluui⁹ euro
tas is qui pp lacedemonē fuit: ita magn⁹ & uehe
mens factus eſt: ut eo traduci uictimæ nullo mō
poſſent. redēptor ſue uolūtatis oſtēdende cā ho
ſtias cōſtituit omnes in littore ut qui tranſ flumē
eēnt uider poſſent. Cum omnes ſtudio eius ſubi
tam fluminis magnitudinem ſcirent fuiſſe impe
dimento: tamē quidā capitis accerſierunt. Inten
tio ē. Hoſtie quas debuiſti ad ſacrificiū preſto
nō fuerūt. Depulſio ē cōceſſio. Ratio. Flumē. n.
ſubito accreuit & ea re traduci ñ potuerūt. Infir
matio ē tñ qm̄ qđ lex iubet nō factū ē ſupplicio
dign⁹ es. Iudicatio ē. Cū in ea re cōtra legē redē
ptor aliqd fecerit qua ī rei ſtudio ei⁹ ſubita flumi

nís obſtiterit magnitudo:ſupplicíjs dignꝰ ne ſít.
Neceſſitudo autḗ infertur cū i quadā́ reus íd qđ
fecerit feciſſe defenditur:hoc modo. Lex eſt apud
Rhodíos:ut ſi qua roſtrata in portu nauis depre/
henſa ſit publícetur. Cum magna in alto tē̃peſtas
eſſet uis uentorum inuitís nautis Rhodíorum in
portū nauím coegít. Quæſtor nauim populí uo
cat. Nauís domínus negat oportere publícari. In
tentío eſt. Roſtra nauís in portu deprehenſa eſt:
depulſío eſt conceſſío. Ratio. Ví & neceſſarío ſu
mus in portum coactí. Infírmatio eſt. Nauím ex
lege tamen populí eē oportet. Iudícatío eſt. Cum
roſtratā nauím i portu deprehē̃ſam lex publíca/
rít. Cūqꝫ hæc nauís iuitis nautís ui tempeſtatís i
portum coniecta ſít oporteat ne eā publícari. Ho
rum triū generū iccirco in unū locū contulímus
exempla:quod ſímilís in ea præceptío argumē̃to
rum tradítur. Nam i hís oibus prímū ſi quíd res
ípſa dabít facultatís:cōiecturā̃ induci ab accuſa/
tore oportebít ut íd qđ uolūtate factū negabítur
cōſulto factū ſuſpítione alíqua demonſtretur. De
índe íducere diffinítionem ſuſpítionē neceſſítudís
aut caſus:aut íprudē̃tíæ:& exempla ad eā diffiní
tíonem adiūgere:in qbus prudē̃tía fuiſſe uideat:
aut caſus:aut neceſſitudo:& ab hís íd qđ reus ín
ferat ſeparare:& íd oſtē̃dere difficile:qđ leuíus:fa
cílíꝰ:nō ígnorabile:nō fortuítū:nō neceſſaríū fu
erít. Poſtea demr̃are potuiſſe uítarí:& hac rōne ꝓ
uídere potuiſſe:ſi hoc aut íllud feciſſet: aut ne ſic
feciſſet præcaueri:& diffinítiōibꝰ oñdere nō hanc
íprudentíā aut caſum:aut neceſſitudinē:ſed íner/
tíā:neglígentíā:fatuítatē nominari oportere. Ac
ſi quam neceſſítudo turpítudinē uídebítur haber̃
oportebít per locorum cōmunium implícatíonē
redarguentem demonſtrare quid uís perpeti morí
deníqꝫ ſatíus fuiſſe quam eíuſmodi neceſſitudini
obtemperare. Atqꝫ tum ex hís locis de quibus in
negocíalí ꝑte díctū eſt: íurís & æquítatís naturā̃
oportebít quærere:& quaſí i abſoluta íurídícíalí
per ſe in hoc ípſum rebꝰ oibus ſeparatím conſíde
rare. Atqꝫ hoc in loco ſí facultas fuerít exemplís
utí oportebít:quibus in ſímilí excuſatíone nō ſit
ígnotum:& contentíone magís íllís ígnoſcendū
in ſſe : & ex delíberatíonís partíbus turpe aut ín/
utíle eē concedí eam rem quæ ab aduerſarío com
miſſa ſí & ꝑ magnū eē:& ꝑ magno futurū detri

Tertio loco ſeparet a definitiōe qđ
reus fecit:& id oſtē̃dat eſſe diſſimile
quod ſit eius facinus:nō ignorabile :
non fortuitum:non neceſſarium de/
monſtrabit:poſt hæc potuiſſe uitari:
potuiſſe prouideri. Et id doceat quē/
admodū deinde adſtigat accuſator al
teram definitionē:per quam nomīa
alia ſupponat imprudentiæ:caſui:ne
ceſſitati. Inertiā:negligentiā:fatui/
tatem. Poſt hæc illud adiicit uel excu
tiamus ne forte neceſſitas hūerit tur/
pitudinem. Vt diſputari poſſit mori
melius fuiſſe: ne tantam turpitudinē
ſubiremus. Poſt hec dicit adiungē̃dā
eſſe tractatum de iuris & æqtatis na/
tura de qua & in negociali q̃litate tra
ctatum eſt. Et maxime in abſoluta iu
ridiciali:quæ duæ qualitates ſolis ui/
dentur diſtare temporibꝫ:nā reꝝ tra
ctatu eodem cōtinentur. Poſt hæc di
cit adiungē̃da exempla: ſi tn̄ facultas
dabit i qbus doceamus ſiſi q̄ cauſa ne
ſcio qbus ueniā nō eē cōceſſā:& adiū
gamus illis fuiſſe magis tribuē̃dam.

Poſtrēo ex ptibꝫ deliberatiōis: turpe
& inutile doceamus eē cōcedi: & ma
gnū piculū futurū cū tāta res admiſſa
ſit: ſi nō fuerit a iudicibꝫ uīdicata: cō
tra hæc defēſor cōuerſiōe utet̄ hoꝝ.
Maxīe āt ut defendat uolūtatē: & au
geat qd uolūtati fuit impedimēto: &
doceat nihil āplius ſe potuiſſe facer̄ q̄
fecit: deīde īdicat locū cōem uolūta
tē expectari oportere: deīde ꝯq̄ſtiōem
cū culpa careat: ſe affici ſupplicio cō
mūem hoīum eē īfirmitatē. Loci ue
ro cōes accuſatoris hi ſūt in eū q̄ cōfi
tet̄: & alteri peccādi licētia tribuit̄:
ſi nō de facto: ſed de uoluntate q̄rat̄.
Defēſoris cōq̄ō ē de calamitate ꝙ nō
culpa ſua ſed ui maiore peccarit. Al
ter locus de fortūæ ptāte & īfirmitate
hoīum. Tertius locus aīum nō euē
tum conſiderari. Poſt exēpla atq̄ tra
ctatus admonet: qđ ī oībus exēplis ſu
pra poſitis leges ſint. Vnde neceſſa
rio īcidūt tractatus ēt legales: ſed hoc
negat eē mirādū: ꝙ cāꝝ gñā q̄dā ſim
pliciter explicant̄: q̄dā coniūcta ſunt.
Vñ q̄ oīa ꝑcepta cognouerit: q̄cq̄d p
ſpexerit ī exēplo trāſlatiōe locorū ne
ceſſaria pſequet̄. Nā cum hic & leges
ſint neceſſario: quæ legū ꝑcepta ſunt
cōplere debemus: de q̄bus poſt dicet̄
Nūc tm̄ ea ꝑcepta poſuit q̄ cōceſſiōi:
de qua tracctatus erat conueniret. Si
quid res ipſa dabit facultatis coniectu
ram induci ab accuſatore oportebit:
ut dicat accuſator per cōiecturam aut
prudenter feciſſe: aut non caſu feciſſe
aut non neceſſitate: ſed uoluntate fe
ciſſe. Atq̄ tū ex his locis iuris atq̄ æq̄
tatis naturā oportebit quærere. Et q̄ſi
in abſoluta ꝓ iuridiciali ſe hoc ipſum
ab rebus oībus ſeparatim conſiderare
quoniam conuenit negociali abſolu
ta qualitas tractata rebus: & diſtat tā
tūmodo tpe: q̄a negocialis de futuro
iuſto agit. Abſoluta de ꝑterito: ſi aut
in his: aut ī aliis exēplis ſcripti quoq̄
controuerſiam adiūctā uidebit. Hoc
ꝑcepto oſtēdit incidere ſemꝑ legales
poſſe controuerſias cōſtitutiōibus pri
cipalibus: nec aliquādo legales ſtatus
poſſe exiſtere principales. Deprecatō
eſt in qua nō defenſio facti: ſed igno
ſcendi poſtulatio continetur: hoc ge
nus uix in iudicio probari poteſt. Se
cūda pars conceſſiōis deprecatio eſt.
Hanc definiuit ita cum non factum
defendimus: ſed aperte ueniam po
ſtulamus: hoc autem actionis genus
non frequenter īcurrit in iudiciis ſed
ī ſenatu aliquotiēs: & apđ ppl̄m. Dat
exēpū uel q̄nti numitorii: uel Sypha
cis: ubi apta nulla alia cōſtitutiōe uēta

mento: ſi ea res ab his qui poteſtatē habēt iudicā
di neglecta ſit. Defenſor autē conuerſis omnibus
his partibus poterit uti. Maxime aūt in uolūtate
defendēda cōmorabit̄: & in ea re adaugēda: quæ
uolūtati fuerit impedimēto: & ſe pluſq̄ fecerit fa
cere nō potuiſſe: & in oibus rebus uolūtatem ſpe
ctari oportere: & ſe cōuici nō poſſe: quod non ab
ſit a culpa: & ex ſuo noīe cōem hominū infirmita
tem poſſe dānari. Deīde nihil eē īdignius: q̄ eum
qui culpa careat ſupplicio nō carere. Loci aūt cō
mūes hi ſunt accuſatoris in cōfeſſiōe: & q̄ta pote
ſtas peccādi relinquat̄: ſi ſemel inſtitutum ſit: ut
non de facto: ſed de facti cauſa quæratur. Defen
ſoris eſt conqueſtio calamitatis eius qui non cul
pa: ſed in maiori quandam acciderit: & de fortūæ
poteſtate: & hominum infirmitate: & uti ſuū ani
mum non euentum conſiderent. In quibus omni
bus conqueſtionem ſuarum ærūnarum & crudeli
tatis aduerſariorum indignationem ineſſe oporte
bit. Ac neminem mirari conuenie: ſi aut in his:
aut in aliis exēpli ſcripti quoq̄ cōtrouerſiā adiū
ctam uidebit. Quo de genere poſt erit nobis ſepa
ratim dicendū. Propterea quod quædam genera
cauſarū ſimpliciter & ex ſua ui cōſiderāt̄. Quæ
dam aūt ſibi aliud quoq̄ aliq̄đ cōtrouerſiæ gen⁹
aſſumūt. Quare oibus cognitis nō erit difficile:
in unāquāq̄ cauſam trāſferre: quod ex eo quoq̄
genere conueniet: ut in his exēplis cōceſſionis in
eſt oibus ſcripti cōtrouerſia ea quæ ex ſcripto: &
ſententia nominat̄: ſed quia de cōceſſiōe loqueba
mur in eam præcepta dedimus. Alio autē loco de
ſcripto & ſentētia dicemus. Nunc in alteram con
ceſſionis partem conſideratiōnē intendemus. De
precatio eſt: in qua non defenſio facti ſed ignoſcē
di poſtulatio continetur. Hoc genus uix in iudi
cio probari pōt: ideo quod cōceſſo: peccato diffici
le eſt ab eo qui peccatorum uindex eſſe debet: ut
ignoſcat impetrare: quare parte eius generis cum
cauſam nō in eo conſtitueris uti licebit: ut ſi pro
aliquo claro: aut forti uiro cuius in remp. multa
ſint beneficia dicere poſſis: cū uidearis non uti de
precatione: uti tamē ad hūc modum. Q d̄ ſi iudi
ces hic pro ſuis bñficiis: pro ſuo ſtudio q̄đ ī uos
ſēp hūit tali uos tempore multorū ſuorum recte
factorū cā uni delicto: ut ignoſceretis poſtularet
tam dignū ur̄a manſuetu line: q̄ uirtute eius eēt

o iudices a uobis hãc rem hoc poſtulãte ĩpetrari.
Deĩde augeri bñficia licebit: & iudices ꝑ locum
cõem ad ignoſcẽdi uolũtatem deducere. Q̃ r̃ hoc
genus q̃q̃ in iudiciis non uerſat̃: niſi q̃dã ex ꝑte:
tñ quia ꝑs ipa inducẽda nõnũq̃ eſt: in ſenatu aut
cõſilio ſæpe oi in gñe tractãda: in id quoq; præce
pta põemus. Nã in ſenatu & in conſilio de Sipha
ce diu deliberatũ ẽ: & de quito Numitorio pulſo
apud. L. optimũ: & eiꝰ cõſiliũ diu ductũ ẽ: & ma
gis in hoc q̃dẽ ignoſcẽdi q̃ cognoſcẽdi poſtulatõ
ualuit. Nã ſemꝑ animo bono ſe in populũ roma/
num fuiſſe: nõ tã facile probabat cũ coniecturali
cõſtitutione uteret̃: q̃ ut propter poſterius bñfi
ciũ ſibi ignoſceret̃: ut deprecatiõis ꝑtes adiunge
ret. Oportebit igit̃ eũ: qui ſibi ut ignoſcatur po/
ſtulabit: ſi qua ſua poterit beneficia cõmemorare
& ſi poterit ea oſtẽdere maiora eſſe: q̃ hæc q̃ deli/
querit: ut ab eo plus boni q̃ mali ꝑfectũ eſſe ui/
deatur. Deinde maiorũ ſuorũ beneficia: ſi qua ex
tabũt proferre. Deĩde oſtẽdetur nõ odio neq; cru
delitate feciſſe quod fecerit: ſed ſtulticia: aut ipul
ſu alicuius: aut aliqua honeſta aut probabili cã.
Poſtea polliceri & confirmare ſe: & hoc pcõ edo
ctum: & beneficio eorum: q̃ ſibi ignouerint cõfir
matũ: oi tpe a tali rõne abſuturũ. Deĩde ſpẽ oſten
dere aliquo ſe ĩ loco magno his qui ſibi cõceſſerit
uſui futurũ. Poſtea ſi facultas erit: ſe aut conſan
guineũ: aut ẽt a maioribus: & primis amicũ eſſe
demonſtrabit: & amplitudinẽ ſuæ uoluntatis: &
nobilitatẽ generis eorũ: qui ſe ſaluũ uelint: & di
gnitatẽ oſtẽdere: & cætera ea q̃ ꝑſonis ad honeſta
tem & ãplitudinẽ ſunt attributa: cũ quæſtiõe ſi
ne arrogãtia ĩ ſe eẽ demõſtrabit: ut honore potiꝰ
aliquo q̃ ullo ſupplicio dignꝰ eẽ uideat̃. Deinde
cæteros proferre: q̃bus maiora delicta cõceſſa ſũt
ac multũ ꝓficiet: ſi ſe miſericordẽ in poteſtate ꝓ
penſum ad ignoſcendũ fuiſſe oſtẽdet: atq; ipſum
illud peccatũ erit extenuandum: ut q̃ minimũ ob
fuiſſe uideatur: & aut turpe: aut iutile demõſtrã
dum tali de homine ſuppliciũ ſumere. Deinde cõ
munibus locis miſericordiam captare oportebit:
ex his ꝑceptis quæ in primo libro ſunt expoſita.
Aduerſarius autem malefacta augebit: nihil im
prudenter: ſed omnia ex crudelitate & malitia fa
cta dicet. Ipſum immiſericordẽ ſuperbum fuiſſe
& ſi poterit oſtendet ſemper inimicum fuiſſe: &

poſtulata ſit. Subiũgit ꝑcepta: primo
eius qui ut ignoſcatur poſtulat: ut ſua
beneficia commemoret: ſi qua habu
erit in uita præterita: & ea doceat ec
maiora q̃ eſſet factum unde reus eſt:
deinde maiorum ſuorum beneficia
oſtendat. Deinde dicat ſe non odio:
neq; crudelitate feciſſe quod fecerit:
ſed ſtultitia: aut alicuius impulſu: de
inde polliceatur ſe alicubi profuturũ:
deinde oſtendat ſe conſanguineum:
magnis ac prĩcipalibus uiris: uel ami
cum: deinde amplitudinem ſuam &
uoluntatis & generis: & eorum uolũ
tatem oſtendat: qui de ſe iudicent: &
omnia quæ perſonæ amplitudinem
honeſtatemq; demonſtrẽt. Sed hæc cũ
cõqueſtione potius q̃ cum arrogãtia.
Poſt hæc adiungere exempla debet:
in quibus doceat: aut ſimili de cauſa
ignotum multis: aut maiora cõceſſa
delicta. Deinde doceat ſe in poteſtate
item fuiſſe: & id ignouiſſe q̃plurimis
Poſtremo ipſum peccatum extenua/
re debebit. & cõparare propter par/
uum admiſſum ſe hominem tali ho
nore excellentem ſupplicio affici non
oportere: quo afficiuntur cæteri: qui
maiora committunt. Hæc confirma
re locis cõibus: qui ad captãdam mi/
ſericordiam in primo libro uidentur
expoſiti. Sed contra hũc qui dicit pri
mum maleficium augebit. Deinde di
cet nihil imprudẽter factum: ſed cru
deliter & inimice omnia ipm̃ immi/
ſericordem: immitem: ſuperbũ: ini/
micum: ſemper fuiſſe. Amicũ nunq̃
futurum: & ſi beneficia protulerit il/
le qui ueniam petit is: qui contra di/
cit docere debebit: cauſa alia non be
niuolentia præſtitum. Aut aliud ma
ius poſtea conſecutum: & hoc malo
beneficia ſuperiora deleta: aut leuio/
ra beneficia maleficiis: aut ut honor
habitus eſt benefactis pro maleficio
pœna ſumatur: deinde ut per locum
communem dicat turpe eſſe: & inuti
le ignoſci: deinde optatũ fuiſſe: ut re
us aliquando fieret: & nunc non uin
dicari. Poſtremo cogitare debeẽ qua
li aĩmo circa eũ fuerit: & quali odio.
Loci communes eius erunt ĩdignatio
maleficii: & alter ut eorum miſerean
tur: qui fortuna non malitia peccaue
rint. Nam & in ſenatu de Syphace
diu deliberatũ eſt. Ita hic docet poſtu
latã eſſe ueniam per deprecationem.

Nam ſemper animo bono in popu/
lum fuiſſe nõ tam facile probabat cũ
cõiecturali cõſtitutione utetur. Ita ex
cludebat̃ eius cõiectura: qua factũ ne
gabat̃: quod erga Populũ Romanũ
bono animo fuiſſet: & reliquebatur
ſola deprecatio. Q m̃ ergo in genera
li cõſtitutione tãdiu propter eius ptiũ
multitudinẽ cõmoramur. Oẽs q̃tuor
conſtitutiones cũ ſuis ſpẽbus expoſuit
Superat iã de controuerſiis legalibus
diſputari: ſed qm̃ partitus qualitatem
ſpẽs ei duas dederat. iuridicialẽ & ne
gocialem. ipſamq; rurſus iuridicialẽ
diuidens in abſolutã & aſſumptiuam
ſpẽs ei duas dederat. iuridicialẽ ipſã
ita definierat. ut in ea æqui & iniq na
tura aut pæmii, aut poenæ rõ quære
retur. æqui & iniq natura in oĩbus ex
poſita ẽ ſupra tractatibꝯ circa oẽs ſpẽs
iuridicialis. Vñ nũc neceſſario ad/
monet de poenæ ac præmii rõne eẽ
tractandũ. Q ꝺ multa exiſtũt gña cã
rum ex præmii petitiõe ſimilr̃ & poe
næ. Nã Cicero de præmio tm̃ loqui
tur. nos tñ & ad poenæ actionẽ rõne
tradita pceptũ de præmio p ſimilitu
dinem trãſferemus. Petũt ĩquit præ
mia & apud iudices. & in ſenatu. & ĩ
aliquo cõſilio hĩc admonet. quod ĩ ſe
natu dixit. ne quis arbitret̃ de delibe
ratiuo dicendi genere ſumptũ eẽ tra
ctatũ. cũ de iudiciali genere dicendi
oĩs tractatus hr̃etur. hoc inquit nemi
nem moueat: qm̃ & apud ſenatũ licet
ſententiæ dictio ſit: qꝺ dicendi genus
deliberatiuæ cõuenit: tñ iudiciale ge/
nus dicẽdi eſt extimãdũ: cũ & in ſena
tu licet de probando hoĩe; improban
doq; tractetur. Et oĩo inquit iſta tria
genera cãrũ forma quadã: & primo
genere diſtãt. Altiore tamẽ & plenio
re intellectu implicita ſibi & connexa
ſuis partibus cõtinent̃. Nã & apud iu
dices de pmio ſæpe accuſator quærit̃

amicum fieri nullo modo poſſe. Si beneficia pro/
feret reus: aut aliqua de cã facta non ꝓpter beni/
uolentiã demonſtrabit: aut poſtea odiũ acre eẽ ſu
ſceptum: aut illa oĩa maleficiis deleta: aut leuiora
beneficia q̃ maleficia: aut cũ beneficiis honor ha
bitus ſit: ꝓ maleficio poenã ſumi oportere. Deni
q; turpe eſſe: aut iutile ignoſci. Deinde de quo ut
poteſtas eẽt ſæpe optarint in eũ poteſtatem non
uti ſummã eẽ ſtulticiã: & cogitare oportere: quẽ
animũ in eum & quã optime habuerit. Locus au/
tem cõmunis erit indignatio maleficii: & alter eo
rum miſereri oportere. Q ui propter fortunã: nõ
propter malitiã in miſeris ſint. Q m̃ igitur in ge
nerali cõſtitutiõe tãdiu propter eius partiũ multi
tudinẽ cõmoramur: ne forte uarietate & diſſimili
tudine rerũ deductus alicuius animus in quendã
errorẽ deferat̃. Q uid etiã nobis ex eo gñe reſtat
& quare reſtat admonendum uidetur. Iuridicialẽ
cauſam eſſe dicebamus: in qua æqui & iniqui na
tura & præmii aut poenæ ratio quęritur. Eas cau
ſas in quibus de æquo & iniquo quæritur expo/
ſuimus. Reſtat nunc de præmio & de poena expli
cemus. Sunt enim multæ cauſæ: quæ ex premii
alicuius petitione conſtant. Nam & apud iudices
de præmio ſæpe accuſatorum quęritur: & a ſena/
tu aut cõſilio aliquod præmium ſepe petitur. Ac
neminem cõueniet arbitrari nos cum aliquod ex
emplum ponamus: quod in ſenatu agatur ab iu
diciali genere exemplorum recedere. Q uicquid
enim de homine probando aut improbando dici
tur cum ad eam dictionem ſententiarum quoque
ratio accõmodetur: id & ſi per ſententiæ dictionẽ
agitur: & deliberatiuum eſt. Sed quia de homine
ſtatuitur iudiciale eſt habẽdum. Omnino autem
qui diligenter omnium cauſarum uim & naturã
cognouerit: cum gener primo: tum etiam forma
eas intelliget deſidere. Cæteris autem partibus a/
ptas inter ſe omnes: & aliam in aliam implicatã
uidebit. Nunc de præmiis conſideremus. L. Lici
nius craſſus cõſul quoſdam in citeriore gallia nul
lo illuſtri: neq; certo duce: neq; eo nomine: neque
numero præditos ut digni eſſent: qui hoſtes Ro
mani populi eſſe dicerentur: qui tamẽ cum excur
ſionibus & latrociniis infeſtam prouinciam red
derent conſectatus eſt: & confecit: Romam redi
it. Triumphum ab ſenatu poſtulat. Hic & in de

precatione nihil ad nos attinet: rōnibus & inſir/
mationibus rōnum ſupponēdis ad iudicationem
puenire: propterea niſi alia quoqꝫ icidet conſtitu
tio: aut ps cōſtitutionis ſimplex erit iudicatio. &
in quæſtiōe ipa cōtinebitur. In deprecatiōe huiuſ
modi oporteat ne pœna affici. In hac huiuſmodi:
Oporteat ne dari præmiū. Nūc de præmii q̄ſtiōe
appoſitos locos exponemus. Rō igitur præmii ē
quatuor i ptes diſtributa: in bn̄ficia: in hoīem: in
præmii genus: in facultates. Beneficia ex ſua ui:
& ex tpe: ex aio eius qui fecerit: ex caſu cōſideren
tur. Ex ſua ui q̄rūtur hoc modo: Magna: an pua
facilia. an difficilia: ſingularia ſint: an uulgaria:
uera an falſa: quanā ex rōne honeſtentur. Ex tpe
aūt: ſi tū cū indigeremus: cum cæteri nō poſſent
aut nollent opitulari: ſi tum cum ſpes deſeruiſſet
opitulatus ſit. Ex animo ſi nō ſui cōmodi cā: ſed
eo cōſilio fecit oīa: ut hoc conficere poſſet. Ex ca
ſu: ſi non fortuna: ſed induſtria factū uidebitur:
aut ſi induſtriæ fortuna obſtitiſſet. In hoīem aūt:
q̄bus rōnibus uixerit: quid ſūptus in eā rē: aut la
bores etiā ſūpſerit: & ſi qd aliq̄do tale fecerit: nū
alieni labores: aut deorū bōitatis præmiū ſibi po
ſtulet: num aliquādo ipſe talē ob cām aliq̄ p̄mio
affici negant oportere: aut num iā ſatis pro eo qđ
fecerit honos hītus ſit: aut num neceſſe fuerit ei
facere id quod fecerit: aut num huiuſmodi ſit fa
ctum: ut niſi feciſſet ſupplicio dignus eēt: nō qa
fecerit p̄mio: aut num ante tēpus præmiū petat:
& ſpem icertā pro certo uendicet pretio: aut num
quod ſupplicium uitet eo præmiū poſtulet: ut de
ſe preiudiciū factū eē uideatur. In præmii autem
genere quid: & quātum: & quāobrem poſtuletur
& quo & quanto queqꝫ res præmio digna ſit con/
ſiderabitur. Deinde apud maiores quibus homi/
nibus & quibus de cauſis talis honos ſit habitus
q̄retur. Deīde his honos nimiū peruagetur. Atqꝫ
hic eius qui cōtra aliquē præmiū poſtulantem di
cet: locus erit cōmunis prēmia uirtutis: & officii
ſancta & caſta eſſe oporteř: neqꝫ ea aut cū iprobis
cōmunicari: aut in mediocribus hominibus per/
uulgari. Et alter minus homines uirtutis cupi/
dos fore uirtutis præmio peruulgato quæ enim
rara & ardua ſint ea: expediēdo pulchra & iucun/
da homibus uideri. Et tertius ſi exiſtāt: qui apud
maiores nr̄oſ ob egregiā uirtutē tali honoř digna

Accuſatoribus lege præmia dabātur
hoc ipo qđ accuſabāt: exēplū dat Tul
lius: Nullo p̄mio adductus ſum. Itē
nō eīm ſpolia Cali uerris concupiui:
id nō ſi p ſentētiæ dictionē agitur de
liberatiuū ē. Deliberatiuū eīm ſic de/
finierat: ut diceret. Cum res po ita in
conſultatione ciuili hēt in ſe ſentētiæ
dictionē. Ergo cum agiť in ſenatu de
hoie probādo uel iprobādo: non de
liberatiua ex inde dicēda eſt: quia hēt
ſētētiæ dictionē: ſed iudicialis cā ma
gis: qa de hoīe probādo iprobādo qꝫ
tractať. Nūc de præmiis conſidere/
mus. Hinc dare p̄cepta incipit: q̄ ſer/
uanda ſunt cū p̄miū poſtulamus: qđ
ſolū ſupat de conſtitutione iuridiciali
tractata: ut natura æq & recti: aut p̄/
mii: aut pœnæ ratio quærať. Dat exē
plū: in quo præmium poſtulatur. De
eo qui triūphū petit: poſt qđ exemplū
admonet: neqꝫ hic neqꝫ in deprecatio
ne nos facta intētione & depulſione.
& nata q̄ſtione aut rōnē iquirere aut
depulſionem rōnis ſed ipam eſſe iudi
cationē q̄ ſit quæſtio. In deprecatione
hoc mō. Oporteat ne affici pœna in
præmii petitiōe: oporteat ne dari p̄/
miū. Diuidit ergo dicēda in præmii
petitiōe in q̄tuor: bn̄ficia in hoīem: in
p̄mii gēus: ī facultates: q̄bus ſingulis
ptes certas ipſe ſupponit. Simulqꝫ do
cuit locos cōes: quos tm̄ in his ptibus
ex quatuor hēmus in p̄mii genere: &
in facultatibus. Hæ eīm duæ ptes affe
ctus tenēt: & poſſūt audiētes publicæ
rōnis p̄miū & facltas plimū ꝯmoueř.
Ac de cōſtitutiōibus qdē ſatis dcm̄ ē.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nũc de his cõtrouerſiis: quæ ĩ ſcripto
uerſant̃ dicendũ uidet̃. Cõſtitutiones
rõnales eẽ ſtatus: & ĩ prio docuimus
& ipſas eẽ pricipales. Hoc quẽadmo
dum cõpleremus in dicendo ſupiore
tractatu docuit: ſed qa ſunt ꝑter ea ge
nera cõtrouerſiaꝝ q̄ uerſant̃ ĩ ſcripto
quæ ĩcidũt cõſtitutiõibus. q̄ ipa gnaꝙ
ſunt: neceſſario c̃t de his dat ꝓcepta.
Sũt aũt cõtrouerſiæ quĩqꝫ: ambigui-
tas. ſcriptũ. & uolũtas, leges cõtrariæ
rõcinatio. & deſinitio. Scripti aũt cõ
trouerſia ẽ cũ in quocũqꝫ ſcripto naſci
tur cõtrouerſia: aut in legibus: teſtis:
pactis. & dictis. & cæteris q in ſcri-
ptura ſunt. Ergo pricipalis ẽ ambigui
tas: qa ita ordinẽ fecit. cuius definitio
adbibita eſt: cũ quid ſenſerit ſcriptor
obſcurũ eſt: ideo qa duas aut plres res
ſignificat. huic exẽplũ dedit: ut hæres
daret uaſa cælata uxori. q̄ uellet: qm̃
ut diximus cõſtitutiones nõ ſnnt: ſed
incidẽtes ſunt controuerſiæ. nõ cõſti
tuit quæ ſit intẽtio: q̄ depulſio. neqꝫ q̄
rõ & refutatio rõnis: & q̄ iudicatio:
ſed cõtinuo dat ꝓcepta q̄ ſũt pti utriqꝫ
cõia. Sũt aũt hæc. primũ ut negemus
ambiguũ. & doceamus locutiõis ipſi-
us cõſuetudinẽ. deinde ut ſupiora uer
ba & inferiora cõſideremus. ex quibꝯ
colligamus q̄ ſit uera ſnĩa. Deinde ex
cutiamus perſonã eius q ſcripſit. ut ex
cæteris dictis eius. factis. ſcriptis. ani
mo. atqꝫ uita quid ſenſerit poſſe intel
ligi. Deinde excutiamus omne ſcri-
ptum. ne in aliquo uerbo. aut nos ad
iuuet. aut impugnet aduerſarium.

ti ſunt: nõne de ſua gloria cũ pari p̃mio tales ho-
mines affici uideãt deliberari putet: & eorũ dinu
meratio & cum eis: quos contradicat compatio.
Eius autem: qui præmium petet facti ſui amplifi
catio: & eorum qui affecti ſunt præmio cum ſuis
factis contentio. Deinde cæteros a uirtutis ſtu-
dio repulſũ iri ſi ipſe p̃mio nõ ſit affectus. Facul
tates aũt cõſiderãtur: cũ aliqd̃ pecuniaꝝ in p̃miũ
poſtulat̃: i quo utꝝ copia ne ſit agri: & uectigali
um pecuniæ: an penuria cõſideret̃. Loci cões fa-
cultates augere: nõ minuere oportere: & ipruden-
tem eẽ: qui ꝓ bñficio nõ grãm: uerũ mercedẽ po
ſtulet. Cõtra aũt de pecunia rõcinari ſordidũ eſſe
cũ de grã referẽda deliberet̃: & ſe pretiũ nõ pro fa
cto: ſed honorẽ ita ut factitatũ ſit pro bñficio po
ſtulet: ac de conſtitutiõibus quidẽ ſatis dictũ eſt.
Nunc de his cõtrouerſiis: quæ ĩ ſcripto uerſãt̃ di
cendũ uidet̃. In ſcripto uerſat̃ cõtrouerſia: cũ ex
ſcriptionis rõne aliquid dubij naſcit̃: id fit ex am
biguo: ex ſcripto & ſentẽtia: ex cõtrariis legibus
ex ratiocinatiõe: ex diffinitione. Ex ambiguo au-
tem naſcit̃ controuerſia: cũ quid ſenſerit ſcriptor
obſcurum eſt: quod ſcriptũ duas pluresue ſigni-
ficat ad hunc modũ. Paterfamilias cũ filiũ hære-
dem faceret: uaſorũ argenteorũ cẽtum põdo uxo
ri ſuæ ſic legauit. Hæres meus uxori meæ uaſoꝝ
argenteorum põdo centũ: quale uolet dato. Poſt
mortem eius uaſa magnifice & precioſe cælata pe
tit a filia mater. Ille ſe quę ipſe uolet debere dicit.
Primum ſi fieri poterit demonſtrandum eſt nõ eẽ
ambigue ſcriptum: propterea qd̃ omnes in con-
ſuetudine ſermonis ſic uti ſolent eo uerbo uno:
pluribuſue in ea ſententia: in qua is qui dicet ac-
cipiendum eſſe demonſtrabit. Deinde ex ſuperio
re & inferiore ſcriptura docendum id: quod quæ-
ratur fieri perſpicuum. Quare ſi ipſa ſeparatim
ex ſe uerba conſiderentur omnia aut plæriqꝫ am
bigua uiſum iri. Quæ autem ex omni conſidera
ta ſcriptura perſpicua fiant hęc ambigua nõ opor
tere exiſtimari. Deinde quia in ſententia ſcriptor
fuerit ex cæteris eius ſcriptis: dictis & factis: ani
mo atqꝫ uita eius ſumi oportebit: & eam ipſam
ſcripturam: in qua inerit illud ambiguum: de
quo quæritur totam omnibꝰ ex partibꝰ ꝑtẽtare
ſi qd: aut ad id appoſitũ ſit: quod nos interprete

mur: aut ei quod aduerſarius intelligat aduerſet.
Nã facile quid ueriſimile ſit eum uoluiſſe q̃ ſcri/
pſerit ex cõmuni ſcriptura & ex ꝑſona ſcriptoris:
atq; his rebus quæ ꝑſonis attributæ ſunt conſide
rabit᷑. Deĩde erit demõſtrandum ſi quid ex ipſa re
dabit᷑ facultatis: id qđ aduerſarius intelligat mul
to minus cõmode fieri poſſe: quã id qđ nos accipi
ꝑmus qđ illius rei neq; adminiſtratiõe exitus ul
lus extet nos: qđ dicamus facile & cõmode tranſi
gi poſſe: ut in hac lege. Nihil. n. ꝓhibet fictã exẽ
pli loco ponere: quo facilius res ĩtelligat᷑. Mere/
trix coronam auream non hẽto ſi hũerit publica
eſto: contra eum qui meretricem publicari dicat
ex lege oportere dici: neq; adminiſtratione ullam
eſſe publicæ meretricis: neq; exitum legis ĩ mere
trice publicanda. At in auro publicando & ad ad
miniſtrationem & exitum facilẽ eſſe: & ĩcõmodi
nihil ĩeſſe. Ac diligenter hic quoq; attẽdere opor
tebit: num illo ꝓbato quod aduerſarius ĩtelligat:
utilior res: aut hõeſtior aut magis neceſſaria a ſcri
ptore neglecta uideat᷑. Id fiet ſi id quod nos demõ
ſtrabimus hõeſtum: aut utile: aut neceſſarium de
monſtrabimus: ſi id quod ab aduerſariis dicat᷑ mi
nime eiuſmodi dicemus eſſe. Deĩde ſi in lege erit
ex ambiguo controuerſia dare operam oportebit
ut de eo quod aduerſarius intelligat: alia in lege
cautum eſſe doceatur. Permultum proficiet illd᷑
demonſtrare quemadmodum ſcripſiſſet: ſi id qđ
aduerſarius accipiebatur fieri aut intelligi uoluiſ
ſet: ut in hac cauſa ĩ qua de uaſis argenteis quæri
tur poſſit mulier dicere nihil attinuiſſe aſcribi q̃
uolet: ſi hæredis permitteret uolũtati: eo enim nõ
aſcripto nihil ineſſe dubitationis: quin hæres quę
ipſe uellet daret. Amentiam igitur fuiſſe cum hæ
redi uellet cauere id aſcribere: quo non aſcripto ni
hilominus hæredi caueretur. Quare hoc genere
magnopere talibus in cauſis oportebit uti ſi hoc
modo ſcripſiſſet iſto uerbo uſus non eſſet: nõ iſto
loco uerbum iſtud collocaſſet. Nã ex his ſcripti ſẽ
tentia maxime perſpicitur. Deinde quo tempore
ſcriptum ſit quærendum eſt ut quo ĩ eum uoluiſ
ſe in eiuſmodi tempore ueriſimile ſit intelligatur.
Poſt ex deliberationis partibus quid utilius &
quid honeſtius: & illi ad ſcribendum & his ad
comprobandum ſit demonſtrandum: & ex his ſi
quid amplificationis dabitur cõmunibus utroq;

Deĩde dicendum id quod aduerſa
rius ĩtelligat minus cõmode fieri quã
ꝙ nos ĩtelligamus: huic ꝑcepto exem
plũ dat. Meretrix coronã aureã nõ ha
beto. Si hũerit publica eſto. Hic enim
tractari põt non bene ſentire eũ q̃ pu
blicãdam dicit eẽ meretricẽ qđ publi
cæ meretricis nullus exitus: nulla ad/
miniſtratio: hoc eſt nullũ quodãmõ
uectigal. In auro uero publicãdo ma
gnã eſſe utilitatem Poſt hæc adiũgit
utilitatẽ ꝑcepti: ut interꝑtet᷑ quãto uti
lior res: aut hõeſtior prætereat᷑: ſi id
intellectũ fuerit ꝙ aduerſarius ĩterꝑta
tur. Hoc aũt aptius fiet: ſi id qđ nos in
terpræctamur. doceamus eẽ honeſtũ:
utile: neceſſariũ. Sed quoniã ſcripti
cõtrouerſia: ſicuti ſupra docuimus po
teſt eſſe & in teſtamẽto: & hoc exẽplũ
dedit. Poteſt aũt eẽ & in lege: adiecit
ꝑcepta: ſi ãbiguitas fuerit ĩ lege. Vti
quæ arguimus ne forte qđ aduerſarii
intelligant alia lege cautũ ſit: deinde
ut dicamus quẽadmodũ ſcribi opor/
tuiſſet: ſi id ſentiret quod aduerſarii
dicũt ille qui ſcripſit. Huius ꝑcepti &
argumenti ſe themate ſupra poſito ſũ
pſit exẽplũ: ut doceat ſcriptorẽ ſi hæ/
redi conſulere uellet: ut ea uaſa daret
quæ illi cõmodũ erat dare: non aſcri
berent: quæ uellet. Hoc. n. ñ aſcripto
quæ hæres uellet ipſe daret. Nũc quia
aſcripſit utriq; eoꝝ cautum uoluit q̃a
hoc nõ aſcripto ꝯſuluiſſet hæredi. Er
go cõcludit ꝑceptum ĩ huiuſmõi cãis
ita debere tractari. Si hoc mõ ſcripſi/
ſet illo uerbo uſus eſſet: hoc nõ eſſet
iſto loco uerbum poſuiſſet: aut non
poſuiſſet. Deinde adiungit præcepta
uti quæramus: quo tempore ſcri/
ptũ ſit qđ ſcriptũ eſt: q̃a ex hoc ĩtelli/
git᷑ uolũtas ſcriptoris. Deindeq; quaſi
deliberatiuo modo tractãdum q̃d uti
lius: quid honeſtius ſit. Eſſe aũt locos
cões utriq; parti: ſi quid ꝑ ãplificatio/
nẽ dici põit: qđ illius rei neq; admini
ſtratio q̃ aduerſarius dicit. Nihil enĩ
ꝓhibet fictã exẽpli loco ponere. Fictã
materiam. i. theticã legem ſine certa
perſona: deĩde ſi ĩ lege erit ex ãbiguo
controuerſia: non ĩ aliqua alia ſcriptu
ra: alia ĩ re lege cautũ eſſe uideatur. i.
quomodo tu intelligis. Permultũ aũt
ꝓficiet illud demõſtrare. Adiũgit ali
ud ꝑceptũ eẽ ꝯſiderãdũ quẽadmodũ
ſcribi poſſit ab eo q̃ ſcripſit ſi ſic ſen/
ſiſſet quemadmodũ dicit aduerſarius

locis uti oportebit. Ex ſcripto & ſñia cõtrouerſia cõſiſtit: cũ alter uerbis ipſis quę ſcripta ſũt utit̃: alter ad id quod ſcriptorẽ ſẽſiſſe dicet: oẽm adiunget dictionẽ. Scriptoris aũt ſñiam ab eo q ſñia ſe defendet: tũ ſemp ad idẽ ſpectare: & idẽ uelle demonſtrabit̃: tũ aut ex facto: aut ex euẽtu aliquo ad tpũs id quod iſtituerit accõmodabit̃. Sẽper ad idẽ ſpectare hoc mõ. Paterfamilias cũ liberoꝝ hẽret nihil: uxorẽ aũt hẽret: in teſtamẽto ita ſcripſit. Si mihi genitus ſit filius unus pluresue is mihi hæres eſto. Deide quæ aſſolẽt. Poſtea ſi filius ãte morit̃ quã i tutelã ſuã euenerit: tũ mihi decebat ſecundus hæres eſto. Filius natus nõ eſt abigunt agnati cũ eo q̃ ẽ ſecũdus hæres: ſi filius anteq̃ in tutelã ſuã uenerit mortuus ſit. In hoc gener̃ ñ põt hoc dici ad tpũs: aut ad euẽtum aliquẽ ſñiam ſcriptoris oporter̃ accõmodari: ꝑpterea quod ea ſola eẽ demõſtrat̃: q̃ fretus ille q cõtra ſcriptũ dicet ſuam eẽ hæreditatẽ defendit. Illud aũt genus eoꝝ q ſententiam iducunt: in quo nõ ſimplex uoluntas ſcriptoris oſtenditur: quæ in omne tempus: & in omne factũ: idem ualeat: ſed ex quodã facto: aut

Ex ſcripto & ſententia controuerſia cõſiſtit. Legales cõtrouerſiæ ſunt q̃nq;: quæ extra conſtitutões tractatus ſuos habent. Ex his Tullius primã tractauit ambiguitatem. Scriptum & uolũtas nunc explicatur. Scriptum autem omne accipere debemus quicquid in legibus: aut in teſtamentis: aut edictis: aut ĩ oĩbus ſcriptis intelligit̃. Hoc definiuit ita. Cum alter utit̃ uerbis: quæ ſcripta ſunt. Alter ſcriptoris ſñiam interpretatur: & ad id quod ſcriptũ eſt animũ ſcribentis adiungit. Idẽ aũt qui ſñia utit̃ duplici modo aſſenſit ſñiam ſcriptoris. Aut. n. ſemp dicit ſcripti eius unũ eundẽq; ſenſum eẽ: aut ad tpũs: aut ex euentu accipi oportere id qđ ſentit ille qui ſcripſit. Dat exẽplum quẽadmodum: unũ & idẽ ſemper intelligat in ſẽtẽtia ſcriptoris. Cũ hæres ſecũdus ꝯſtitutus iterprætat̃ ſe hæredẽ eſſe iuſtum ſiue natus filius eſſet: ut is hæres eſſet qui natus fuerat ſiue natus nõ fuiſſet: ut alius nullus eſſet quã ipſe qui ſecundus eſt iſtitutus. Hanc ſñiam unã memorat: & ſemp eandẽ eſſe. At uero cũ ſententia ſcriptoris ita exponitur: ut ex facto aut ex euentu ad tẽpus iterpræstanda ſit docet oẽs ſub qualitate aſſumptiuæ ptis in hoc genere contineri. In qua cõpẽſatio eſt: aut relatio cr̃is: aut remotio aut conceſſio. In his. n. oĩbus ſpeciebus aſſumptiuæ qualitatis neceſſario lex præcedit: quæ cum ſcriptũ habeat habebit & ſententiam: quam is qui ea utit̃: dicit ad tẽpus accõmodari: dat exẽplum & docet non ad idẽ ſpectar̃ in his exemplis ſñiam ſcriptoris: ſed ex tempore ſemper itelligi. Poſt hæc ſubiũgit ꝓcepta quibus uti debet is qui ſcriptum defendit: & is qui ſcripto ſe tuet̃. Sũt aũt hæc laudes ſcriptoris. Cõis locus in quo docetur: nihil a iudicibus ſpectari oportere niſi ſcriptũ & magis ſi legitimũ ſcriptum ſit. Tertio loco debet inducere factum ab aduerſario: Deinde poſtea compare cũ ſcripto id quod factũ eſt. Deinde dicere quod iudex in legẽ iuratus ſit. Deĩde interogare quid ſit quod ex aduerſa parte dicatur. Modis aũt uariis interogare: modo iudicem: modo aduerſarium: modo ipſum ſe cũ admiratione iterrogare. Et interrogare hæc utrum ſcriptum neget eſſe ſic quẽadmodum loquitur: & an ab aduerſario aliud factum ſit quam dicatur: an contradici nihil poſſit: deinde cõcludere. Cum ſcriptum ita ſit & ab aduerſario factum: & ita factum non negetur: quod ſumma ſtultitia ſit contradicere. Deinde recitatio ſequitur ipſius ſcripti frequens: & comparatio facti cum ſcripto uario modo: nunc ad ſe ipſum ut redeas: nunc ad iudices iſta tractes: Sed ad iudices cum dicitur: oſtendendum eſt quid ſequi iudices debeant quod duabus de cauſis ſit apud iudices dubitatio: ſi aut obſcure ſcriptũ ſit: aut aduerſarius aliquid neget. At hic utrũq; manifeſtũ eſſe. Vnde iudices parere legi oportet: non interꝓtari legem: Poſt hæc ſubiungunt̃ ea quæ contra eum dicũtur: qui utit̃ ſñia. Et quoniã ſupra diximus ſententia aut ad idem ſemper ſpectat. aut ad tẽpus accõmodat̃. Si ad idem ſpectare dicitur ſñia ille qui ſcripto nititur dicit nõ opportere nos de uoluntate quærere: cum ſcriptum extet. quod iudicium ẽ uoluntatis. Deinde incommodum eſſe ſi hoc inſtituatur ut ab ſcripto recedatur. Nam ſi nec ſcriptores reatum crederent eſſe. & ſibi debuĩt interpretari habere quod ſcripſerint. & iudicium icertum ſequẽtur: ſi a ſcripto recedere cœperint: deinde dicere magis uoluntatem eum ſequi qui ſcripta defendat quam eum qui iterpretet̃ Certius. n. iudicium eſt uoluntatis ipſum ſcriptum Hæc aduerſus eũ qui ſñiam ſemp ad idẽ ſpectare dicit. Sin aũt ad tempus accõmodari ſententiã dicit aduerſarius debet ille qui ſcripto nitit̃ negar̃ iuſtũ eẽ. Vt cũ aliquis ſe cõtra legẽ feciſſe fateatur: aſſerat cãm: uel temporis: uel euentus: uel aliã ſimilẽ. Deide debet dicere ſemp accuſatorũ fuiſſe: ut cũ crimẽ itenderẽt: facti cãm afferrent. Nũc reoꝝ eẽ ut cũ fecerit ꝙ nõ licebat: facti ſui afferãt cãm. Poſt hæc tres locos debet aſſerere q ꝑ ſcripto nitit̃. Sũt aũt hi. Nulla i legẽ cãm ꝯtra ſcriptũ accipi: ĩ hac lege nõ accipi: hãc cãm minime accipi Hæc uti debet aſſerer̃. Ac primũ illđ ĩ nulla lege cãm accipiẽdã eẽ: hẽbit hæc ꝓcepta. Q đ ſcriptori neq; igẽiũ defuit ad iucẽda oĩa: neq; ſermo ad ꝓferẽda: ſi aliqd excipiẽdũ putaret eẽ ꝯſuetudinẽ

ſcriptoribus excipere. Hoc ꝓbabit ſi recitet leges quæ hñt exceptionẽ. Erit aũt uehementius: ſi eius
ipſius ſcriptoris aliam legem recitet: aut in ipſa lege aliquod caput inueniat: qđ excipiat. Deĩde q̃ſi
ꝑ definitionẽ inducere: quoniã nihil aliud ẽ cãm accipe niſi legẽ tollere. Idq; fieri ſi cã accipiatur:
quæ extra legem ẽ. i. extra ſcriptũ. Deĩde oibus peccãdi licentiã dari: ſi cã ſemp accipiat̃: & iudici-
bus errorẽ mitti: cũ a ſcripto r̃ceſſerit: & ſẽper cãs ſequant̃: quæ ſcriptæ nõ ſint. Oẽs ciues qđ agãt
ignoraturos: ſi ex ſuo cõſilio qſq; agat: & cãm legi applicet. Poſtremo hos locos ĩducet qđ oẽs a-
ct̃is reip. legibus exerceãt̃: qđ hi iudi

euẽtu ad tẽpus interpretanda dicit̃. & ex ptibus
iuridicialis aſſumptiuæ ſuſtinet̃. Nã tũ inducit̃
cõparatio: ut in eũ qui cũ lex apiri portas noctu
uetaret: apuit quidam in bello & auxilia quædã
i oppidũ recipit ne ab hoſtib9 cõprimerent̃: ſi fo
ris eſſent: quod prope muros caſtra hoſtes habe-
rent. Tum relatio cris: ut i eo milite: qui cũ cois
lex oium hoiem occider̃ uetare tribunus militem
ſuũ: qui uim ſibi inferre conaret̃ occidit: Tum re
motio cris: ut in eo qui cum lex qbus diebus i le-
gationẽ pficiſceret̃ præſtituerat: quia ſumptum
nõ dedit quæſtor: profectus nõ eſt. Tũ cõceſſio p
purgationẽ & p iprudentiã facti: ut eſt iutili imo
latione & p uim: ut in naui roſtrata: & p caſũ: ut
in eurotæ flumis magnitudine. Quare aut ita ſẽ
tentia indicet̃ ut unũ quoddã uoluiſſe ſcriptor de
monſtret̃: aut ſic: ut ineiuſmoi re & tpe hoc uo
luiſſe doceat̃. Ergo is qui ſcriptũ defendet his lo
cis plærũq; oibus maiore autẽ pte ſemp poterit
uti. Primũ ſcriptoris collaudatione et loco cõi: ni
hil eos qui iudicent: niſi id quod ſcriptũ ſit ſpecta
re oportere: et hoc eo magis ſi legitimũ ſcriptum
proferet̃. i. aut lex ipſa: aut ex lege aliquid. Poſte
a quod uehementiſſimum eſt facti aut intentiõis
aduerſariorum cum ipſo ſcripto contentione: qđ
ſcriptum ſit quid factũ: quid iuratus iudex. quẽ
locum multis modis uariare oportebit. Tum ip
ſum ſecum admirantem quiddam contradici poſ
ſit: tum ad iudicis officium reuertentem & ab eo
quærentem quid præterea audire aut expectare d̃
beat: tum ipſum aduerſarium: quaſi itentantis lo
co producendo: hoc eſt interrogando utrũ ſcrip
tum eſſe neget: aut contra contendi neget: utrũ
negare auſus ſit ſe dicer̃: deſitur. Si neutrũ neget

cent: ꝙ a negociis ſuis abſint ꝙ iurent
ĩ uerba certa: quod nullã excuſationẽ
aut aliquẽ cãm r̃cipiãt. Qua cũ tenea
tur ad iudicandũ abeſſe poſſit: niſi ſi
eadẽ cã utat̃ quæ ſit in ipſis legibus in
ſtituta. Quod ſi oẽs legibus tenent̃: ii
quũ eſſe aduerſarios: nõ teneri. Dein
de ꝑ argumentationẽ illam quæ indu
cto noiatur explicare an ꝑmittãt iudi
ces ad legem addi eã cãm qua ſe tuet̃
aduerſarius. Quod ſi ipſi nõ ꝑmittãt
aut ẽt ſi uelint ipſi addere populus ſi-
nat: ſi neq; ipſi neq; populus ꝑmittat
addi cãm iniquũ eſſe: ut hodie ita iu-
dicent: quaſi iam cã legi uideat̃ aſcrip
ta indignũ eſſe derogari legi: aut ab-
rogari legẽ: aut ex aliqua ꝑte mutari.
Derogari eſt in uituparioẽ uenire. Ab
rogari totã penitus tollere. Tertiũ ue
ro eſt cũ ꝑs aliqua cõmutat̃ & uertit̃:
deinde adiũger̃ populum hodie nihil
ſcire. Iniquũ eſſe: ut illo ĩuito & igna
ro aliqđ de legibus iudicet̃ eſſe certũ
ferendæ legis tempus. Quod ſi aliqs
hanc legẽ ferat ſcire ſe uelle: ut ſi ali-
quid ſit captioſum aduerſariũ: ut con
tra dicat. Eſſe turpia & ĩutilia hæc q̃
aduerſarii dicũt. Nunc legẽ qualiſcun
q; ſit debere ſeruari. Poſt poplo ſi diſ
pliceat licentiã cõmodari: ut uel abro
get: uel corrigat legẽ. Deinde poſtrẽo
loco cõcludit geminẽ ꝑmiſſurum fuiſ
ſe de populo: ut aduarſarius hãc cãm
adderet legi: ẽt ſi ſine alicuius ꝑiculo
hoc fieri poſſet: cũ ſemper ad idẽ ſpe
ctare: & idẽ uelle demonſtrat̃ ſemp
hoc eẽ ĩ hac lege qđ ſenſerit ſcriptor:
ut qđ nos ſenſiſſe ſcriptorẽ dicius. i.
ad quã ſñiam ſcripta uerba accõmo-
damus: ipſa ſemp ſit: neq; aliquo tpe
mutet̃: ne exiſtat aliqñ diuerſa. Inter
dũ ĩqt is q ſe ſñia defendit ɔtra ſcriptũ
ſic dicit hoc ſenſiſſe ſcriptorẽ: ut nõ ſp
idẽ ſit. ꝙ ſenſiſſe dicit̃: ſed ꝑ tpe: pro
euentu ſit alia: atq; alia ſñia & his duo
bus præceptis ſupponit excp̃la: ſemp
ad idẽ ſpectare hoc mõ unius ptis uel

præcepti & tractatus exemplum quam ſuã in tutelam uenerit inter annos quatuordecĩ qbus exple-
tis poſſit facere teſtamentũ cũ eo qui eſt hæres. Secundus ſcilicet & tunc hæres ſi filius antequam in
ſuam tutelam ueniat moriatur: in hoc genere non poſſit hoc dici: quod interprætatur ſcripti ſem
per eandem ſententiam non ad tempus accommodari: qua fretus & ille qui ſcriptum dicit ideſt
ſecundus: qui ſecundus de numero factus hæres ab agnatis ſcripto ab hæreditate ſũmouetur: quia
ſecundus ſcriptus: cum ſit non nato filo ſecundus non eſt: quæ in omne factum idem ualeat:
non quod ſupra: ſed hic pro tempore: ut quid flat lex ſenſerit. Cum prope muros hoſtes caſtra
haberent; probauit hucuſque compenſatiuam ſubeſſe interprætatæ uoluntati contra ſcri-

ptū cū uolūtas expectatur ex tpe ſubiū
git & relatiuā ſubeſſe. Tum remotio
cris adiūgit nūc & remotionē criminis
ſubeſſe iterp̄tatæ uolūtati. Cōtra ſcri
ptū: cū uolūtas mutatur: ut ad tpūs ſit
Supponit et quartā ſpēm aſſumptiuæ
.i. conceſſionē ei ſubeſſe. Tum cō/
ceſſio p purgationē: quia cōceſſio in
purgationē: & ĭ depræcatōnē diuidit
Sed depcatio n̄ ſubeſt. Purgationem
ſpeciebus ſuis ſubiicit. Quare aut ita
ſentētia iducet. Redit ad concluſionē
duorū præceptoꝝ ſupra poſitoꝝ cū
uolūtatē interp̄tamur cōtra ſcriptum
Scriptū ergo is qui defendit. Hinc ici
piunt præcepta q̄bus uti debeat is q̄ ſe
defendit ſcripto: q̄d factū ſit ab eo ui
delicet q̄ ex legiſ uerbis arguit. Quid
iuratus iudex. i. ĭ qua rē iuratus iudex
ſedeat. Hoc ē in leges ſedeat iuratus.
Siue utrū neget. i. aut ſcriptā eē legē:
aut hoc ſi feciſſes. Cōtra aūt dicet ſic
ut p̄rſus aliud ſenſiſſe ſcriptor: & ſcri
pſiſſe aliud demōſtrabit. Cōtra autē
dicet ab eo qui ſe cōtra iuſtū q̄ ſcripto
nitit̄ uolūtate defendit: ſed huic nūc
locos dat nō quo ad eius partes iā trā
ſierit: ueꝝ ut itelligamus cōtra quos
locos eius q̄ ſe uolūtate defēdit reſpō
dere poſſit. Aut a cā aſſūptiua iſeret
Quoniā cū ad tpūs uoluntas ſcripti
accipiēda oſtēdit neceſſario p aſſum
ptiuæ qualitatis ſpēm argumenta ſu/
munt. Si aliud ſenſiſſe ſcriptor: aliud
ſcripſiſſe dicat: Pria ps qua is utit̄ q̄
ſe uolūtate dfēdit ɔtra quā nūc p̄cepta
dat ſcriptori: In cām affert is q̄ a ſn̄ia
ſtabit. Scda ps q̄ utitur is q̄ uolūtate
ſe defendit: cōtra quā p̄cepta nūc dat
ſcriptori. Sin cām afferet is qui a ſn̄ia
ſtabit: dictus primus locus ab eo qui
ſcripto nitit̄: p partes ſuas: qui p p̄cep
ta ſeqtur ſecūdus locus ĭ quo oñditur
ſi ĭ cæteris legibus cā accipiatur: ĭ hāc
legē cām accipi nō oportere. Hoc ut
p̄bari poſſit demōſtrandū ē: quia lex
uel ſcriptū q̄dlibet ad res maxias uti
liſſimas: honeſtiſſimas: religioſiſſias
pertineat. Vnde iutile: turpe: nephas
eſſe doceatur: legi tam diligēter ſcri/
ptæ nō obtēperari. Deide docēdū q̄d
oia cauta in hac lege ſint: & p̄ſpecta:
& excepta: quæ excipiēda: p̄ſpiciēda:
cauēdaq̄ eſſe uidebantur. Subiūgitur
tertius locus ĭ quo docetur hanc cām
accipi nō oportere: in quo quoniam
aduerſarius qui cōtra ſcriptū dicet: ali
qua æquitate ſe tuetur Laborādū ē ut
doceat: q̄ ſe ſcripto defendit illud æ/
quū nō eſſe q̄ aduerſarius dicit Quo
loco bene tractato: ut doceat æquū n̄
cē efficiat: ut non oporteat concedere

& contra tamen dicat nihil eſſe quo hoiem ipudē
tiorē q̄ſquam ſe uiſurū arbitret̄. In hoc ita cōmo
rati cōueniet: quaſi nihil p̄terea dicēdū ſit: & qua
ſi cōtradici nihil poſſit ſæpe id q̄d ſcriptū ē recitā
do ſæpe cū ſcripto factū aduerſarii cōparādo: atq̄
interdū acriter ad iudicē ipſum reuertēdo. Quo ĭ
loco iudici demonſtrandū ē q̄d iuratus ſit: quid ſe
qui debeat: duabus de cāis iudicē dubitari opor/
tere ſi aut ſcriptum ſit obſcure: aut neget aliquid
aduerſarius. Cū & ſcriptū ſit apte: & aduerſarius
oia confiteat̄: tum iudicē legi parere nō interpræ/
tari legē oportere. Hoc loco cōfirmato: tum dilu
ere ea quæ contradici poterāt oportebit. Cōtra au
tē dicet̄ ſi aut p̄rſus aliud ſenſiſſe ſcriptor: & ſcri/
pſiſſe: aliud demōſtrabit̄: ut in illa de teſtamento
quā poſuimus controuerſia: aut cā aſſumptiua i/
ſereret̄. Quāobrem ſcripto non potuerit: aut nō
oportuerit obtēperari. Si aliud ſenſiſſe ſcriptor:
aliud ſcripſiſſe dicet̄ is qui ſcripto utet̄: hoc dicet
non oportere de eius uolūtate nos argumētari: qui
ne id facer̄ poſſemus: iudiciū nobis r̄liquerit ſuæ
uolūtatis. multa icōmoda ſeq̄ ſi iſtituat̄: ut a ſcri
pto recedat̄. Nā & eos qui aliquid ſcribāt nō exi/
ſtimaturos id q̄d ſcripſerint ratū futuꝝ: & eos q̄
iudicent certū q̄d ſequant̄ nihil hituros ſi ſemel a
ſcripto recedere cōſueuerit. Quod ſi uolūtas ſcri
ptoris cōſeruanda ſit ſe non aduerſarios uolūtate
eius ſtare. Nā multo propius accedere ad ſcripto
ris uoluntatē eū qui ex ipſius eā litteris interpre
tet̄: quam illū qui ſn̄iam ſcriptoris non ex ipſius
ſcripto ſpectet q̄d ille ſuæ uolūtatis quaſi imagi/
nem reliquerit: ſed domeſticis ſuſpitiōibus p̄ſcru
tet̄. Sin cām afferret is q̄ a ſn̄ia ſtabit primū erit
contradicendū: quā abſurdum ſit non negare con
tra legem feciſſe: ſed quare fecerit cām aliquā in
uenire. Deinde conuerſa eſſe oia ante ſolitos cā ac
cuſatores iudicibus p̄ſuadere affinē eſſe alicuius
culpæ eū qui accuſaret: & cauſam proferre quæ
eum ad peccandum impuliſſet. Nūc ipſum reum
cām afferre quare deliquerit. Deinde hanc iducer̄
partitionē: cuius in ſingulis partibus multæ con
ueniūt argumētationes. Primū nulla in lege ullā
cauſam contra ſcriptum accipi conuenire. Deind̄
ſi in cæteris legibus conueniat hanc eſſe huiuſmo
di legem: ut in ea non oporteat. Poſtremo ĭ ĭ hac
quoq̄ lege oporteat hanc quidē cām minie accipi

oportere. Prima ꝑs his locis cõſirmabitur ſcripto
ri neq; igeniũ: neq; operã: neq; ullã facultatẽ de/
fuiſſe quominus poſſet apte perſcribere id quod
cogitaret. Non fuiſſe ei graue: neq; difficile eam
cãm excipe: quã aduerſarij ꝓferant: ſi quicquam
excipiendũ putaſſet: cõſueuiſſe eos qui legẽ ſcri/
bãt exceptõibus uti. Deide oportet recitare leges
cum exceptionibus ſcriptas: & maxie uidere ſi q̃
in ea ipſa lege de qua agit̃: ſit exceptio aliquo in
capite: aut apud eiuſdẽ ſcriptorẽ: quo magis ꝓbe
tur legis eũ fuiſſe exceptuꝝ: ſi qd excipiẽdũ puta
ret: & oñder̃ cãm accipe: nihil aliud eẽ niſi legem
tollere: ideo qđ cũ ſemel cã cõſideret̃ nihil attieat
eam ex lege conſiderare: quippe quæ in lege ſcrip
ta non ſit. Quod ſi ſit inſtitutũ oĩbus dari cauſã
& ꝑtãtem peccandi cum intellexerint uos ex ige/
nio eius q contra legem fecerit: non ex lege i qua
iurati ſitis rem iudicare. Deinde & ipis iudicibus
iudicandi & cæteris ciuibus uiuendi rõnes pertur
batũ iri: ſi ſemel a legibus receſſum ſit. Nã & iu
dices nec qd habituros ſequantur: ſi ab eo quod
ſcriptũ ſit recedãt: neq; quo pacto alijs improbar̃
poſſint: qđ contra legem iudicarint: & cæteros ci
ues quid agant ignoraturos: ſi ex ſuo quiſq; con
ſilio: & ex ea rõne quę in mentem aut libidinẽ ue
nerit: non ex cõi præſcriptio ciuitatis unãquanq;
rem adminiſtrabit. Poſtea quærere a iudicibus ip
ſis: quare in alienis detineant̃ negocijs: cur reip.
munere ipediant̃: cũ ſępius ſuis rebus & cõmodiſ
ſeruire poſſit: cur in certa uerba iurent: cur certo
tp̃e cõueniant: certoq; diſcedant: cur nihil quiſq;
afferat cãæ: quo mius frequẽter opam reipu. det:
niſi quæ cã i lege excepta ſit: an ſe legibus obſtri
ctos in tantis moleſtijs eſſe ęquũ cenſeãt: aduerſa
rios uero noſtros leges negligere cõcedant. Dein
de itẽ inqrere ab iudicibus: ſe eius rei cãæ pp quã
ſe reus contra legem feciſſe dicat exceptorẽ ipſe i
lege aſcribat paſſuri ne ſint. Poſtea hoc quod faci
at idignius & ipudẽtius eſſe quã ſi qd aſcribat. A
ge porro qd ſi ipſi uelint iudices aſcriber̃ paſſurus
ne ſit pp̃l's atq; hoc eẽ idignius: quã rẽ uerbo &
lrĩs mutar̃ ñ poſſint: eã rẽ ipſa et iudicio maxie cõ
mutar̃: Deide idignũ eẽ đ lege aliqd đrogari aut
legẽ abrogari: aut aliq̃ ex p̃te cõmutari: cũ pp̃lo
cognoſcẽdi & ꝓbãdi aut iprobãdi fiat ptãs nulla
hoc ipis iudicibꝰ iuidioſũ utuꝝ: hũc locũ eẽ.

aduerſario nam ſuperiores loci hoc a
gebãt: quaſi non liceret id fieri quod
aduerſarius uellet. Hic autẽ locus: ut
dixi in quo docet̃ æquũ non eſſe qđ
aduerſarius dicit demonſtrabit eum
non oportere audiri: cum iuſtũ nõ ui
deat̃ eſſe quod dicit. Deinde deſcen/
dendum erit ad aſſumptiuæ qualita/
tis ſpecies per tractatus. Ab eo q ſcri
pto nitit̃ uti p ea præcepta quæ ſupra
dicta ſunt compenſationis: & relatio
nis: remotionis: conceſſioniſ explicet
locos partis ſuæ: qui nititur contra eũ
qui ſe uoluntare defendit ſupponẽdo
cauſam ex locis aſſumptiuæ qualitatiſ
deinde ratiõis afferendæ ſunt: & cãæ
quare aut i lege: aut teſtam̃to: ita ſcri
ptum ſit: quod ſcriptum ẽ: ut ex hoc
modo nõ ſcripta tantum defendere:
uerum uoluntates interpretari uideat̃
ille qui ſcripta defẽdit primũ nulla in
lege ullam cauſam. Præcepta partitõ
nis quibus uti debeat is qui ſe ſcripto
defẽdit. Prima pars his fere locis cõ
firmabitur. In nulla lege cauſam acci
pi oportere. Deide itẽ q̃rere hoc totũ
p inductionẽ: ut ex eo qđ cõcedit̃: id
qđ nõ concedit̃ cõcludatur. Secũda

pars eſt in qua eſt oſtendendum: ſi in
cæteris legibus oporteat: in hac non
oportere. Secũda pars incipit de par
titione eius qui contra ſententiã ſcrip
tum defendit. Si qd igitur ex hac ipſa
quippiam accuſator deroget. i. æqui
tate. Quoniam ille qui ſe ſentẽtia de
fendit cõtra ſcriptũ æquitatem debet
aſſerere. Neceſſario is qui ſe ſcripto d̃
fendit: debet rurſus detrahere æquita
ti. Contra ſcriptum aũt qui dicet pri-
mum: inducet eum locum per quẽ
æquitas cauſæ demonſtret̃: nunc tra
ctus eſt eius qui uolũtate ſeruet̃ cõtra
ſcriptum: quod ſupra tractatũ eſt iſqꝫ
inducet primum locum æquitatis: ut
oſtendat quæ & qualis illa ſit cã quã
adhibet p interpræcationem legis.

neqꝫ hoc tempus legũ corrigendaꝝ apud populũ
hoc & per populũ agi conuenire: quod ſi nũc id a
gant uelle ſcire ſe qui lator ſit: & qui ſint acceptu
ri ſe actiones uidere & diſſuadere uelle. Quod ſi
hoc cũ ſũmæ iutilia: tũ multo ſint turpiſſima: le
gem cuiuſcũqꝫ modi ſit cõueniat i pñtia cõſerua
ri a iudicibus. Poſt ſi diſpliceat a populo corrigi
cõuenire. Deĩde ſi ſcriptum nõ extaret magnope
quæremus: neqꝫ iſti niſi extra piculũ quidem eẽt
crederemus. Nuc cũ ſcriptum ſit amẽtiã eſſe eiꝰ
rei qui peccarit potius quã legis ipſius uerba co
gnoſcere. His & huiuſmodi rõnibus oſtenditur
cauſam extra ſcriptum accipi nõ oportere. Secun
da ps eſt: in qua eſt oſtendendũ: ſi in cæteris legi
bus oporteat in hac non oportere. Hoc demõſtra
bitur. ſi lex aut ad res maxias: honeſtiſſimas: uti
liſſimas: religioſiſſimas uidebitur pertinere. Aut
inutile: aut turpe: aut nephas eſſe tali i re non dili
gentiſſime legi obtẽperare debere: aut ita lex: dili
gẽter pſcripta demõſtrabitur ita cautũ una quaqꝫ
de re: & ita quod oportuerit exceptũ: ut minie cõ
ueniat quicq̃ i tam diligenti ſcriptura præteritum
arbitrari. Tertius locus eſt ei qui p roſcripto dicet
maxie neceſſarius: p quem oſtendat oportet: ſi cõ
ueniat cauſam contra ſcriptũ accipi: eam tñ mini
me oportere quæ aduerſarius proferat: qui locꝰ
iccirco ẽ huic neceſſarius: quod ſemp his qui cõ
tra ſcriptũ dicit: æquitatis aliud afferat: oportet.
Nã ſũma iprudentia eſt eum qui contra q̃ qđ ſcri
ptũ ſit aliud probare uelit: nõ æquitatis præſidio
id facere conari. Si qd igit̃ ex hac ipſa quippiam
accuſator deroget oĩbus partibus iuſtius & pro
babilius accuſare uideat̃. Nã ſupior orõ hæc oĩs
faciebat uti iudices: ẽt ſi nollet neceſſe eſſet: hoc
aũt ẽt neceſſe non eſſet: ut uellent contra iudicar
id autem fiet: ſi quibus ex locis culpa demonſtra
bitur eẽ in eo qui: aut compatione: aut remotiõe
aut relatione cris: aut conceſſiõis partibus ſe de
fẽdit: de qbus ante ut potuimus diligẽter pſcri
pſimus de his locis quos res poſtulabit: ad cauſã
aduerſariorũ iprobãdã trãſferemus: aut cãæ & rõ
nes afferẽt: qr̃ & quo cõſilio ita ſit i lege: aut i te
ſtamto ſcriptũ: ut ſñia quoqꝫ & uolũtate ſcripto
ris: & ñ ipſa ſolũ ſcripturę cã cõfirmatũ eẽ uiđat̃
ut aliis quoqꝫ ↄſtitutiõibꝰ factũ coarguet̃. Cõtra
ſcriptũ aũt q dicet primũ eum inducet locum per

quem æquitatis cãæ demõſtretur: aut ondet quo
aío: quo cõſilio: qua de cauſa fecerit: & quãcũq̧
cãm aſſumet. aſſumptióis ptibus ſe defẽdet: de q
bus ante dcm̃ ẽ: Atq̧ hoc in loco cũ diutius cõ/
moratus ſui facti rõnem & æquitatẽ cauſæ exor
nauerit: tũ ex his lo ſercis e cõtra aduerſarios di/
cet cãm oportere accipi: demõſtrabit nullã eſſe le
gem q̃ aliquã rẽ inutilẽ: aut iniquã fieri uelit oía
ſupplicia quæ a legibus proficiſcantur culpæ ac
malitiæ uidicãdę cã cõſtituta eſſe. Scriptorẽ ipm
ſi exiſtat factũ hoc ꝓbaturũ: & idẽ ipſum ſi ei ta/
le accidiſſet factum fuiſſe: & ea re legis ſcriptorẽ
certo ex ordine iudices certa ætate cõſtituiſſe ꝑdi
tos: ut eſſent nõ qui ſcriptũ ſuum recitarent: qđ
quiuis puer facere poſſet: ſed quæ cogitationem
aſſequi poſſent: & uolũtatem interpretari. Deide
illum ſcriptorẽ: ſi ſcripta ſua ſtultis hominibꝰ &
barbaris iudicibus cõmitteret: omnia ſumma di/
ligentia pſcrutaturum fuiſſe. Nũc uero quod in/
telligeret quales uiri iudicaturi eẽnt: iccirco eum,
quæ perſpicua uideret eẽ non aſcripſiſſe: neq̧. n.
uos ſcripti ſui recitatores: ſed uoluntatis interpre
tes fore putauit. Poſtea q̃rere ab aduerſariis: qđ
ſi hoc feciſſem quid ſi hæc accidiſſent: eorum ali
quid i qbus: aut cauſa ſit honeſtiſſima: aut neceſ
ſitudo turpiſſima: tũ ne accuſaretis. Atq̧ hoc lex
nuſq̃ excepit. Non omnia ergo ſcriptis: ſed q̃dam
quæ pſpicua ſint tacitis exceptionibꝰ caueri. De
inde nullam rem: neq̧ legibus: neq̧ ſcriptura ul/
la. deide neq̧ in ſermone quidem quotidiano atq̧
iperiis domeſticis recte poſſe admiſtrari: ſi unuſ/
quiſq̧ uelit uerba expectare: & nõ ad uolũtatem
eius qui uerba hũerit accedere. Deinde ex utilita
tis & honeſtatis ptibus oſtẽdere q̃ iutile: aut quã
turpe ſit id quod aduerſarii dicãt fieri oportuiſſe:
aut oportere: & id quod fecerimus: aut poſtule
mus q̃ utile: aut q̃ honeſtum ſit. Deinde leges no
bis caras eſſe nõ ꝓpter litteras quæ tenues & ob
ſcuræ notæ ſint uoluntatis: ſed ꝓpter carũ rerum
qbus deſcriptum ẽ utilitatẽ & eorũ q ſcripſerunt
ſapiẽtiam & diligentiã. Poſtea quid ſit lex deſcri
bere: ut ea uideatur i ſentẽtiis: non in rebus conſi
ſtere. & iudex is uideatꝰ legi optẽpare qui ſniam
eius non qui ſcripturam ſequatur. Deinde q̃ idi
gnum ſit eodem affici ſupplicio: eum qui ꝓpter
aliquod ſcelus & audaciã contra leges fecerit: eũ

deinde aſſumptiuæ ptis cuiuſq̧ ꝑce/
pta ſeruabit dicens: hoc quidẽ ſcriptũ
in lege eſt. Sed ego feci: ut ꝑdeſſem:
uel reliqua quæ aſſũptiuæ ſunt quali/
tatis: ut facta ipſa ſua enumeret & exe
quatur: deinde tres illos compleat lo
cos ex aduerſa parte: quibus uſus eſt is
qui ſcripta defenderat. Hic ecõtrario
doceat in omnes leges accipi cãs: & ĩ
hanc legẽ accipi debere & hanc cauſã
a ccipi debere. In oẽs leges accipi cãs
in hanc nõ accipi iniquũ aliquod con
ſtitui: ut oĩa ſupplicia culpæ: & mali
tiæ iudicãdæ cã conſtituta ſint. Nũc
ſe nihil malitioſe feciſſe: ipm ſcripto/
rem ſi hodie preſens ẽt factũ ſuũ pro
baturum: aut ſi ipſe hoc ageret factu/
rum fuiſſe. Hac de cauſa uiros bonos
electos & dignitate & ætate ut nõ ſcri
pta legis recitarent: ſed interprætarẽ
tur ipm legis ſcriptorem nõ barbaris
hominibus ac ſtultis cõmiſiſſe ſcripta
ſua. Nã ſi hoc crederet diligẽter cun/
ctas exequerentur: nunc quædam po
ſuiſſe ex quibus etiam non ſcripta co/
gnoſci poſſunt per intellectam uolun
tatem. Poſtea dicẽdum eſt quid fieri
potuiſſet: aut quid accidere potuiſſe:
quibus cauſa cum collocatur oſtendi
tur recedendum fuiſſe a ſcriptis pro/
pter neceſſitatem uel honeſtatẽ. Oẽs
leges comprehendere omnia nõ poſ
ſe que uelint exprimere uel excipere:
ſed eſſe naturaliter in legibus cunctis
tacitas exceptiones: deinde locũ hunc
debebit exequi: quia neq̧ ſermo ho/
minum. neq̧ ſcriptum aliquod plãe
ſe exprimat. aut eloquatur uoluntatẽ
ſed ſemper expectari ex ſcriptis reliq̃
que in uoluntate intelligi poſſunt. de
inde utilitatis & honeſtatis partes ex/
plicandæ ſunt. in quibus docebimus
quid nos fecerimus. & q̄d aduerſarii
uelint. ut noſtrum utile aduerſariorũ
inutile demonſtretur. deinde locum
communem debemus inducere. nõ
litteras nos ſequi oportere. quæ & te
nues & obſcuræ ſunt notæ uolunta/
tis. ſed ipſam illam uoluntatem: de/
inde inducere definitionem. quid ſit
lex. & ſic definire. ut hoc potius uo/
luntas q̃ ſcriptura uideatur. Meritaq̧
iudices inſeruiant legi. qui uoluntatẽ
legis interpretantur. iniquum eẽ affi/
ci ſupplicio eum qui non aperte con/
tra legem fecerit. ſed ex aliqua ratiõe
utilitatis reipu. his ratiõibus & rebus
tres illi loci approbantur. qui ſunt cõ
trarii ſupioribus tribus. uti doceamus
& accipi cauſã in oĩbus legibus: & in
hãc legẽ accipi & hãc cauſam accipi.

Præterea operam dare debemus: ut eſt ſcriptum ipm: ſi quo pacto poſſumus conuertamus: ut id
uideat tenere uerbis: qd nos interꝑtamur: faciamuſq; tale aliqd: q̄le ſupra fecit: quo ſcripto nitit:
ut ad ſcriptū applicet uolūtatē. Sic hic qui uolūtate nitit in ſcripto debet aliqd iuenire qd iterꝑtet:
qd cōueniat uolūtati id faciet ſi ābiguū aliqd in ſcripto iuenerit aut ꝑ collectionē ex eo qd ſcriptū ē
id qd ſcriptū nō ē oſtēderit ſic fieri: ut cū leue neſcio qd iuenerit: in ſcripto tn̄: cum æquitatē oſten
derit i ſua cā eē plurimū ꝓficiet: & ſubducet aduerſario argumētū ſuū: i quo ille poſuit ſcripta tm̄ iu
dices ſeq dcre. cū & hic docet cœpit
i ſcripto eē aliqd qd ꝓſit ei uolūtati:
q̄ iterꝑtat. Poſtremi loci ſunt cōes ꝗ
ſumi potuerūt ex ꝑtibus aſſumptiuæ
qualitatis: qd ſupra diximus. Verum
erit proprius locus eius ꝗ ſcripta defē
dit leges ex ſe intelligi debere: non ex
utilitate interꝑtantiū: deinde erit al-
ter nihil legibus carius eē debet. Aut
uero erūt alii loci cōes eius qui ſe uo-
lūtate defendit leges in cōſilio ſcripto
ris eē & utilitate cōi: deīde idignum
eſſe æquitatē lr̄is ꝓmere & urgere: cū
æquitas magis in uolūtate cernatur:
ex his locis quos tres i partitiōe ſupra
poſuit & accipi cām & in hac lege ac
cipi & hanc cauſam accipi. Repetit ꝑ
anacephaleoſin in cōcluſione tres il-
los quos in partitione poni locos di-
xit: & pro ſcripto & contra ſcriptum
aut ex ſcripto non ſcriptū aliqd indu-
cere. i. ſyllogiſtice tractare. Cū æqui
tate eam abundabit neceſſario multū
ꝓficiet. Fit & hic cōcluſio: ut & is qui
ſe uoluntatem defendit opam det ut
ipſum ſcriptū pro ſe faciet: uel ambi-
guo aliquo reꝑhenſo uerbo uel cæte-
ris: ut nō uolūtate tn̄ ſed ēt ſcripto ni-
ti uideat quemadmodum illi ipe ſupra
qui ſe ſcripto defēdit ita ꝓceperat: ut
non ſola uerba amplecteretur: ſed ēt
ſcriptoris oſtenderet uoluntatem: lo
ci autem cōes cæteris ex aſſumptiōis
partibus in utranq; partem conueni-
et. Vt aut remoueat: aut compēſet:
aut referat: aut concludat. Ex contra
riis autē legibus controuerſia naſcit:
cum inter ſe duæ uidentur leges: aut
plures diſcrepat hoc modo. De lega
libus cōtrouerſiis tertia ē q̄ ex contra-
riis legibꝫ cōſtat. Nā dicta ē ambigui
tas: dicta ēt controuerſia: quæ cōſtat
ex ſcripto & uolūtate. Contrariæ ue-
ro leges nūc duæ ſunt: nunc plures:
nūc una ſi duplex ē q̄q̄ & una ſimplex
facere leges contrarias poteſt. At una
duplex facit leges cōtrarias: cū una ꝑs
nititur legis parte altera ru: ſus alia le
gis parte dimicat & repugnat. Apud
rhetores eſt iſta controuerſia. Rapta
raptoris mortem aut indonatas nu-
ptias optet: ut rapta una parte nitatur
ac dicat mortē ſe optare debere rapto
ris. Altera nuptias inducat: ac fiāt le-
ges contrariæ ex duplici parte legis.
Itē una lex contrarias leges facere pōt

qui honeſta: aut neceſſaria de cā non ab ſnia: ſed
ab lr̄is receſſerit legis: itaq; his & huiuſmōi rōni-
bus: & accipi cām: & i hac accipi lege: & eā cām
quā ipſe afferat accipi oportere demonſtrabit. Et
quēadmodū ei dicebamꝰ: qa ſcripto diceret: hoc
fore utiliſſimū ſi qd de æquitate ea quæ cū aduer
ſario ſtaret: derogaſſet: ſic huic qui cōtra ſcriptū
dicet pr̄imū ꝓderit ex ipa ſcriptura aliquid ad ſuā
cām cōuertet: tū ābiguū aliquid oñdere. Deinde
ex illo ambiguo eā ꝑtē: quæ ſibi ꝓſit defendere:
aut uerbi diffinitionē iducere: & illius uerbi uim
quo urgeri uideat ad ſuæ cāæ cōmodū traducere
aut ex ſcripto nō ſcriptū aliqd iducere per rōcina
tionē de qua poſterius dicemus. Quacūq; aūt in
re quis leuiter probabili ſcripto ipō ſe defēdit: ēt
cū æquitate cā abūdabit: neceſſario multū profi
ciet: iō qd ſi id quo nitit aduerſariorū cā ſubdu-
xerit oēm illā eius uim & acrimoniam lenierit ac
deluerit. Loci aūt cōes ceteri ex aſſumptiōis par-
tibꝰ i utrāq; ꝑtē cōuenēt. Præterea āt eiꝰ q̄ a ſcri
pto dicēt leges ex ſe nō ex eiꝰ qui cōtra commiſe
rit utilitati ſpectari oportere & legibꝰ antiquius
hr̄i nihil oportere: cōtra ſcriptū legis i cōſilio ſcri
ptoris & utilitate cōi: nō in uerbis cōſiſtere. Quā
idignū ſit æquitate lr̄is urgeri: quæ uolūtate eiꝰ
qui ſcripſerit defendatur. Ex cōtrariis aūt legibꝰ
controuerſia naſcitur: cū inter ſe uidentur duæ le
ges: aut plures diſcrepat hoc modo: Lex ē qui ty
rānū occiderit olympicaꝝ pręmia capito: & quā
uolet ſibi rem a magiſtratu depoſito: & magratꝰ
ei cōcedito. Et altera lex eſt tyranno occiſo quiq;
eius ꝓximos: cognationem magiſtratus necato.
Alexandrū qui apud phereos in Theſſaliā tyran
nidem occuparat: uxor ſua cui nomē Thebe fuit
noctu cū ſiml̄ cubaret occidit. Hæc filiū ſuū quē
ex tyrāno hēat ſibi in præmii loco depoſcit. Sunt
qui ex lege puerum occidi dicant oportere: res in
iudicio eſt. in hoc genere utranq; in partem iidem
loci eademq; præcepta conuenient. Ideo quod utri
que ſuam legem confirmare & contrariam infir-

hoc modo. Cū lex ē: ut uir fortis petat præmiū qđ uolet: & duo adoleſcentes filii fortiter fecerūt: petit præmii noīe unus: ut pater eius: qui reus factus fuerat ꝓditionis ante iudiciū liberet̄. Alter petit: ut agat̄ iudiciū. Ita ex una lege diuerſa petētiū uolūtate leges cōtrariæ eē dicūtur. Verbum his omiſſis. Tul. definit qd ſint leges cōtrariæ. Deīde ponit exēplum de eo q tyrānū occiderit: ut præmiū accipiat: deinde alterā legit: ꝓponit ut tyrāno occiſo q̄nq̄ ꝓximi facile interficiant̄. Deinde reliq̄ ꝑcepta dat cōiter in utrāq̄ ptē. Etenim cū ambæ ptē. Etenim cū ābæ ptes lege nitant̄ quæ præcepta data fuerit uni pti ad alterā partē. quæ ēt ipſa lege nitetur ꝑcepta eadem trāſferunt̄. Eritq̄ unicuiq̄ pti hoc principale. ut ſuam legē laudet aduerſarii. uitupet. reꝑhēdat. Erit ergo tractatus talis. utra utilior lex ſit. utra hōeſtior. utra magis neceſſaria. utra ad res plures ptinet. utra ad maxīas. utra lex poſterior ſit. Melior. n. quæ poſterior: utra lex iubeat. utra pmittat. utra uetet. Nā iubet. deſertor capite puniat̄. Permittit adulteriū. cū adultera liceat occidere. deīde utra lex pœnā conſtituat ei q obtēperet. utra maiorē pœnā: deinde utra lex iubeat utra uetet: ī eo. n. qđ iubet̄ & permittit̄ q̄ſi unū genus ſit: cōtrariū ē ī eo qđ uetatur. Verū in eo qđ īperat̄ & pmittitur ſit diuerſitas quā ſupra poſuit: cū illic ē neceſſitas: hic utendi uolūtas. At his duobus cōtrariū ē qđ uetatur: ut infamis ne militet uti īpudicus ne cōtionetur. Maior aūt ē auctoritas legis quæ uetat: q̄ illa q̄ īperat. Oīs. n. lex quæ uetat fortior ꝓpterea: qa corrigit illā quæ aut pmittit: aut impat. Et eni cū oēm hoiem ad concionē uenire nō liceat: & ſit hæc lex q̄ſi permittat: hæc quæ uetat: infamis ne cōcionetur corrigit illā legē: qua aut iubet̄ aliqd aut pmittit̄. Deīde cōſiderandū: utra lex de pte cōſtituta ſit: utra de omni: uel re: uel actu. utra lex ſpāliter ſcripta ſit utra generaliter. Melior enim quæ de ſpecie ſcripta eſt nō cōiter. Et eſt cōiter. ut hoiem occidere ne liceat. Specialiter uirum fortem occidere ne liceat. & alia huiuſmodi. Deinde cōſiderandū ex qua lege ſtatim fieri aliquid aut nō fieri neceſſe ſit & ex qua ſit aliqua tarditas. Nā eſt tarditas ut in illa lege legatus intra diē triceſimū ꝓficiſcatur. Hæc oīa cum dicta fuerint operam dare debeat. unaquæq̄ ps. quæ pro lege ſua nititur uti doceat legē ſuam & iuſtā eſſe & apertā. aduerſariorum autē uel iiuſtā. uel obſcuram. uel ambiguā. Aut ratiocinatione colligit ꝙ uelint adhibere aliquā definitionē aduerſarii. ut intelligi poſſit quid ī lege ſit. in noſtra aūt lege oīa eē manifeſta. Deinde debemus adiūgere uoluntatem. ut aſcriptum uoluntas quoq̄ interpretata conſentiat. Dare etiam operam. ut aduerſariorum lex contrariam habeat uoluntatem. Et ſi fieri poteſt aduerſariorum legis ita eſt interpretanda ſententia. ut pene etiam ipſa lex aduerſariorum per ſententiæ īterpretationem pro nobis facere uideatur. ut ambæ leges noſtræ ſint partis. Vna noſtra per ſcriptum aduerſariorum per uolūtatem

mare debebit. Primū igit̄ leges oportebit cōtēdere cōſiderādo utra lex ad maiores hoc ē ad utiliores & hōeſtiores ac magis neceſſarias res ptieat. Ex quo cōficit̄ ut ſi leges duæ: aut plures erunt: aut quotquot erūt q̄ cōſeruari non pñt: qa diſcrepēt inter ſe maxīe cōſeruāda putet̄ quæ ad maximas res ptinere uideat̄. Deīde utra lex poſterius lata ſit: nā poſtrema queq̄ grauiſſima ē. Deinde utra res iubeat aliquid: utra pmittat: nā id qđ imparat̄ neceſſariū ē: illud qđ pmittit̄ uoluntariū ē. Deīde ī utra lege: ſi nō obtēpatū ſit pœna afficiatur: aut ī utra maiori pœna ſtatuat̄. Nā maxime cōſeruāda ē ea q̄ diligētiſſima ē & ſācta. Deinde utra lex iubeat: utra uetet. Nā ſæpe ea q̄ uetat q̄ſi exceptiōe qdā corrigere uidet̄ illā quæ iubet. Deīde utra lex de gñe oī: utra de pte aliqua: utra cōiter in pl̄es: utra in aliq̄ rē certā ſcripta uideat̄: Nā quæ ī ptē aliq̄ & quæ in certā aliq̄ rē ſcripta eſt ꝓpīus ad cām accedere uidet̄ & ad iudicium magis ptinere. Deīde ex lege utrū ſtatim fieri neceſſe ſit: utrū inhibeat aliquā morā & ſuſtentationem: nam id quod ſtatim faciendum ſit: perſici prius oportet: deinde opam dare ut ſua lex ex ipſo ſcripto uideatur niti. Cōtraria autem: aut per ambiguū: aut per rōcinationem: aut ꝑ diffinitionem induci: & ſanctius: & firmius id uideat̄ eē: quod apertius deſcriptū ſit. Deīde ſuæ legis ad ſcriptū ipſum: ſententiā quoq̄ adiungere. Contrariā legē itē ad illā ſententiam traducere: ut ſi pōt fieri ne diſcrepare quidē uideantur inter ſe. Poſtremo facere ſi cauſa dabit facultatē: ut noſtra ratiōe utraq̄ lex conſeruari uideatur & aduerſariorum ratione altera ſit neceſſario negligenda. Locos autem cōmunes: & quo ipſa cauſa det uidere oportebit: & ex utilitatis & honeſtatis ampliſſimis partibus ſumere demonſtrantem per amplificationem ad utram potius oporteat acceder̄ legem. Ex ratioci

Poſtremi ſunt loci cões qui in legibus cõtrariis ſumi poſſunt: & utilitate & honeſtate legis cuiuſcũ
q ea maxime conſiderãda putetur: quæ ad maximas res pertinere uidet̃. Præceptũ hoc eſt. Cõ-
parandas leges eſſe utrũ inter ſe duæ uel tres diſcrepent leges: & ſeruari non poſſunt ambæ: quia
diſcrepent: ea maxime cõſeruetur quæ ſit in cõparatione utilior: honeſtior: magis aut neceſſaria:
ex rõcinatione autẽ naſcitur controuerſia cũ ex eo quod uſpiã eſt ad id quod nuſq̃ ſcriptum ẽ uẽit̃.
Ratiocinatio ſyllogiſmus dr̃: controuerſia legalis ẽ. Habet tractum cum eo quod ſcriptum eſt: id
quod ſcriptũ non eſt colligitur Cice.
ait: cũ ex eo quod uſpiam ſit ad id qđ
nuſq̃ eſt ſcriptum uenitur: & hẽt mo
dos ſuos: quibus cõprehendatur: uel
ſimile cum colligimus: uel cũ minus
colligimus ex maiore: uel cum conſe
quens dat exemplũ. Sed hæc in ma
comãno excpla ſunt poſita: dat exem
plum Cice. de eo qui dãnatus parrici
dii in carcere teſtamentũ fecerit. Nul
la quidem lex teſtamẽtum facere pro
hibet eũ q dãnatus ſit parricidii. Sed
ſunt aliæ leges quæ multa facere pro
hibent parricidii reum & dãnatum.
Ex quibus colligitur etiã hoc faciendi
teſtamẽti illum nõ habuiſſe poteſtatẽ
Itẽ multæ leges ſunt teſtamẽtorum fa
ciẽdorũ: ex quibus iterũ colligitur hũc
faciendi teſtamẽti ptãtẽ nõ habuiſſe.
Tractatus uero hẽt & locos argumẽ
torum tales. Primũ ut ſcriptum lau-
demus. & confirmemus: deinde con
feramus cum eo facto qđ colligimus
a ſcriptũ: deinde ut ſimile eſſe docea-
mus: deĩde ut ſi illud æquum ſit: hoc
quoq eſſe æquum iudicemus. deĩde
ut dicamus cũ de hoc ſcriptum ſit cur
de alio ſcriptũ non ſit: quaſi manife
ſtum fuerit ex eo quod ſcriptum: ẽ eti
am quod ſcriptum non ſit: & iccirco
a ſcriptori legis prætermiſſum eſſe ui
deatur. Deĩde docebamus ĩ multis le
gibus multa præterit: ſed accipi: hæc
ſi nõ ſint præterita: ex his. ſ. quæ ſcri
pta ſũt: hæc dicit qui utitur collectio
ne. Qui cõtra pugnat ante omnia la
borare debet: ut ſimilitudinem tollat
& dicat aliud eſſe in eo quod ſcriptũ
eſt: aliud in eo quod admiſſum eſt: ac
propterea eẽ diſſimile & nõ debet̃ ac
cipi ex eo quod ſcriptum eſt: id quod
non ſcriptum eſt: cum ſit multa diſtã
ria diſſimilitudinis & ſimilitudinis:
de quibus in primo libro expoſuit Ci
cero. Addere præterea etiam poterit
is qui contra collectionem nititur uti
& ipſe utatur aliqua collectione. Qđ
ſi & contigerit iiſdem argumẽtis ute
tur q̃ ſupra dedimus ei qui utitur col-
lectione. Si autẽ non poterit uti: hoc
aget: ut oſtendat ſcriptum ſolum con
ſiderari oportere. Periclitari iura om
nia: ſi ſimilitudines accipiantur nihil
enim eſſe pœnæ: quod non alteri ſi-
mile eſſe uideatur. Poſtremi loci ſunt
cões ab eo qui utitur rõcinatione ex-

natione naſcitur cõtrouerſia cũ ex eo quod uſpiã
eſt ad id quod nuſq̃ ſcriptum eſt peruenitur. Hoc
pacto lex ſi furioſus ẽ agnatorũ: gẽtiliumq in eo
pecuniaq eius ptãs eſto. Et lex paterfamilias uti
ſuper familia pecuniaq ſua legaſſet: ita ius eſto.
Et lex ſi paterfamilias inteſtat⁹ moritur: familia
pecuniaq eius agnatorũ gentiliumq eſto. Qui-
dam iudicatus ẽ parẽtem occidiſſe: ei ſtati quod
fugiẽdi ptãs nõ eẽt ligneæ ſoleæ ĩ pedes inductæ
ſunt. Os aũt obuolutũ eſt foliculo & præligatũ.
Deĩde in carcerẽ deductus: ut ibi eẽt tãtiſp: dum
culeus ĩ quẽ cõiectus ĩ profluẽtẽ deueheret̃: cõ-
paretur. Interea qdã eius familiares ĩ carcerem ta
bulas afferũt: & teſtes adducunt. Hæredes quos
ipſe iubet ſcribũt: tabulæ obſignãt̃. De illo poſt
ſuppliciũ ſumitur. Inter eos qui hæredes in tabu
lis ſcripti ſunt: & inter agnatos de hæreditate cõ-
trouerſia ẽ. Hic certa lex quæ teſtamẽti faciendi
his qui in eo loco ſint adimat ptãtem: nulla pfer
tur. Ex cæteris legibus quæ hũc ipſum ſupplicio
huiuſmodi afficiũt: & quæ ad teſtamẽti faciendi
poteſtatẽ ptinet: per raciocinationem ueniendũ ẽ
ad huiuſmodi rõnem ut quæratur: hũerit ne teſta
menti faciendi ptãtẽ. Locos aũt in hoc genere ar-
gumentãdi hos: & huiuſmodi quoſdã eſſe arbitra
mur. Primũ eius ſcripti qđ pferas laudationẽ &
cõfirmationẽ. Deinde eius rei de q̃ quærit̃ cũ eo
de quo conſtet collationem huiuſmodi: ut id de
quo q̃ritur rei de qua cõſtet ſimile eſſe uideatur.
Poſtea admiſtrationem pcontatione: qui fieri poſ
ſit: ut qui hoc æquũ eſſe cõcedat: illud neget: qđ
aut æquius aut eodẽ in genere ſit. Deinde iccirco
de hac re nihil eſſe ſcriptũ: quod cum de illa re eẽt
ſcriptum: de hac re is qui ſcribebat neminem du-
bitaturũ arbitratus ſit. Poſtea multis in legibus
multa pterita eſſe: quæ iccirco præterita nemo ar
bitretur: quod ex cæteris de quibus ſcriptũ ſit in
telligi poſſint. Deĩde æquitas rei demõſtrãda eſt:
ut in iuridiciali abſoluta. Cõtra autem qui dicet
ſimilitudinem iſirmare debebit: qđ faciet ſi demõ

ſtrabit illud qđ cōfert diuerſum eē gñe: natura:
ui: magnitudine. loco: tēpore: pſona. opinione: ſi
quo in numero illud quod p ſimilitudinē affert:
& quo illud ī loco cuius cā affertur: hrī cōueniat
demōſtrabit. Deinde qd res cū re differat demon
ſtrabit: ut nō idē uideat de utraq; exiſtiari opor/
tere. Ac ſi ipſe poterit quoq; ratiocinatiōib⁹ uti
iiſdē quibus añ dcm̄ ē. utet ſi non poterit: nega/
bit oportere: quicq̄ niſi quod ſcriptū ſit conſidera
ri piclitari oia iura: ſi ſimilitudies accipiant nihil
eē pene quod nō alteri ſimile uideat multis diſſi/
milibus rebus: & ī unāquāq; rem tñ ſingulas eē
leges. Oia poſſe inter ſe uel ſimilia uel diſſimilia
demōſtrari loci cōes a ratiocinatiōe oportere cōie
ctura ex eo quod ſcriptū ſit: ad quod non ſit ſcri/
ptū puenire: & neminē poſſe oēs res per ſcripturā
amplecti: ſed eū cōmodiſſime ſcribere qui curet:
ut qdam ex quibuſdam intelligatur. Cōtra ratio
cinationem huiuſmodi: cōiecturam diuinationē
eſſe: & ſtulti ſcriptoris eſſe non poſſe omnib⁹ de
rebus cauere qbus uellit. Definitio eſt cū in ſcri/
pto uerborū aliqđ eſt expoſitum cui⁹ de ui quæ
rit: hoc modo. lex ē qui in aduerſa tēpeſtate naui
reliquerint oia admittunt: eorū nauis & onera ſūt
qui in naui remāſerit. Duo qdam cum iam ī alto
nauigarent: & eorū alterius nauis: alterius onus
eſſet: naufragium quēdam natantem & man⁹ ad
ſe tēdentem aduerterunt: miſericordia cōmoti na
uim ad eum applicuerunt: hominem ad ſe ſuſtule
rūt. Poſtea aliquāto ipos quoq; tempeſtas cœpit
iactare uehemētius uſq; adeo: ut dominus nauis
cum idem gubernator eſſet ī ſcapham cōfugeret:
& ide funiculo quia puppi religatus ſcapham an
nexam trahebat naui: quod poſſet moderaretur.
Ille autem cuius merces erant in gladium in naui
ibidem icumberet. Hic ille naufragus ad guber
naculum acceſſit: & naui quod potuit eſt opitula
tus. Sedatis autem fluctibus: & tempeſtate iam
commutata nauis ī portum icolumis prouehitur
Ille autem q in gladium icubuerat leuiter ſaucia
tus facile eſt ex uulnere recreatus. Nauim cū one
re horum trium ſuam quiſq; eſſe dicit: hic omnes
ſcripto ad cauſam accedūt: & ex nominis ui naſci
tur controuerſia. Nam & relinquere nauem: & re
manere in naui. Deniq; nauis ipſa quid ſit defini
tionibus quæritur. Iiſdem autem ex locis omni
tra ſcriptum per cōiecturam id quod
ſcriptum non eſt accipi oportere. De
inde neminē poſſe ſcriptura cōplecti
uniuerſa. Illud tātūmodo bene ſcribe
re legē qui quædā cōtingat ex quibus
alia præteriit ītelligi poſſint. Loci ue
ro cōmunes contra eum qui collectio
ne nititur. iſti ſunt. Coniecturā nō eē
firmū argumentum: ſed eē diuinatio
nem. Deinde ſtulti eē ſcriptoris non
omnia quæ cauenda ſunt ī lege cōſcri
bere. His qui ī eo loco ſint adimat po
teſtatem: neq; permittat: ſed ut quaſi
pmiſſio eſſe uideatur collectio ſit ex
aliis. Definitio eſt cū in ſcripto uerbū
aliqđ ē poſitum: cuius de ui q̄rit hoc
modo. Subiūgit poſtremā legalē con
trouerſiā: quā definitionē noīauit: q̄
nulla pte diſtat a cōſtitutiōe rationali
niſi q uerbum in lege poſitū: uel ī ſcri
ptura aliqua cum definit quod ſignifi
cet qd ſit tūc ſit legalis definitio. Sup
ponit exēplum de his qui nauē ſuā di
cunt unus incubuerit gladio: alter ne/
mini īperitus gubernādi tēuerit. Gu
bernator in ſcaphā fugerit hic cū con
tēdāt: cuius nauis ſit: ex lege initium
capiunt controuerſiæ. Quærit tamē
uerbū quod in lege poſitum eſt. quid
ſit nauis: deīdc quid ſit nauē deferre:
& quid ſit in nauē remanere. Hæc ſo
la diſcretio eſt data inter definitionē
legalē & conſtitutionem. i. rōnalem
ſtatum: pceptū autē dicendi eadē ſer/
uabimus quæ ſupra ſunt poſita: ut de
finiamus: & cætera quæ pcepit. Tūc
expoſitis argumētatiōibus quæ in iu/
diciale cārum genus cōmodant. Fi/
nitis oībus præceptis quæ dari fuerāt
ad omnes conſtitutiones: & ad om/
nia genera cōtrouerſiarum quæ in le
gibus ſunt: dūtaxat in iudiciali genere
cauſarū tranſit. Tullius ad delibera/
tiuam cām: & ad demōſtratiuā. Nō
q alia præcepta eſſe poſſint delibera
tiuæ & demonſtratiuæ q̄ fuerit ſupra
in iudiciali genere dūtaxat in cōſtitu/
tionibus. Nā pari modo cōiecturæ:
finis. & cæteræ conſtitutiones. & oīa
genera cōtrouerſiarum uerſant in de
liberatiuo & demōſtratiuo queadmo
dū in iudicialibus. Vnde nō alio mo
do dicenda ſunt in iudiciali. & alio in
cæteris. ſed eadē dicēdi ubiq; pcepta
ſeruabuntur. Verūetiam qm̄ in libro
primo docuit. & hic admonet fines
ſuos certos habent genera iſta contro
uerſiarum neceſſario propter fines.
Alia quædam præcepta. & alia q̄dā

argumēta tradēda ſunt de quibus nūc
tractabit. Finem habet iudicialis cau
ſa æquitatē. Deliberatiua finē hēt uti
litatem: ut Ariſtoteli placet: ut Cice/
roni utilitatē & honeſtatem. Demon
ſtratiua finē hēt honeſtatem. Ergo ꝓ
pter fines quaſi alia argumēta ſunt ne
ceſſaria. Aliud. n. cogit in tractatu ꝑ
ter cōſtitutionē quālibet: ille qui æqui
tatē cupit iudicibus pſuadere: aliud il
le qui oſtenderē cupit utilitatē & hone
ſtatem aliud qui oſtēdere uult hōeſta
tem. Vnde ipſius utilitatis & honeſta
tis præcepta dāda ſunt: quæ & delibe
ratiuæ cauſæ uidētur & demonſtrati
uæ ꝓꝑ fines proprios cōuenire: & po
terat quidē ſupponere exempla deli/
beratiuæ per ſingulas conſtitutiones:
hoc eſt ut doceret incidere in delibe/
ratiua coniecturā. finem. & reliquas
conſtitutiōes. Itē pari modo ī demō
ſtratiua: ſed qm̄ res aperta ē dicere ꝑ
teriit: ne rem ſatis claram dū apertio
nem per exēpla uult redderē obſcurio
rem exemplorum diuerſitatē feciſſet.
Rerū expetendarum tria genera ſunt
Par autem numerus uitādarū ex con
traria parte. Deliberatiuæ & demon
ſtratiuæ cauſæ fines dixit eſſe utile &
honeſtū. Verum ē quiddā honeſtum
quod purū ſolum & per ſe honeſtum
eſt. Aliud uero honeſtū: quod habet
mixtā utilitatem quod iccirco hone/
ſtum dicitur: quia ſemp ī copulatis re
bus nomen a meliori pte cōponitur:
ut demōſtratiuā cām: cum intelliga/
mus habere laudem & uituperationē
Quidā tamen hanc eandem cauſam
a parte meliore ſicut diximus laudati
uam eſſe dixerūt. Ergo cū honeſtum
nunc per ſe ſolū ſit: nunc ſit aliud qd
iunctum eſt ex utilitate: tamen etiam
hoc honeſti nomē nūcupatur. Sūt igi
tur tria q̄ expetūt: hōeſtū purū: hone
ſtū cū utili: & ipm utile purꝫ ac ſeparatū

bus quib⁹ conſtitutio definita tractab itur. Nūc
expoſitis his argumentationibus quæ in iudicia
le cauſarum genus accommodantur: deinceps in
deliberatiuum gen⁹ & demonſtratiuum argumē
tandi locos: & præcepta dabimus non quo nō in
aliqua conſtitutione omnis ſemper cauſa uerſe/
tur: ſed quia proprii tamen harum cauſarum qui
dam loci ſunt non a conſtitutione ſeparati: ſed ad
fines horum generum accommodati. Nam pla/
cet in iudiciali genere finem eſſe æquitatem: hoc
eſt partem quandā honeſtatis. In deliberatiuo au
tem Ariſtoteli placet utilitatem: nobis autem &
honeſtatem & utilitatem. In demonſtratiuo hone
ſtatem. Quare in hoc quoq; genere cauſæ quæ/
dam argumentationes cōmuniter ac ſimiliter tra/
ctabuntur: quædam ſeparatius ad finem quo re/
ferri omnem rationem oportet adiungentur atq;
uniuſcuiuſq; conſtitutionis exemplum ſuppone/
re non grauaremur: niſi illud uideremus: queād
modum res obſcuræ dicendo fierent apertiores:
ſic res apertas obſcuriores fieri oratione. Nūc ad
deliberationis præcepta tendamus. Rerum expe
tendarum tria genera ſunt: par autem numer⁹ ui
tandarum ex cōtraria parte. Nā eſt quidam quod
ſua ui nos alliciat ad ſeſe non emolumēto captās
aliquo: ſed trahens ſua dignitate quod genus eſt
uirtus: ſcientia: ueritas. Eſt aliud autem non pro
pter ſuam uim & naturam: ſed ꝓpter fructū atq;
utilitatem petendum quod pecunia eſt. Eſt porro
quidam ex horum partibus iūctum: quod & ſua
ui & dignitate nos inductos ducit: & præ ſe gerit
quādā utilitatem: quo magis expectatur: ut ami
citia: bona exiſtimatio. Atq; ex his horum cōtra
ria facile tacentibus nobis intelligentur. Sed ut
expeditius ratio tradat̄: ea quæ pſcripſimus bre
ui nominabūtur. Nam in primo quidem genere:
quæ ſunt honeſta appellabūtur. Quæ autem in
ſecundo utilia. Hæc autem tria quia partem hōe
ſtatis & utilitatis continent: & quia maior eſt uis
honeſtatis iunctæ eſſe oīno ex duplici genere itel
ligentur: ſed in meliorem partem uocabuli confe
rant̄: & honeſta nominent̄. Ex his illud cōficitur
ut appetēdarū rerū ꝑtes ſint: honeſtas & utilitas
uitandarū turpitudo & utilitas. His igit̄ duabus
rebus res duæ grādes ſunt attributæ: neceſſitudo

& affectio: quarũ altera ex ui: altera ex re & perſo
nis conſideratur. De utraq; poſt apertius perſcri/
bemus. Nunc honeſtatis rationes primũ explice
mus. Quod autem totum: aut ex aliqua parte ꝓ
pter ſe petitur honeſtum nominabimus. Quare
cum eius duæ partes ſunt: quarũ altera ſimplex:
altera iuncta ſit: ſimplicem prius conſideremus.
Eſt igitur in eo genere omnis res una ui: atq; uno
nomine amplexa uirtus. Nam uirtus ẽ animi ha
bitus naturæ modo: atq; orationi conſentaneus.
Quaobrem omnibus eius partibus cognitis erit
tota uis ſimplicis honeſtatis conſiderata. Habet
igitur partes quattuor: prudentiã: iuſtitiã: forti/
tudinem: temperantiam. Prudentia eſt rerum bo
narum & malarum & utraq; ſcientia. Partes eius
memoria: intelligentia: prudẽtia. Memoria eſt ꝑ
quã animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligẽtia
eſt per quã ea perſpicit quę ſunt. Prouidentia per
quã futurũ aliquid uidetur anteq̃ factum ẽ. Iuſti
tia eſt habitus animi cõmuni utilitate cõſeruata:
ſuam cuiq; tribuens dignitatem eius initiũ eſt ab
natura profectum. Deinde quędã in cõſuetudine
ex utilitatis ratione uenerunt. Poſtea res & ab na
tura profectas: & ab conſuetudine probatas legũ
metus: & religio ſanxit. Naturæ ius erit quod nõ
opinio genuit: ſed quædam inata uis inſeruit: ut
religionẽ: pietatem: gratiam uindicationem: ob/
ſeruantiam: ueritatem. Religio ẽ quæ ſuperioris
cuiuſdam nature: q̃ diuinam uocant curam: ceri/
moniamq; affert. Pietas per quam ſanguine con/
iunctis patriæq; beniuolis offcium & diligẽs tri
buitur cultus. Gratia in qua amicitiarum & of/
ficiorum alterius memoria & remunerandi uolũ
tas continetur. Vindicatio eſt per quam uis: aut
iniuria: & omnino omne quod obfuturum ẽ defẽ
dendo. aut ulciſcendo propulſat. Obſeruantia ẽ
per quam homines aliqua dignitate antecedẽtes
cultu quodam & honore dignãtur. Veritas ẽ per
quam imutata ea quæ ſunt: aut ante fuerunt: aut
futura ſunt dicuntur. Cõſuetudine ius ẽ: aut le
uiter a natura tractum aliud & maius fecit uſus:
ut religionem: aut ſi quid eoꝝ quæ ante diximus
ab natura profectũ: maius factũ propter cõſuetu
dinẽ uidemus: aut quod in morẽ uetuſtas uulgi
approbatione perduxit quod genus pactũ ẽ: par
iudicatum. Pactũ ẽ quod inter aliquos conuenit.

Sed his tribus expetẽdis hoc eſt honẽ
ſto utili: & illo tertio quod mixtũ eſt
adiungũt duo ad tractatũ neceſſaria
neceſſitudo & effectio: de quibus ple
nius poſtea diſputabit: Atq; honeſtũ
ipſum quod ꝓpter ſe expetitur: cum
duas partes ut diximus: diſtributũ ſit
prius tractat de eo ipſo quod purum
eſt nullo utili ſociato quã diximus eẽ
uirtutem: hanc diuidit in partes quat
tuor: prudentiam: iuſtitiam: fortitu/
dinem: temperantiã. Et definit pru/
dentiam: eiq; tres ſpecies ſubiũgit me
moriam: intelligentiam: prouidẽtiã:
quæ ratione temporum cõſtant. Præ
teriti temporis eſt memoria. Præſen
tis intelligentia. Futuri ꝓuidẽtia: has
ſimiliter definit. Item definit iuſtitiã
ſecũdum uirtutem eiq; ſubiicit partes
ſimiliter tres: naturalem iuſtitiam: cõ
ſuetudinis: iuſtitiam legitimã: iuſtitiã
eaſq; ſimiliter definit: & dat exempla
Subiungit tertiam uirtutem: quã ap/
pellat fortitudinẽ: hanc definit: & ei
ſubiicit ptes q̃ttuor: magnificẽtiã fidẽ
tiã: patiẽtiã: perſeuerãtiã. Quas itẽ
definit: ſicuti oĩa. Quarta poſtremo
ſubiungitur uirtus: quæ temperantia
dicitur: & dat ei partes tres: continen
tiam. clæmentiam: modeſtiam quas
partes definit: ita ut omnia ſuperiora
quibus explicitis: aperte docuit id ſo/
lum q; ꝓpter ſe expetitur: & quid ſit:
& quale ſit uerum: cum honeſtũ hoc
intelligamus eſſe quod propter ſe ex/
petitur: nõ propter aliquod emolu/
mentum quod ipſum utiq; uirtus ẽ:
quoniam ĩcidebat queſtio. an uirtus:
ideſt honeſtũ propter ſe expeteretur.
Epicurei enim dicunt uirtutem expeti
ipſam propter uolũtatem huius quæ
ſtionis. cum clarior uidet eſſe tracta/
tus diſtulit: & negauit ad hoc inſtitu/
tum debere ſociari: ubi tm̃ præcepta
traduntur: non rerum diſputatio con
tinetur. Nã primo in genere quæ ſũt
honeſta appellantur: uirtus: ſcientia:
ueritas: quæ nullam ob utilitatẽ: ſed
ꝓpter ſe expetuntur. Veritas eſt ꝑ quã
ea quæ ſunt: aut fuerũt: aut futura ſũt
dicuntur. Hucuſq; naturam & iuſtitiã
cumq; his quæ naturaliter iuſta ſunt
explicauit. Nũc ea docebit cum parti
bus ſuis: quæ per conſuetudinem iu/
ſta ſunt. Iuſtitiam enim triplicem eẽ
uoluit naturalem conſuetudinis ideſt
morum: legum: lege iuſtitia ẽ quod
in eo ſcripto quod populo expoſitũ ẽ.

Hucuſq; iuſticiam cõſuetudinis dixit
nunc incipit legum. Fidentia eſt per
quam magnis & hõeſtis rebus. In ho
neſtis actibus fidentia eſt. Cæterum
in malis confidentia. nam multũ ipſe
animus in ſe fiduciæ certa cũ ſpe col⸗
locauit: ut ẽ illud. Turnæ ſui merito
ſi qua eſt fiducia forti. neq; ad hoc no
ſtrum inſtitutũ pertinet. Epicurei enĩ
& ipſam uirtutem dicũt propter ſe nõ
expeti: ſed propter uoluptatem quæ
ſecta Epicureorum eſt. hoc utiq; reuĩ
cendum. Sed quia longioris tractatuſ
eſt & alterius operis. Rhetorica enim
nunc exponit̃: ideo & hĩc dicere præ
termiſit. Propter ſe autem uitãda ſũt.
Docuit honeſtatem ſequentem. Sub⸗
iungt uitandam turpitudinẽ: ſed tur⸗
pitudo in his eſt quæ cõtraria ſun uir
tutibus. Fidentia: ut ſupra poſuit uir⸗
tus eſt huic contraria eſt: defidẽtia &
audacia uitanda pari modo inter uir
tutes & contraria media ĩueniuntur:
quæ licet uicina ſit uirtutibus: tamẽ ui
tanda ſunt: ut uitantur ipſa contraria.
hæc autem quæ uicina ſunt: ita ſũt ut
certum nomẽ teneant: nunc ita ut uo
cabulum non habeant. Fidentiã dixi
mus eſſe uirtutem: defidẽtiam uitiũ.
At id ꝙ fidentiæ uitium eſt: habet no
men quod appellat̃ audacia. Item re
ligio uirtus ẽ. Irreligioſitas: uitiũ atq;
religioni uicina uitium tamen eſt: &
ſuperſtitio nominatur: quæ & ipſa ſit
uitanda: ſed hæc ut dixi media uel ui
cina habent nomina. Nã ſunt aliqua
quæ non habent: ut iuſtitia cum uir⸗
tus ſit iuſtitia uitiũ punire. hoſtes etiã
uictos uicinũ: iuſtitiæ tamen quia par
cendum uictis eſt. uitiũ eſt aliquando
cui rei uocabulũ nomen: ut aſperitas
aut crudelitas: ſupſtitio audacia. Sunt
igitur multa quæ nos tum dignitate:
tum quoq; fructu ſuo ducunt: docuit
ea quæ propter ſe expetẽda ſunt: itẽq;
dixit quæ propter ſe uidenda quæ ho
neſta pura nominauit. Nũc docet illa
quæ mixta ſunt: & habent partem ho
neſtatis: partẽ uero utilitatis: q̃ tñ etiã
ipſa honeſtatis noĩe appellauit. ſũt aũt
gloria: dignitas: amplitudo: amicitia

Par quod iter omnes æquabile eſt. Iudicatum de
quo alicuius: aut aliquorum iam ſententiis cõſti
tutum eſt. Lege ius ẽ quod in eo ſcripto quod po
pulo expoſitum eſt: ut obſeruet continetur. Forti
tudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio: & la
borum perpeſſio. Eius partes magnificentia: fidẽ
tia: patientia: perſeuerantia ſunt. Magnificentia
eſt rerum magnarum: & excelſarum cum anima
ampli quadam & ſplendida ꝓpoſitione cogitatio:
atq; adminiſtratio. Fidẽtia eſt: per quam magnis
honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fidu
tiæ cum certa ſpe collocauit. Patiẽtia eſt honeſta
tis: aut utilitatis cauſa rerum arduarum: ac diffi
cilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio. Perſeue
rantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis: & ꝑ
petua permanſio. Temperantia eſt rationis ĩ libi⸗
dinem: atq; in alios non rectos impetus animi fir
ma & moderata dominatio. Eius partes: continẽ
tia: clæmentia: modeſtia. Continẽtia eſt: per quã
cupiditas cõſilij gubernatiõe regit̃. Clæmentia ꝑ
quam animi temere in odium alicuius inuentio⸗
nis concitati comitare retinentur. Modeſtia per
quam pudor honeſtus claram: & ſtabilem cõpa⸗
rat auctoritatem. Atq; hæc omnia ꝓpter ſe ſolũ
ut nihil adiungatur emolumenti petenda ſunt.
Quod ut demonſtretur: neq; ad hoc noſtrum in
ſtitutum pertinet: & abreuiate percipiendi remo⸗
tum eſt. Propter ſe autem uitanda ſunt nõ ea mo
do quæ his cõtraria ſunt: ut fortitudini ignauia:
& iuſtitiæ iniuſtitia: uerum etiam illa que propi⸗
qua uidentur: & finitima: eſſe abſunt autem lon
giſſime. Quod genus fidentiæ cõtrariũ eſſe dffi⸗
dentia & ea re uitium eſt. Audatia non contrariũ
ſed appoſitum eſt ac propinquũ: & tamẽ uitium
eſt. Sic unicuiq; uirtuti finitimũ uitium reperiet̃
aut certo iam nomine appellatũ: ut audacia quæ
fidentię: pertinatia: quę perſeuerantię finitima ẽ:
ſuperſtitio quæ religioni propinqua ẽ: aut ſine ul
lo certo noĩe: quę omnia item uti cõtraria rerum
bonarum in rebus uitandis reperiũtur. Ac de eo
quidem genere honeſtatis quod omni ex parte ꝓ
pter ſe petitur ſatis dictum eſt. Nunc de eo in quo
utilitas quoq; adiungitur: quod tamẽ honeſtum
uocamus dicẽdũ uidet̃. Sũt igit̃ multa q̃ nos cũ
dignitate: tum quoq; fructu ſuo ducũt: quo ĩ ge
nere ẽ gl̃ia: dignitas: ãplitudo: amicitia. Gloria ẽ

frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas ali
cuius honeſtate:& cultu:& honore:& uerecū dia
digna:auctoritas. Amplitudo potentiæ:aut ma/
ieſtatis:aut aliquarum copiarum magna abūdan
tia. Amicitia:uoluntas erga aliquem bonarum
rerum illius:ipſius cauſa quem diligit cum eius
pari uoluntate. Hic quia de ciuilibus cauſis lo/
quimur fructus ad amicitiam adiungimus:ut eo
rum quoq; cauſa petenda uideatur: ne forte qui
nos de omni amicitia dicere exiſtimantur reprehē
dere incipiant:quanquam ſunt qui propter utili/
tatem modo petendā putant amicitiam: ſunt qui
propter ſe ſolum ſūt qui propter ſe & utilitatem:
quorum quid ueriſſime conſtituatur alius locus
erit cōſiderandus. Nunc hoc ſic ad uſum oratoriū
relinquatur:utranq; propter rem amicitiam eſſe
expetēdam. Amicitiarum autem ratio:quoniam
partim ſunt religionibus iunctæ partim nō ſunt:
& quia partim ueteres ſunt:partim nouæ partim
ab illorum:partim ab noſtro beneficio profectę:
partim utiliores:partim minus utiles:ex cauſarū
dignitatibus ex temporum oportunitatibus: ex
officiis:ex religionibus:ex uetuſtatib9 habetur.
Vtilitas autem aut in corpore poſita eſt:aut in ex
traneis rebus quarum tamen rerum multo maxi
ma pars ad cōmodum corporis reuertitur: ut in
republica quædam ſunt quæ ut ſic dicam ad cor/
pus pertinent ciuitatis: ut agri portus pecunia:
claſſes:nautæ:milites:ſocii:quibus rebus inco/
lumitatem:ac libertatem retinent ciuitates. Alia
ſi quæ iam quiddam magis amplum & minus ne
ceſſarium conficiunt:ut urbis egregia exornatio
atq; amplitudo. ut quædam excellēs pecuniæ ma
gnitudo:amicitiarum ac ſocietatum multitudo.
Quibus rebus non illud ſolum cōficit:ut ſaluæ
& incolumes:uerum etiam:ut amplæ atq; poten
tes ſint ciuitates. Quare utilitatis duæ partes ui
dentur eſſe incolumitas:& potentia. Incolumitas
eſt ſalutis tuta atque integra conſeruatio: poten
tia eſt ad ſua conſeruanda: & alterius obtinenda
idonearum rerum facultas. Atq; in his omnibus
quæ ante dicta ſunt:quid difficulter fieri:& quid
facile fieri poſſit oportet conſiderare. Facile fieri
id dicimus quod ſine magno aut ſine ullo labo
re: ſumptu moleſtia quam breuiſſimo tempo/
re confici poteſt. Poſſe autem fieri: quod quan/

Hæc difiniuit: ī quo ſimili mō amici
tiā docet eſſe honeſtatē quidem men
tis. ſed cum aliqua utilitate ſociatam.
loquitur enim de amicitia ciuili: quæ
utilitate nō caret. Deinde partes eius
amicitiæ narrat & cauſas. Poſtremo
adiungit illud tertium: uti ſeparatam
utilitatem ex ſuis partibus doceat eſſe
cum ipſa illa commoditas honeſtate
carens pſpicitur: uel in republica: uel
in ſingulis ciuibus: hæc autem in repu
blica nunc ad uires pertinet ciuitatis:
nunc ad ornamentum: quæ ipſa tā in
utroq; conuenienter nominatur. Sed
uires nomine appellat incolumitatis.
At uero ornamētum potentiam eſſe
dicit: ut ſint partes utilitatis duæ: īco
lumitas: & potentia. Poſt hæc tractat
quod græci appellant.
latū quod fieri poſſit: aut nō
poſſit in quo etiam illud docet: ꝙ his
uicinū eſt: & quod facile fieri poſſit.
Prope enim fieri non poſſe creditur:
quod cū magna difficultate conficitē:
hæc ſunt de tribus: hoc ē honeſto pu
ro ſine utilitate: deinde mixto cū utili
tate: tertō de ſola utilitate. Vtilitas au
tem: aut in noſtris rebus. aut in corpe
poſita eſt hucuſq; de honeſto cū utili:
nunc de ſola utilitate differitur. Quo
niā ergo de honeſtate: & utilitate di/
ximus. Reſtat: ut đ neceſſitudine uſq;
pſcribimus. Hōeſtati & utilitati ſupra
poſitæ: atq; tractatæ duas res neceſ/
ſario dixerit attributas neceſſitudinē:
& affectionē: de his nunc ꝑcepit. Ac
neceſſitudinē docet eē illā: quæ neq;
mutari: neq; ab exitu ſuo flecti poſſit.
Affectionē uero quæ ex tempore: aut
negociorū euentu: aut hominū admi
niſtratione ſæpe mutatur: ut res non
tales ſint quales eſſe conſuerūt. Ac ne
ceſſitudinem quæ prima ē in duo di/
uidit: ut nunc neceſſitas ſit: quæ aliter
exitus ſuos habere non poſſit ſed ſua
cogat effecta ſine ulla exceptiōe: dicit
eſſe alteram neceſſitatē ubi fieri aliter
poſſit cum aliquid admittiē. Poſtre/
mū cauſæ genus demonſtratiuum eſt
quod adiungit dat præcepta qbus lau
des: uituperationeſq; tractentur: ideſt
quibus locis. Ac primum dicit eoſdē
locos eſſe laudi & uituperatiōi: quos
in libro primo iudicialis cauſæ: hoc ē
omnia attributa perſonæ. Partitur ta
men breuiter laudes & uituperatiōes
animi uel corporis: & extrīſecus: ani
mi: uirtutes: artes ſciæ: uel cōtra uitia
corporis: totius uel in partibus: ut pul
chritudo: ualitudo: integritas: & cæ/
tera huiuſmodi.

Extrinſecus ſunt patria: parentes. co-
gnati: amici: magiſtratus: diuitiæ: &
cætera huiuſmodi. Poſtremũ præcep
tum dat in laude: & uituperatiõe: nã
tam nos cõſiderare debere: quid cor
poris ſit: quid extrinſecus ſit: quã quid
ſit in animo. Oĩa. n: uel laudãda uel
uitupanda non rebus externis: non re
bus corporis: ſed anĩo mentiunt̃. Sin
aliquæ res inciderint difficiles de im
poſſibilitate dicit quædã ſimplices ut
aliter omnino fieri nõ poſſint. Caſſili
nẽſes ſe dedere hannibali: niſi uelint
fame pire. Ergo hic exceptõ caſſilinũ
uenire ĩ hãnibalis ptãte. hic aliter oĩo
fieri non põt: tũ adiũcto ubi exceptio
niſi pp aliquã cãm. Ita nõ ẽ neceſſitas
ĩ ciuili qſtione illa quæ ſine cõditione
ẽ. partim aũt ex his multas eſſe res. i.
neceſſitudine: nã oĩ tpe id ptinebit. i.
exceptio ipſa. Ac ſũma qdem neceſſi
tas uidet̃ eẽ hõeſtatiſ duo ſũt qdẽ hõe
ſtum: & utile: ſed utili cum duo ſubia
ceant cõmoditas: & incolumitas qua
ſi tria effecta ſũt: uerũ hõeſtas præpo
nenda: ſecũdo loco hñda ĩcolumitas
ẽ: tertio cõmoditas deinde & quæq;
res ſit: aut honeſtatis: aut ĩcolumitatis
aut nõ eo conſilio quo ariſtipus ut ſo-
ciorum cadauera tempeſtatibus libe-
raret. Laudes aũt: & uitupatiões. De
mõſtratiua quæ ſuperat ſola tractatur
p honeſtatẽ quæ demõſtratiua partes
habet duas. Laudem & uitupationẽq;
utrũq; tñ ex attributis pſonæ tractatur
Dum ſint. xi. attributa pſonis qbus ap
probat̃ cuiuſq; pſona nomẽ hoĩs cer-
tis ſuis deſignans & ſanguinẽ & homi
nẽ noĩbus explicat̃ cum nullo ſocium
neq; noĩe: neq; attributo. Natura eſt
attributum extra ipſum hominẽ: ut in
patria gente: ſanguĩe: cæteriſq;. Hæc
enim licet dent homini cõmodũ: nõ
tñ pprium. In ipo uero hoĩe ẽ natura
circa corpus & aĩam: quæ dat plurĩas
& aĩo: & corpori qualitates. Ergo na
tura accidẽs res eſt: quæ aptiorem ho
minẽ ad unũ quodq; facit. Itaq; non
orator natura ẽ ſed oratorius: ideſt q
orator eſſe poſſit. Verũ has qualitateſ
uel diligẽtia comparat: facitq; pfectaſ
& habitus noĩatur: aut ĩ has caſu quo
dam ac repentino motu frequẽter in-
cidimus: & affectio dicitur: aut in has
inclinamur ſtudio quodam quod
ipſum ſtudium per ſe nihil aliud eſt
quam uoluntas applicata in aliquas

quã laboris ſumptus: moleſtiæ: longinquitatis i-
diget: atq; aut omnes: aut plurimas: aut maxĩas
cãs habet difficultatis: tñ his ſuſceptis difficulta
tibus cõpleri: atq; ad exitum perduci põt. Quo-
niã ergo de honeſtate: & d' utilitate diximus: nũc
reſtat: ut de his rebus quas his attributas eſſe di-
cebamus neceſſitudine & affectione perſcribam9
Puto igit̃ eſſe hanc neceſſitudinẽ cui nulla ui reſi
ſti poteſt: quæ neq; mutari: neq; leniri põt. Atq;
ut apertius hoc exemplis ſit: licet uim rei qualis
& quanta ſit cognoſcamus. Vti poſſe flãma lineã
materiã neceſſe eſt. Corpus mortale aliquo tpe in
terire neceſſe eſt. atq; ita neceſſe ut uis poſtulat ea
quã mõ deſcribamus neceſſitudinis: cui nulla ui
reſiſti põt quæ neq; mutari: neq; leniri põt huiuſ-
modi neceſſitudines cũ indicendi rõne incident re
cte neceſſitudines appellabunt̃. Sin aliquę res in
cident difficiles in illa ſuperiori poſſit ne fieri quę
ſtione cõſiderabimus: Atq; ẽt hoc mihi uideor ui
dere eſſe quaſdam cũ adiectione neceſſitudines qſ
dam ſimplices: & abſolutas. Nam aliter dicere ſo
lemus neceſſe eſſe. Caſſilinenſes ſe dedere Hãniba
li. Aliter aũt neceſſe eſt. Caſſilinũ uenire in Hãni
balis poteſtatẽ. Illic in ſupiore adiuncto eſt hæc:
niſi ſi malint fame perire. Si. n. id malint: non eſt
neceſſe: hoc inferius nõ item propterea qđ ſiue ue
lint. Caſſilinẽſes ſe dedere: ſiue famem ppeti: atq;
Ita perire neceſſe eſt. Caſſilinum uenire in Hanni
balis poteſtatem. Quid igitur hæc perficere põt
neceſſitudinis diſtributio prope dicam. Plurimũ
cum his locus neceſſitudinis uidebitur incurrere.
Nam cum ſimplex erit neceſſitudo: nihil erit qđ
multa dicamus: cum eam nulla ratione lenire poſ
ſumus. Cum autẽ ita neceſſe erit ut aliquid effu
gere: aut adipiſci uelimus: tum adiunctio illa qd
habeat utilitatis: atque honeſtatis erit conſiderã
dum. Nam ſi uelis attendere: ita tamen: ut id quę
ras quod conueniat ad uſum ciuitatis: reperies
nullam eſſe rem quã facere neceſſe ſit niſi propter
aliquam cauſam quam adiunctionem nomina-
mus. Præter hæc autem inuenies multas eſſe res
neceſſitatis ad quas ſimilis adiunctio non accidit
Quod genus ut homines mortales neceſſe eſt in
terire ſine adiũctione: ut cibo utantur nõ neceſſe
ẽ. niſi cũ illa exceptiõe extra quã ſi nolit fame pi
re. Ergo: ut dixi illud qđ adiũgit̃ ſp cuiuſmõi ſit

qualitates. Ergo afficimur qualitatibus his modis: ortu & natali: & eſt natura. Afficimur repētinis
caſibus & affectio ē. Afficimur induſtria: ac conſtātia & perſeueratione & habitus eſt. At uero ipſū
ſtudium quod eſſe deffinimus amplicatam ī qualitatem aliquā animi uolūtatem. hoc īquam ſtudi
um nūc affectio eſt: ſi pro tempore eſt: nunc ſi perſeuerauerit habitus ipſum ſtudium nō iam quaſi
præceptio quædam ineſt rei eius cui nomen eſt ſtudium ſi perſeuerauerit. Sed ut ſtudium ītelligā
illud debeo conſiderare quod ipſo ſtudio petit: ut litteratura: aut geometria qđ ſi pceptū ſit hitus

erit cōſiderandum. Nam oī tpe id ptinebit: ut aut
ad honeſtatē hoc modo exponēda neceſſitudo ſit
neceſſe ē ſi hōeſte uolumus uiuere: aut ad icolu/
mitatē hoc mō neceſſe ē ſi icolumes uolumus eē
aut ad icōmo litatē hoc mō neē eſt: ſi ſine incom
mō uolumus uiuerē: ac ſūm i quidē neceſſitudo
uidetᷣ eē honeſtatis: huic proxia incolumitatis:
tertia ac leuiſſima cōmoditatis: quæ cū his nunq̄
poterit duabus cōtendere. Haſce aūt inter ſe ſæpe
neceſſe cōparari: ut quāq̄ præſtat hōeſtas incolūi
tati: tñ utri potiſſimū cōſulēdū ſit deliberetᷣ. Cu
ius rei certū quoddā pſcriptū uidetᷣ in ppetuū da
ri poſſe. Nā q̄ in re fieri poterit: ut cū incolūitati
cōſuluerimus qđ ſit in pñtia de honeſtate delibe/
ratum uirtute aliqñ induſtria recuperetᷣ: cū inco/
lumitatis ratio uidebitᷣ hñda. Cū aūt id non po/
tuerit honeſtatis eſt. Ita huiuſmodi quoq; re cum
incolumitati uidebimur conſulere uere poterimꝰ
dicere nos honeſtatis rationē hr̄e: quoniā ſine ico
lumitate eam nullo tpe poſſumus adipiſci. Quā
in re uel cōcedere alteri: uel ad cōditionē alterius
deſcendere: & in pñtia quieſcere: atq; aliud tēpus
expectare oportebit. Incōmoditatis uero ratione:
modo illud attendatᷣ digna ne cā uideatᷣ: ea quæ
ad utilitatē ptinebit. Quare aut de magnificētia
aut de honeſtate qdā derogetᷣ. Atq; in hoc loco
mihi caput illud uidetur eſſe: ut queramus quid
ſit illud quod ſi adipiſci: aut effugere uelius aliq̄
res nobis ſit neceſſaria: hoc eſt quæ ſit adiūcto ut
pide uti q̄q; res erit laborēus: & grauiſſimā quā
q; cām uehemtiſſie neceſſariā iudicēus. Affcō eſt

ſtudio præceptus eſt. Ergo natura ac
cidens qualitas eſt: ut aīæ uel corpori
uel extriſecus: & accidens ab ortu: ac
natali: Accidit aūt mari: uel fœminæ
Nam marem eſſe aut fœminā nō iā ī
ter cōmoda cōputatur. Affectio ē ac/
cidens qualitas: uel ſponte: uel ſtudio
mox deſitura. Nā ſi pmaneat: fit ha/
bitus dicta affectio quod īficiat quali
tate & erit affectio incipiens habitus:
uel uictus: non. n. oīa ad exitū tēdunt
Habitus eſt perceptio qualitatum. Nā
hæc pcepta phī dixerunt. hic qualita
tes: uel cōmoda ſunt uel incōmoda.
Quæ quoniam tribus modis qualita
tes eueniunt: multa his cōmoda uel ī
cōmoda cōiter eueniūt. Verum p exi
ſtētiam ea quæ eueniūt ſecernētᷣ. Nā
alia uis in eo cōmodo qđ p naturā eſt
alia in eo qđ p affectionem: alia in eo
ꝙ p habitū hitus nō pōt eē niſi hoc qđ
non aliud ē: atq; illud qđ habetᷣ. Nā
qđ ignis calet: putant aliqui habitū eē
qa ppetuum ſit: cū hoc ipſum ſi ignis
ut caleat. Itaq; potius natura eſt. Hitū
multi nō niſi deo dant: & uere eſt: il/
le. n. habet oīa precepta. At uero hō
nūq̄ ita qd pceptum habet ut non in
profectu quotidie ſit: & hunc pfectū.
Addixerūt. i. pgreſſionem quam ha
bitum dixerunt. ergo pro exiſtimatio
ne maioris perceptionis in hoīe habi
tum intelligimus: ut ſi affectione qua
dam aliquid quis agat: ut orator ī fo
ro non pfectus. tamē ſi ī eo pgreſſio
eſt aliqua habitus dicetᷣ: & certe pro
cōmodo ſuo: uel habitum: uel affe/
ctione faciet: non ex altero uero erit. ī
rebus. n. noīa ſunt certa quæ alterum
ſignificēt ut iracūdus habitus eſt: ita/
rus affectionis & huius.
cum ſtudio & diligentia euenit: habi
tus eſt: cū naturaliter natura. Studiū
eſt aūt: uel adipiſcendi aliquid: uel re
tinendi uoluntas. i. quod uel adipiſci
aliquid: uel retinere optamus: uel adepta retinemus. Victus eſt: uel quod ipſe homo agit: uel qđ
circa ipſum agitur: omnia quæ habet quæ natura habitus: affectio: ſtudium. nam oratorem eſſe
quod eſt habitus eſt: & uictus eſt: ſi ī ea exercitatione ſit. itaque Ci. qui aſſidua ſtudia perſeueranti
diligentia ita rhetoricam percepit: ut ea in eo perpetua eſſet. habitum conſecutus eſt. Sed quia eius
actum ſibi inſtituit ad uſum uitæ. i. in eadem re: & ī habitu: & in uictu. Itaque multum plærūque
de uirtute habitus detrahit ſi uictus abfuiſſe dicatᷣ. nā licet orator plēus ſit pceptione ipſius artis: tñ
aliquātū argumēto detrahit ſi: neges ī eadem exercitatione uixiſſe: ut ipſe cōtra Ceciliū: quia aufert
uictum: infirmabat habitum: cum dicit. Quando tute tui periculum feciſti: plærūque etiam ſi ni
hil agat ex habitu: hoc ipſum quod nihil agit eſt illi uictus ideſt uitæ modus. Nam ut in uictu eſt:
quibus amicis utatur. ita in uictu eſt: & ſi non utatur. Et certe quia nihil horum debet deeſſe per/
ſonæ pōt habitū habere ex geometriæ perceptiōe ī qua nihil agit & uictu de uſu rhetoricæ. Victus
aūt oīs ad qualitatem tendit: ſed ea qualitas uel in affectione: uel ī habitu erit: deīde uti orōne: uel

aliq̄d rhetoricæ noſſe quod ē affectiōis: & ad loquēdū: aut diſcendū aptū eē ꝙ eſt naturæ: aut loq̄ aut ſtudere: uel q̄d ē ſtudii: & cætera huiuſmōi hēt uictus. Veꝝ ī hoc cōſiderabit̄ uictus circa hæc oīa: ſi ita agat uitā: ut hoc exerceat. Nō. n. q̄a natura loq̄: aut ſtudere poſſumus q̄d ꝓpriū naturæ ē: iccirco & inde uiuimus: ſed ſit ordinata: ſic uita nr̄a ad oēm ſubſtantiā rei familiaris quærēdā: ut ī de uiuamus. i. ide nobis oīa ſuggerāt ad uictū: merito uictus ex exercitatiōe dicit̄. Itē & ſi ſit habitus: & nō in ipſo habitu agat uitā: & uirtutē oratorie cōſecutus ſit: erit habitus nō uictus eodē mō: & affectio ē: ſi ē ꝑ tpe. i. ꝑut res aliq̄ tulerit: ut locus fuerit: ñ ppetua ɔſuetudie: ide uiuēdi eodē mō & ſtudiū eſt ſi non ſtudiū q̄dlibet ī exercitatiōe ut tpe tulerit: unde uictus nomīandus ſit uerboteus: ut cās agere: ut docere: ē huius ſtudii: ſed q̄a ordīata uoluntas eſt ad uſum uitæ: merito dr̄ & uictus in ſingulis. n. his res quæq̄ ī eo ꝙ ſūt diſtribuēd̄ ſūt: ut itē ſeruus circa hæc quod in hac conditione eſt. fortuna ē ſi ſeruitute ſeruiat tot a uita uictus eſt: ſic & cætera de fortuna. Facta uero et caſus: & orōnes: & ɔſilia aut ſupuenientia accipimus erūt ſuis nomībus. Nā uictus nō ē ſine factis caſu: orōnibus: cōſiliis: ſed ſic uenit fuit ut dicer̄ poſſet: ut ei aliq̄d accideret: ut ɔſilio uteret̄. & hæc cōia ſi ſic accipimus: ut actiones non ordīatas: neq̄ inſtitutas toto uiuendi tpe erunt ſuis nominibus: ſin aūt in eo genere uiuendi poſita fuerit: ī quo oīa ſunt conſtituēda tibi conſtituendi ad uitam uniuerſā uictus noīabit̄ nō ſuo quiq̄ noīe. Facta aūt: caſus orōnes cōſilia: cū ex futuro tempore argumētum dabūt: ex p̄teritis cōfirmabūtur. Nā q̄a hoc illi accidit: ideo hoc illi accidet: q̄a hoc fecit: hoc ideo facturus ē q̄a hoc dixit: hoc iō dicturus ē: q̄a hoc cōſulatus ē: iō hoc cōſiliaturus ē. Negocium factum: uel dictum ē: ūde iudiciū eſt. in iudicium. n. uel ī deliberationem ul̄ ī demōſtrationē non uenit̄ niſi ꝑꝑ factū. Singula igit̄ quæq̄: q̄ hoī aut obiiciūt̄: aut de hoīe quærunt̄ facta ſūt. Ipſa igit̄ ſingula facta negociū ſunt. Sūt alia facta quæ ꝓbationē tribuūt ipſi facto: unde quæritur ſub quolibet ſtatu ſunt tria facta quæ extra ipſum factum: & extra facta q̄ uicina ſunt ad factū: & ꝓbāt factū uitæ p̄teritæ: hæc pſonæ attributa dicunt̄. Ergo cū negocium factum: dictūue ſit habeat attributa quattuor continētia cum negocio inq̄t in geſtione negocii adiuncta negotio: quæ geſtum negociū conſequunt̄. Ex his duo prima continentia cū negocio & in geſtione negocii totum tenent q̄cq̄d habere pōt. cā oīs. i. negociū oē ꝑ partes ſuas geſtum. duo alia ſūt ex q̄bus aſſumūt̄: primū ab oratore ea quæ negocio adiuncta ſunt. Quartū aūt illud q̄d eſt cōſecutio nō negocii ipſius geſtio eſt: ſed aut extrinſecus uenientia ꝑ hoīes habet ut per naturam generaliter: ut poſt docebimus. Igit̄ prima de attributis cōtinentia hēt ptes quīq̄: ſūmā negocii: ſūmæ cām: facta illa q̄ ꝓbāt factū diuiſa ꝑ tria tēpora. Et oē ipſum q̄d diximus negociū eē factū: ſ. cōtinet̄ ab his: a ſūma q̄ breuē ꝓpoſitionem habet totum claudens: ut patriæ inq̄t ꝓditio & cætera. hēt & cām q̄ gemina ē ipulſio & ratiocinatio. Impulſio ē ꝑ quā cuius cā factū ſit: Rōcinatio ē ꝑ quā factū ſit demōſtrat̄. Sequit̄ ꝑ tria tēpora factoꝝ enumeratio q̄d ante ē factū: q̄d ī re: quid poſt rem ſit. Igit̄ quodlibet negociū de ſtatibus interim loco ſit exēpli: Milo occidit: nō occidit: occidit & nō occidit. Partes ſunt ſingulæ q̄ſtionis. Sed iā partis occiſio hoīs: occiſio p̄riæ ꝓditio ſūma ē: ergo factū ſolum negocium ē ꝓpoſitio facti cum pſona eius qui arguit̄: uel quolibet alio modo īuidiam comparans: aut extenuās ſūmam dicet̄. Et hæc eſt quā Cato ī libro ſuo appellat uires cauſarū: hoc argumētum ſequitur cām quā partiti ſumus: quæ utiq̄ aduerſus negantē factū danda ē: ut feciſſe doceat̄. Quēadmodum autē tractetur: uel ab accuſatore: uel a reo in ſecūdo habemus. Quod ſi alius ſtatus fuerit præter cōiecturā non cauſa erit: ſed ratio de cuius tractatu in ſecundo docuit. Poſt hæc ſeꝗuntur facta omnia ante: ī poſt: in quibus omnia illa quæ in geſtione negocii poſita ſunt: ſi tamen proſunt aſſumuntur unicuique enim facto ineſt. Locus: Tempus: Modus. Occaſio Facultas: In geſtione negocii locus: uel naturalis eſt: uel q̄ alitatiuus. Naturalis locus eſt: cum argumentum præſtat: nō erit illud argumētū a loco: ſed a facultate. qualitatiuus aūt locus præſtat argumentū ex oportunitate quæ oportūitas

quædā ex tempe: aut ex negotioꝝ euentu: aut ad miniſtratione: aut hominū ſtudio cūmutatio reꝝ nō tales q̄les āte hitæ ſint: aut plærūq̄ hr̄i ſoleāt hn̄dæ uideāt̄ eē: ut ad hoſtes trāſire turpe uidet̄ eē: at nō illo aīo quo Vlixes trāſiit: & pecuniā in mare deiicere īutile: at nō ī eo cōſilio quo Ariſtippus fecit. Sūt igit̄ reſ q̄dā ex tpe: & cōſilio: nō ex ſua natura cōſiderādæ: q̄bus ī oībus q̄d tpa petāt aut q̄d pſonis dignū ſit ɔſiderādū ē: & nō q̄d fiat ſed quo q̄dq̄ aīo qui cū quo tpe q̄diu fiat attēdēdū ē. His ex ptibus ad ſn̄iam dicenda locoꝝ ſumi oportere arbitrant̄. Laudes aūt & uitupatiōes ex his locis ſument̄: q̄ loci pſonis ſūt attributi: de q̄bus ante dictū ē. Si diſtributius tractare quis uolet: patiat̄ in aīum & corpus: & extraneas res licebit. Animi laus: uirtus: cuius de ptibus pauloāte dictū ē. Corporis ualitudo dignitas: uires: uelocitas. Extraneæ: honos: pecūia: affinitas genus amici: patria: potentia: & cætera quæ ſimili eſſe in genere intelligentur. Atque in his id quod in

quibus rebus poſſit ītelligi ip̄e poſuit. Tempus quid eēt dudū generaliter docuit: pars quædam in
quit æternitatis: hoc quoq; in tria tēpora diuiſit: quæ ipſa tēpora partitus eſt. Nam præteritum tri
bus modis conſideratˀ. Preſens: & futurum: binis. Verum hæc omnia magis ad cognitionē tēpo
ris dixit q̄cq̄d eſſet inſinuare cupiebant: quā ut apta ſint in geſtione negocii. Quid ergo aptū huic
p̄ti erit. Nam huic attributum eſt tempus: exiſtimatio eiuſdem temporis & collatio cum geſtione
ut id quod factū dicis eo tempore ex quo argumentum ſumis fieri potuiſſe uideatur. Itaq; ſic ait.

omnia ualet oportebit: cōtraria quoq; q̄ & qualia
ſint itelligātˀ. Videre aūt ī laudādo & ī uituperā
do oportebit: nō tā q̄ in corpe: aut in extraneis re
bus hūerit is de quo agetˀ: q̄ quo pacto his rebus
uſus ſit. Nā fortunā quidē & laudare ſtulticia: &
uitupare ſupbia ē. Animi autē & laus honeſta &
uituperatio uehemēs ē. Nunc qm̄ omne in cauſæ
genus argumentādi rō tradita eſt: de iuētiōe pria
ac maxia pte rhetoricæ ſatis dictū uidetur. Qua
re qm̄ & una pars ad exitum hunc ab ſuperiore li

Nam ſæpe oportet commetiri cū tē
pore negocium. Occaſio autē opor
tunitas eſt quædam tēporis ad aliqdˀ
faciēdū. Hæc oportunitas tribus mo
dis conſiderat. Modus autem ē quo
non ſolum factum indicatur: ſed quē
admodum factum qui modus & ani
mum indicat. i. uoluntatem diuidit:
aut per prudentiam: aut per impru
dentiam: his quæritur clam. palam.
ui. perſuaſione: imprudentia purgatˀ
caſu: neceſſitudine & affectione ani
mi. Facultates autem duplici modo
argumentum præſtāt. Nam eiuſmo
di ſunt: ut per eas: aut facilius aliquid
fiat. aut ſine his effici nō poſſit. Adiū
cta negocio: ad factum quod in negocio ponitˀ: unde iudex laturus ſententiā eſt: ut p̱bari quoquo
modo poſſit per quālibet conſtitutionem: ſumuntˀ de his rebus argumēta quæ res poſſūt ī ipſum
factum affectione quadam contineri. Has res affecta nominamus uerū affecta accipimus. Nūc de
ipſo negocio. i. de omni cā rebuſq; in cā geſtis. Nunc ad res in cā geſtas alia quaſi quodāmodo ex
trinſecus q̄ conuenire uideantur: aut inde ut proueniat: aut ad illa coniuncta ſint hæc affecta q̄ ſu
pra diximus negocio adiūcta: & coſequētia negociū dicuntur. Illa prima cōtinētia in geſtiōe. Sed
de illis iam ſupra dictū ē. Adiuncta uero ea ſunt: quæ illis ip̄is ſupra poſitis ſingulis aliquo modo
uel extrinſecus cohærēt: ut ſūmæ: ut cauſæ: cæteriſq;. Sed cū non in ipſa ſunt: ſed aliunde aſſumā
tur: cōuenientia tamē erunt in collatiōe ſiue aliena ſint nō hinc nata cum erit: aut maius aut mīus:
aut par. Itemq; ſimile contrarium diſparatū. Si uero his adiuncta ita ſint. ut extra tamen ſint: erūt.
aut genus. aut pars. aut euentus. Nihil. n. horum non ex his ad hoc eſt: non tamē in cauſa poſitū.
Et ſi poſitum eſt in cauſa: ideſt in negocio: quæ hyppotheticen: ideſt quæſtio circa perſonam pro
priam: ueluti non poſitum. Ergo genus ſit: licet cauſæ: tamē quia genus ē: uelut extra cauſam ē: cū
perſona propria ineſt in cauſa. Item ſpecies. Iam uero euentus cum tria tempora teneat poteſt eſſe
ex cauſa: ideſt ex negocio de quo loquor. qui probat quid eſt de negocio quod euenit rebus geſtis
id quod in negocio ē. Quoniam tamen & præteriti temporis euentus: & futuri temporis euentus
aliquotiens ſumitur: & hic uideri extraneus poteſt a negocio: ex negocio tamen oriens: unde pro
batum eſt adiuncta nunc omnimodis externa affecta. Tamen aliquo modo adiūgi: ut certa quæ
ſupra diximus. Nunc aliqua ex ipſo uel in ipſo negocio: alio modo tamen ſe habentia quam geſti
negocii: textus ip̄e & ordo conſiſtit circa perſonā certiſſimæ quæſtionis maius & minus: & æque
magnum tum ex ui. tum ex numero: & ex figura negocii conſiderantur. Vis in eo eſt: quo ip̄a ſi
gnificatione uerborum diuerſas res intelligimus. Itaq; cum prolata uerba diſtant ſenſibus noſtris
ſignificatione ea quæ proferunt ui diſtant: ideſt potentia quadam qua quid quæq; res poſſit intelli
gimus de numero perſpicuum ē. Figura ē textus & ordo negocii per circūſtantias ſuas. Simile au
tem ex ſpecie: aut ex comparabili: aut ex conferenda: aut aſſimilāda natura iudicatur. Simile hoc
eſt ſpecies comparabilis & ſimilanda natura. & in illis octo. Genere. Natura. Vi. Ma
gnitudine. Tempore. Loco. Perſona. Opinione. Sed ipſum ſimile quod per hæc ſu
pra poſita efficitur illic eſt in contrarii. partibus & quæ ſub eandem rationem cadunt hoc diſtincti
us poſitum ē in differentiis. De conſecutiōe in ſuperioribus duobus attributis negocio: negocium
omne teneri diximns tertium quod eſt adiunctum negocio ueluti extra eē præcipimus. ſed natu
raliter cohærere extra ip̄am hypotheſim. ut ab oratore aſſumi. quāquam & ea quæ extra ſint na
turaliter ab oratore ſumantˀ. & de hoc p̱cepta iam dedimus. Quarta attributio quæ cōſecutio no
minatur & ip̄a ea tenet quæ extra ſunt. adhærentia tñ rebus negocii. quæ nō ab oratore ex uolunta
te ſumantur. ſed quæ ipſis rebus negocii rationaliter acciderunt. Ac prope ea omnia quæ in quar
ta attributione in conſecutiōe ſunt id uidentˀ eſſe quod euētus. Verū euētus aliud eſt. aliud conſecu
tio uel res conſecutionis. Eteīm euentus cōſideratio eſt ex quadā natura rerū qua quid perſpicitur
quid ex quaq; re euenerit. eueniat. euenturum ſit. In conſecutione autem non ex rebus quid eueni
at tractat orator. ſed quid rebus eueniat ideſt quid rebus contingat. Deīde quod in euentu duo ſūt
ut arrogātia & odium in hac conſecutione unum. Nam ipſi facto cōſecutio eſt. quod uel raro uel
frequenter. hæc autem omnia collocata ſunt in hac conſecutione aut nomen cōtingit rebus uel imi

ſator : inuentor. Lex de ipſa re cõſue-
tudo : pactum ut frequẽter fiat : uel nõ
frequenter utilitas uel honeſtas & cæ
tera quæq; : ut dixi rebus accidunt nõ
ex rebus ipſis ſed ad res ipſas quadam
geſtione proueniunt.

FINIS.

bro perducta eſt : & hic liber non parum continet
litterarum : quæ reſtant in reliquis dicemus.

Marci Tullii Ciceronis ora-
toris clariſſimi rhetori-
corum ueterum li-
ber ultimus
explicit.

Olebant maiores ĩ exponẽdis libris multa ĩq̄rere quæ nũc omittũtur. Titulus talis eſt. M. Tulii Ci. Rhetoricæ nouæ ad Herẽniũ liber primus ĩcipit. Noua ad differentiã ueteris quã ĩ adoleſcẽtia ſcripſit de q̄ ĩ oratore ait. Qui libri a nobis exciderũt q̄q̄ multi dicãt ætate iã ꝑuectũ ſcripſiſſe pp eloquẽtiã maximã q̄ ĩn illa uſus ẽ: neſcientes Cicerõi ita ĩgenitã fuiſſe eloquẽtiã: ut & ĩ curiis uideat̃ ornate dicere potuiſſe quẽ qd ẽ ait Lactãtius ĩ orãdis cãis regnaſſe uelut media regnat baſilicus harẽa. Vbi .n. Ci. orabat nõ oportebat ut alius

ETſi negociis familiaribus impediti uix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus: & idipm quod datur ocij libẽtius ĩ philoſophia cõſumere cõſueuimus: tua nos tamẽ Cai Herẽnij uolũtaſ cõmouit: ut de rõne dicẽdi conſcriberemus: ne aut tua cã noluiſſe: aut nos fugiſſe laborem putares: & eo ſtudioſius hoc negociũ ſuſcepimꝰ: qd te nõ ſine cã uelle cognoſcẽ rhetoricã ĩtelligebamꝰ. Nõ .n. parum fructꝰ hẽt copia dicẽdi & cõmoditas orõnis ſi recta ĩtelligẽtia & diffinita aĩmi moderatiõe gubernet̃

qſq̄ loq̄ret̃. Herẽniũ legit̃ fuiſſe ſororiũ Ci. Terẽtiæ frem. Hic igit̃ primo hẽt tria .ſ. titulũ de quo diximus: ꝓemiũ & tractatũ. Proemiũ hẽt tres effectus neceſſarios ut appet ĩ textu. Negocium uero interdũ ẽ opa laborioſa. nũc uero occupatio. Familiaribus in rebꝫ aĩcoꝝ tractãdis qbus ipſe occupatiſſimus fuit ut ĩ defẽdẽdo Milone ꝓ Põpeio: ꝓ deiotaro rege ꝙ ipſemet ĩ prĩcipio Põpeianæ teſtatus ẽ. Oẽ reliquũ tpſ ĩ aĩcoꝝ negociis trãſmutãdum putaui. Impedit. tribus rõnibus utebãt̃ maiores nr̃i: plurali ꝓ ſingulari: aut indignatiõe: ut moriamur ĩ multi humilitate: ut hic & ſtili ſublimatione: ut Lucanus: Iuſq̄ datũ ſceleri canimus: Ocium nũc capit̃ ꝓ litterario ocio: qd tunc fit cũ relictis oĩbus rebꝫ lr̃is opam damus q̄ res ẽ nobis ꝓ ocio. Ci. tñ appellat ociũ lr̃ariũ. idipm ſubſtantiuũ ẽ ocii qetis & ceſſatiõis ab ope. Libẽtius in philoſophia morali: q̄ ꝑ excellẽtiã moralis dr̃. licet & aliæ pres dicãtur philoſophiæ. eo ꝙ reddãt hoĩem bonũ. cũ aliæ ſolæ doctũ: quã rẽ cõſiderãs ſocrates cũ diu incubuiſſet illi pti philoſophiæ q̄ facit hoĩem doctũ: diſceſſit ab ea & morali opam dedit: qm̃ melius ẽ eẽ bonũ q̄ doctũ. & triplex ẽ philoſophia moralis. q̄ dr̃ ethica & diuidit̃ ĩ mõaſticã. iconomicã & politicã. Philoſophia logica q̄ diſtribuit̃ in dialecticã & rhetoricã. Tertia ẽ philoſophia naturalis q̄ phiſica dr̃: latine appellamus hiſtoriã naturalẽ. de q̄ Vergi. Felix q̄ potuit rerũ cognoſcer̃ cãs. ergo ſi qs dicat quõ libẽtius Ci. in philoſophia ſcriberet. cũ & rhetorica ſit pars philoſophiæ. dicendũ ẽ eũ intellexiſſe de morali quæ ꝑ excellentiã eſt hoc nomen cõſecuta pauloante diximus. Voluntas: bene ait quæ dr̃ appetitus rei honeſtæ: & honeſtũ deſiderium oſtendat nõ poſſe reſiſtere petitiõi ſuæ cũ ſit honeſta. De rõne dicendi: diffinitio rhetoricæ. nã quod latine dici non poteſt per periphraſim dicere fuit neceſſe dicere. ut ait Quĩtilianus: ornate: copioſe & diſtĩcte dicere aliquid eſt. Vnde dicimus ex arte loquimur a natura. Conſcripſimus: quũ nõ uacat. quia in ueteri ſolum de inuentiõe ſcripſit: in hac uero de oĩbus partibus. Noluiſſe: quod eſſet ſignũ inuidiæ. Fugiſſe: ut uideretur iners. Duæ ſunt cauſæ quæ impediũt ad ſcribendũ: ut inſeruiat libẽter amico & inertiam fugiat. Et eo ſtudioſius. Secunda pars huius proemii: in qua aperit fructum artis oratoriæ. Suſcepimus: ad ſoluendum accepimus. Nam ſuſcipere eſt aliquod onus amplecti. Sine cauſa: quia magnam eſſe utilitatem in arte dicendi ſcis. & eſt cauſa interpellens. Copia dicendi: quod eſt proprium oratoris. Interrogatus enim Zeno princeps ſtoicorum quid intereſſet inter rhetoricam & dialecticam quæ ſunt partes philoſophiæ. Reſpondit: tantum quantum pugnus a manu extenſa. Commoditas orationis: ad ſtilos qui tres ſunt: ut Vergi. facit in tribus ſuis operibus accommodauit uerba rebus. Recta & diffinita: quæſtio quorundam eſt: quam Quintilianus ponit hanc artem non eſſe artem. & his duabus rationibus nituntur. Prima id quod fuit ante artem non dicitur eſſe ars ſed ante Thiſiam & Gorgiam qui fuerunt primi inuentores artis huius inuenti ſunt plures qui in cauſis exercuerunt penitus oratoris officium. ſcilicet laudare: uituperare: ſuadere: diſſuadere: accuſare: uel defendere. Secunda eſt ꝙ etiam illitteratus ruſticus ante prætorem ueniens utetur omnibus partibus orationis: ac ſi eſſet orator: ſed eos confutat hac ratione: quia neq̄ ars primum neq̄ natura dedit extremum. Præterea probant artem dicendi non eſſe utilem: quia multi orarũt contra bonos uiros & impetrarunt ut occiderentur. quos frangit hac ratione. Quod ſi quid mali naſcitur ex arte dicendi non artis eſt: ſed eius qui orat. Quẽadmodum uidemus medicinam non eſſe uituperandam ex eo ꝙ multi medici uenena interdum poculis admiſceant: dicit ergo Ci. ars dicendi habet multam utilitatem. ſi recta intelligẽtia & diffinita animi moderatione gubernetur. abſoluens hanc ultimã quæſtionem q̄ ars dicendi non admodum utilis uideatur. Recta .i. cognitione oĩum ſciẽtiarum: nam ad bonũ oratorem ptinet ſcire ornate dicere de omni re propoſita ꝙ ipſe in libris de claris oratoribus teſtatus ẽ: ac mea q̄dẽ ſententia nemo accumulatus orator & cætera: aut dicit recta ad uirtutẽ conſũpta ex quo ceſſat obiectio ꝙ nõ ſit util̃. Aĩmi gubernet̃: ꝑpterea dicitur: orator eſt uir bonus & cætera: qm̃ eloquentia ſine ſapientia eſt tanq̄ gladius manu furioſi



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Quas ob res: ac diceret cū ſit utilis & facit beniuolū oſtendens qualis ſit in eū: q̄q̄ ēt in pricipio
oēs effectus exordii breuiter cōplexus eſſet: græci non dicūt illos priſcos: ut Socrates. Ariſtoteles.
Plato: & alii pſtātes quos uniuerſi decātant. Vñ illud: uos excplaria græca nocturna uerſate manu
uerſate diurna. & id: Graiis īgeniū graiis dedit ore rotūdo muſa loq & ipſe Ci. græcis diſciplinam
a noſtris uirtutē eſſe captandā. ſed ait de q̄bus coætaniis ſuis q per arrogātiā & cupiditatē pecuniæ
multa ſcripſerūt ad artem nō ptinētia: ut cū ars difficilis ſit ipſi plus p̄mii mereri a diſcipulis uideā
tur. Ne parū: imo multum ſcire de
multis. Nos officiū ſuum ſine arrogā
tia & a perſona aduerſarii ducūt eum
in odium herēnii. Ad rōnem: ad re
gulas. Gloria: loquit̄ de iani gloria
quæ uitioſa ē: nā fuit apud romanos
maxima laus cupiditate gloriæ accin
gi ad uirtutē. q̄nimo dicebāt ſolā glo
riam relictā hoībus ī mercedē oīum
laborū: ut Ci. ī Archia teſtatus ē. In
duſtria eſt labor circa res hoēſtas: un
de appellamus ſæpe mercatores īdu
ſtrios. nūq̄ aūt latrones: licet multa in
inſidiis patiant̄ incōmoda. Volūta
ti: ac ſi diceret hoēſtæ cupiditati. Ni
mium: quaſi dicat ne ſubintrē illd̄ ui
cium arrogātiæ dicendo ſupflua: de
quo græcos accuſamus. ſed ſubaudi ī
cipiemus. Aſſiduitate. frequēti exer
citatione. Intelligas. hoc ē p̄ceptum
eius. Rationē p̄ceptiōis doctrina &
ipſa documenta artis precipere ē docere.

Quas ob res illa q̄ græci ſcriptores: ianis arrogā
tiæ cā ſibi aſſūpſer̄ reliqm⁹. Nā illi ne par̄ mlta
ſciſſe uideret̄ ea cōq̄ſiuer̄t q̄ nihil ad p̄poſitū atti
nebāt: ut ars: difficilior cognitu uideret̄. Nos āt
ea q̄ putauim⁹: ad rōnē dicendi ptiere ſūpſimus.
Nō. n. ſpe quæſt⁹ aut glr̄ia cōmoti uelim⁹ ad ſcri
bēdū queādmodū cæteri: ſed ut īduſtria nr̄a tuæ
morē geram⁹ uolūtati. Nūc ne nimiū lōga ſūat̄
orō: de re dicere īcipiem⁹. Sed ſi te illd̄ unū mo
nuerim⁹: artē ſine aſſiduitate dicēdi nō multū iu
uare ut ītelligas hāc p̄cæptiōis rōnem ad exercita
tionē accōmodari oportet.

De oratoris officio

O Ratoris offm̄ ē de his reb⁹: res ad uſū ciui
lē morib⁹ & legib⁹ ꝯſtitutæ ſūt cū aſſēſiōe

O Ratoris officiū. totus hic liber ī q̄ttuor uolumīa diuiſus ē. & male q̄dā ī quiq dicūt fa
cientes unū libr̄ eā ptē quarti. ī q̄ cōfutat græcos q̄ dicebāt exēpla ab aliis & nō ex ſeipſis
eē ſumēda. Prius igit̄ liber in p̄emiū diuidit̄ & tractatū. ſed exacto proemio tractatum
agredit̄. Prio a diffinitiōe īcipit. nā ut ipſe in officiis inquit. oīs q̄ de aliq̄ re ſit inſtitutio dēt a diffini
tione pficiſci ut ītelligat̄ id de quo diſputat̄: ad quā q̄dem explicādā q̄ttuor ſunt ꝯſider āda: ars. ar
tifex. materia. cuius corpis mēbrū ſit & finis. Artifex pōt eē duplex: & q dat artē & q exercet dici
mus oratorē: uñ Ci. utrūq: cōplexus eſt offm̄. & rhetoris & oratoris: Plutarchus ī orōnibꝫ Ci. non
oratorē ſed rhetorē appellauit. Sophiſta medius eſt īter utrūq. nā & artem mediocriter ītelligit &
mediocriter dicit ornate. aliq̄ñ ſophiſta ſyllogiſmorū cōpoſitor eſt. Cato igr̄ cēſorius q̄d ſit orator
ſic diffinit. Vir bonus & dicēdi pitus & pitiſſime q̄dem: nā cū is q oraturus eſt maximā ī dicendo
peritiā hr̄e dēat: ī primis eū conuenit eſſe uirꝫ: & in oī certe uirtute p̄batū. Vnde Auguſtinus in oī
grauitate ſermōis maius pōdus hēt uita dicentis. cuius rei nō īmemor Vergi. uolens bonū deſcri
bere oratorem. eloquentiā ei tribuit: & ī primis auctoritatem ī prīo libro. ſic. Tū pietate grauem
meritis ſi forte uirū. & cætera. Materia uero eſt laus uel uitupatio. utile uel īutile: iuſtū uel īiuſtum:
hoc eſt ſcire ornate. copioſe. diſtīcte de oī re p̄poſita dicere. ſi uel ī demōſtratiuo uel deliberati
uo. ſiue iudiciali genere ea uerſet̄ materia. Et notādū eſt ꝙ Ci. ī prīo de ora. meminit multos eſſe
q dicūt oratorem oportere eē muſicū & aſtrologū. & ī oī arte peritū. ſi dēt de q̄cūq re ſibi p̄poſita
ornate & copioſe diſtīcte dicere: q̄bus ipſe rn̄det: aſtrologi eſſe officiū ſuæ artis cognitionē habere.
Ad oratores uero nō ptinet cuiuſlibet ſcientiæ cognitionem hr̄e pfectā: ſed ſcire dūtaxat diſtribue
re ī orōne ſm̄ p̄cepta artis dicendi ea q̄ de aliq̄ re ſit dicturus: q̄d etiā grāmaticus facit. Nō. n. ſibi
cōuenit ī oī ſcīa peritiā hr̄e: ſed ſatis ſibi eſſe arbitrat̄ ſi ī unaquaq ſcīarū ſermonē cōgruū aſſeuera
uerit. Membrū āt eſt & ſpēs iuris ciuilis. q̄d eſt diſtributū ī politicā: hoc ī rem: utilitatem. & rheto
ricā. Finis uero eſt duplex: ītrīſecus & extrīſecus. Intrīſecus eſt: ſemp eſt in oratore & in ui argumē
torū & ī copia dicendi cōſiſtit. Extrīſecus ē in auditoribus q aut pſuadēret aut nō pſuadēret q̄ res p
ſagittariū declarat̄. tūc. n. dr̄ ſagittarius hr̄e finem intrīſecū: cū totis uiribus arcū extendit & ſagittā
in auē dirigit: quā ſi pcuſſerit tūc dicit̄ finem extrinſecū habuiſſe. Oratoris officium hoc eſt diffini
tum quod req̄ritur in diffinitiōe perfecta: tangit autem artificem. Officiū uero capitur pro eo q̄d
quiſq debet efficere. Poſſe dicere. i. habere facultatē tractandi ornate: copioſe & diſtīcte in oī ge
nere cauſarū: idest de honeſto. iuſto & utili: & tangit materiam. Vſum ciuilem tangit cuius corpo
ris ſit ſpecies. Rhetorica. n. eſt pars iuris ciuilis ut diximus: quoniam ad utilitatem ciuium uidetur
ptinere. Moribus & legibus: his duobus conſtat unaquæq ciuitas quæ dicitur multitudo ciuium.
Mos eſt quem uetuſtas approbauit. Lex uero eſt iuſſus populi & ſanctio redacta in ſcripta. Et ſciē
dū ꝙ tribus modis diſtinguuntur hæc duo: quia mos uetus ē & ſine ſcriptis & in uoluntate ciuium
pmiſſus. Lex uero poteſt eē noua & ſemp eſt in ſcriptis. Præterea non in uolūtate eſt: ſemp cogit.

Cum aſſenſiõe auditoꝝ: rãgit finẽ extrīſecũ. Quoad eius: finẽ īntrinſecũ. & bñ ait ꝗtũ eſt ſitũ in oratore. qa intelligebat ſagittariũ nõ ſemp auẽ pcutere: nec medicũ ſanare ægrotantẽ: nec oratorẽ pſuadere. Quoad eius: una dictio: male eius qd ab eo more græco cũ alibi ſcribat ĩ epl̃a ad appiũ pulchꝝ quoad eius facere poteris. Tria ſũt: expõit qd̃ ſupius dixerat de his rebꝫ pẽſſe dicere: hoc ẽ oñdit q̃ ſit materia orõnis q̃ licet ab aliqbꝫ dicat̃ ꝗcquid ornate tractari põt: ut tractare aliq̃ de aicitia: de mortuo: tñ reducta ẽ oĩs materia ad hæc tria q̃ & ſub his generibꝫ oẽs ſpẽs continent̃.

auditoꝝ quoad ei⁹ fieri poterit. Tria ſũt gña cãrũ quę recipe dẽt orator: demõſtratiuũ. deliberatiuũ. iudiciale: demõſtratiuũ gen⁹ ẽ qđ attribuit̃ ĩ alicui⁹ certæ pſonę laudẽ uel uitupiũ. Deliberatiuũ ẽ qđ poſitũ ĩ cõſultatiõe hẽt in ſe pſuaſiõem & diſſuaſiõem. Iudiciale ẽ qđ poſitũ ĩ cõtrouerſia hẽt accuſatiõem ĩ ſe aut petitiõem cũ defenſione. Nũc quas res oratorem hẽre oporteat docebim⁹ Deĩde quõ has cãs tractari conueniat oñdemus. Oportet igit̃ ĩ oratore eſſe ĩuentiõem: diſpoſitionem: elocutiõem: memoriã & pnũciationem. Inuentio eſt rerũ ueraꝝ aut ueriſimiliũ excogitatio

Vñ ſciẽdũ ẽ ꝙ materia dialectici ĩ hoc differt a materia oratoris: nã materia dialectici tractat gñalr̃: ut dicit platonẽ uel ſocratẽ gñaliter occurrentẽ: intelligit de quouis ſit appellatio: orator uero ſpãlr̃ tractare debet nã ſi narraret qſpiã de põpeio ĩpatore deligẽdo: & diceret oẽs imparatores qbus eẽt ſcia rei militaris: uictus & oĩa neceſſaria: & nõ tractaret ſpãlr̃ in põpeio eſſe nõ couenirer. Præterea ẽ ſciendũ ꝙ materia oratoris uocat̃ duplr̃ gñalr̃ & ſpãlr̃. Spãlis cã appellat̃ græce ipotheſis: & tũc ſic diffinit̃. Cã eſt q̃ hẽt cõtrouerſiã ĩ dicẽdo poſita cum certa pſõaꝝ inẽpoſitiõe: ut ſi dicat cæſari reuertẽti ex galbis triũphus det̃: & hæc: morit̃ cicero ab inteſtato: hæreditas ciceroĩ filio detur: nã oĩa hic ſpãliter ſunt noĩata. Gñalis appellat̃ quæſtio græce theſis: & ſic diffinit̃: q̃ſtio eſt res q̃ hẽt cõtrouerſiã in dicendo poſitã ſine certarũ iterpoſitiõe pſonaꝝ: ut ſi dicas: impatori uictori triũphus detur: & morit̃ pr̃ ab inteſtato: hæreditas uiciniori detur. Et eſt notãdũ ꝙ cã hæc ſpãlis deſcẽdit a materia gñali: nõ ꝙ in ea ſe exerceat orator ſicut in gñali: ſed ꝙ ea exercemus ad cõſirmãdã ſpãlem materiam hoc mõ: ſi dicas cæſari reportãti uictoriã ex gallis triũphus det̃: qm̃ lex ꝙ impator uictoriã reportãs debet triũphũ hr̃e: & item ſi morit̃ Ci. ab iteſtato: Ci. filius petit hæreditatẽ. q. frater petit: hæc eſt ſpãlis cã ad quã cõſirmãda eſt generalis hoc mõ: moriente patre ab inteſtato hæreditas uiciniori detur: Cicero ẽſt filius uicinior: ergo Ci. filio hæreditas detur: & p hoc eſt nomen oratori enthymema hoc eſt ſylogiſmus impfectus ad probãdã minorem. i. cãm ſpãlem p generalem. Tria ſũt: nõ dicit qõnum: quia gñalis quæſtio nõ tractatur ab oratore: ſed ea utimur ſolũ ad cõſirmationem ſpãlis materiæ. Q d̃ ſint tãtũ tria: Quintilianus affert hãc rõnẽ: qm̃ quicquid dici põt ſub his tribus generibus cõtinet̃: & uocãtur hæc tria genera generaliſſima. a Quitiliano ſũt eſſentialia: qa ſine iis rhetorica eſſe nõ põt. Differũt aũt tribus modis: loco: tpe: & fine: nã dmõſtratiuũ in cãpo martio tractabatur ubi eligebãtur magiſtratus: nã ibi neceſſaria erat laudatio uel uitupatio Deliberatiuũ in ſenatu: iudiciale in foro: tpe: quia demũ tp̃s pſens denotat: nã natura laus eſt de pſenti: licet aliquãdo miſceamus tẽpus futurũ & prætericũ ad maiorem cõſirmationem pñtis laudis ut Vergi. de Marcello: Tu marcellus eris. Deliberatiuũ de futuro: ut ſi eſſet cõtrouerſia utrũ carthago eſſet delenda. Iudiciale eſt de præſenti fine: quia demonſtratiui finis eſt honeſtas uel inhoneſtas. Deliberatiui utile uel inutile. Iudicialis æquum uel iniquum. Confunduntur tñ aliquãdo ut dictũ eſt. Demõſtratiuũ latini dicũt ꝙ laudẽ uel uituperationem demõſtrat: unde quidã laudatiuũ appellãt a meliori: ſicut auguſtinus de ci. dei cũ eſſet ſic ſcriptũ de ciuitate mũdi: a græcis aũt dicticon: quia dixis dr̃ demõſtratio: uñ dicticos aduerbiũ uel epeticos. In laudẽ: laus ẽ id ꝙ tractat̃: laudatio ipe modus tractãdi in genere demonſtratiuo ſicut uituperatio & uituperium certæ perſonæ ab eo ꝙ cã eſt certarũ perſonarum interpoſitione. Deliberatiuum græci uocãt ſymbuleuticon: qd̃ eſt cõſulo. Conſulatio eſt tractatio cõſiliorum & quicquid ẽ ante liberationem. Iudiciale: dicũt dicamicon ꝙ eſt iuſtũ. Cõtrouerſia dictiõe & cõtradictione. Accuſationẽ: quo ad criminalẽ petitionem. In ciuilibus: cũ defenſiõe & ad utrũqꝫ. Nũc quas: declarara materia oratoris accedit ad regulas qbus uti debet. Oratorẽ habere: iſta q̃ ſequũtur ſunt accidẽtia oratoris qm̃ ſine ipſis nemo põt eſſe orator: nã ſicut homo uiuens ſine ſãguine & ſpũ eſſe nõ poteſt: ita orator ſine his pribus nullo modo eſſe põt: nã proprie iſtæ quiqꝫ ptes ſunt eſſentialia oratoris. i. ſine quibus orator eſſe non poteſt. Oratorem. i. illũ dicit qui exercet artem nõ autem rhetorem: nã ſine memoria rhetor eẽ põt: qa libros habet unde doceri põt. Tractari deducere in actũ. Has cãs. ſ. illa tria genera cãꝝ q̃ dixi. Oportet: neceſſitatẽ ĩportat. Inuẽtio: inuenire ea q̃ pro re faciũt quæ facis firmare: potes aduerſariorũ cogitata deſtruere. Excogitatio: cogitare eſt coadunare in mẽtem ad aliqd inquirendum: & mentem adhibere: excogitare uero adhibitione & ex illa coadunatione mentis aliqd inuenire. Rerum uerarũ: argumentorum & materiarũ uerarum: & in hoc conuenit cum dialectico: quia nihil pbat niſi ueris rõnibus. Aut ueriſimilium: in hoc differt quia orator debet facere orationem: aut

q̄ cām ꝑbabilē reddāt. Díſpoſitío ē ordo & díſtri butío rerꝫ q̄ demōſtret qd qbuſqꝫ locís ſít collocā dū. Elocutío ē ídoneorū uerborꝫ & ſníarū ad iuen tíonē accōmodatío. Memoría ē fírma aími rerꝫ & uerborꝫ díſpoſítíōís ꝑceptō. Pronūcíatío ē uocís: uult⁹ & geſt⁹ moderatío cū uenuſtate. Hæc oīa trib⁹ reb⁹ aſſeq poterímus: arte: ímítatíōe & ex ercítatíōe. Ars ē ꝑceptío quæ dat certā uíā rōneqꝫ dicendi. Imítatío eſt qa íꝑellímur dílıgentí ratío ne ut alíquorum ſímíle índ[i]cendo eſſe ualeamus

uerıſımılē: aut ꝑbabilē. aut credibilē ut in aīum auditorū cadere poſſit. Interdum pōt uti mēdacio alicuius ſalutis cā: ut id uerıſımile uideat̄: ut Ci. ꝑ Milone. īducit. n. clodiū dedit opa uenıſſe ut in terficeret Milonem: qd̓ nō uerū eē tradūt hiſtorici. Sed qa res uerıſımılis eē uidebat̄: licuit Ci. pro ſalute Milonis uti mēdacio. Probabilē: quā unuſqſqꝫ approbat. Diſpoſitio: duplex eſt: naturalis & artificioſa. Naturalis ē q̄ fcā ſūt prīo ēt prīo dicātur: q̄ ſcdo ēt ſcdo dicant̄. Artificialis ē qñ ꝑuer titur ordo: ut poſt ꝑemiū ponere cōfutationē cū narratio eē deret: ut o regina nouā: exordiū: non uos aut ferro. Cōfutatio: ñ ea uis aio: nec tāta ſupbia uictis. Eſt ordo quātū ad collatıonē naturalē. Diſtributio: q̄ tū ad artificialē. i. in diuerſis locis tri burio in qb⁹ ponere debemus. Rerū: materiæ. Quibuſqꝫ locis: aut ꝑ na turalē. aut ꝑ artificialē ordinē aliq di xerūt iudiciū eē neceſſariū. Sed Qui rñdet iſtis: dicēs eē ſupfluū: qm̄ ī in uētiōe cōcludit̄ iudiciū: qa iuentio ſi ne iudicio eē nō pōt. Sit collocādū. i. debito loco ponēdū ꝑut neceſſe fu erit. Elocutio: ps ē eloquentiæ: elo quētia uero gñalis ē ſed elocutio apta tio q̄dā uerborꝫ ꝑ mā circa ſnīam & uerba: nā ſi tractamus magna: altilo quocabl'is utēdū ē. Si pua: hūilib⁹: qꝫ Ver. diligētiſſime ī ſuis opib⁹ executus ē. In bucolicū hūili bus: ut cū uelit ſignificare noctem ſic iqt: & iā ſūma ꝑcul uillarū culmia fumāt. nā ſi fuiſſet mate ria altiloqua dixiſſet: Aureus occaſū iā ſol ſpectabat equoſqꝫ ꝑnū iter urgebat facili trāſmittere cur ſu. In georgicis uero mediocribus: ī æneidos altiloqs: quā rē ſeruādā Horatius docēt uerſib⁹ expo ni tragicis res comica nō uult. Indignarūt item priuatis ac ꝑpe ſocco dignis carmib⁹ narrari cœna Thieſtæ. Accōmodatio: adaptatio. Memoria: q̄ uerſat̄ circa duo. ſ. circa res & uerba: utputa ſolū memoriter dicere. ſ. arma uirūqꝫ cano. Circa res ſcire collocare rem: utputa cū uenerit Aene as. Prīo poſt icēſā Troiā: & qꝫ iter hūeritqꝫ cōfecit Aeneas a troia uſqꝫ ad Italiā. Verborꝫ: ut recor dari aliq uerba ſimplr̄. Præceptio: cōꝑhenſio. Arma aimi. eo qꝫ nobis mēoria hr̄et. Diſpoſitio nis: quo ad ipm ordinē. Multi dicūt īter officia oratoris mēoriā ānūerari nō debere: cū ea nobis a natura data ſit: nō itelligētes oēs artes a natura nobis datas: & deide ꝑ artē ornari & expoliri. Pro nūciatio: idem ſignificat q̄ porro enūciatio aliter ſignificat leuē traditiōem: ut cū dicimus iudicem ꝑnūciaſſe ſnīam. Moderatio uocis tā ī ſermōe q dr̄ ſermo remiſſus: q̄ ī cōtētiōe q dr̄ ſermo acris: ut Vergi. ī qnto. illū elabātem teucri ac riſere natātem. In cōtentiōe: ut ī bucoli. Quid dñi facient audēt cū talis fures. Idē ī æne. date citi ferrū: date tela. fundite muros. Vultus: ut ſi mœſta ſit mā uultū quoqꝫ mœſtū cōtrahamus. Geſtus. ad motū mēbrorū tā manuū q̄ pedū. hāc pticulā nō mō mediocrit̄ ptinere ad pſuaſionē idicauit Demoſthenes. nā īterrogatus q̄d m aius eēt ī oratore. Rñ dit hyſiocriſim & ſane ita eē Hortēſius ſignificauit. is. n. pp optimā eius ꝑnūciationem mltas ob tinuit cās cū nō maximā ī dicēdo uim hr̄et: nā cice. lōge eū ꝑcelluit: & tñ ꝑnūciatiōe ſua nō medio cris orator hitus ē. Trib⁹ reb⁹: qa poſſent uideri difficiles ī oratore illæ qnqꝫ ptes eſſentiales pro poſuit q̄dā facilitatem: ꝑ quā ea oīa facillime cōparemus. ſ. ꝑ artem. imitatiōem. & exercitatiōem Hæc oīa: has qnqꝫ ptes oratoris eſſentiales. Aſſeq: facillīe cōparare & obtinere. Præceptio: do ctrīa. Certā uiā. nō ſine cā: nā ī hoc ceſſat obiectio eorꝫ q dicūt non eſſe artem eo q multi fuerunt ſine ꝑceptis artis eloquentes: ut orpheus. anaphion. nā ut ipe cice. ait ī oratore hoc illis contigit bo nitate naturæ: ſed nullā hñt dicendi certitudinem. Alii ſūt q̄ dicūt non eē artē. qa nō hēbāt mām ꝑpriā ſicut medicīa hēt herbas & reliq̄ artes: ſed certe ignorāt orōnis materiā eſſe q̄cquid dici pt & ſmone explicari. Rōneqꝫ dicendi: adiūxit hoc ut ſeparet̄ hoc diffinitū ab aliis oratorib⁹. nā & re liq̄ ptes hñt. Certā uiā. quo ad ipa ꝑcepta artis q̄ dāt nobis certitudinem. Et rōnem dicendi: quo ad exercitationem ut ſcire allegar̄ cās q̄re ita fiat: nā poſſet aliquis ſcire ꝑcepta artis & rōnem dicē di nullā hr̄e. aut dicit. Certā uiā. i. regulā. Rōnemqꝫ. ut ſcirem allegare rōnem q̄re ſit. Imitatio eſt. īcluſit ī hoc uerbo neceſſitatē. nā q aliū imitat̄ ur̄ ueſtigiis alterius duci. a quo ſi deſcendat nihil penitus ↄſeq̄t̄. Diligenti rōne. ac ſi diceret uſqꝫ ad minima uocabula debemus limitari: uñ ī limi tatione tria ſūt conſiderāda quos q̄dem & q̄tū imitemur. quos ut idoneos uiros non illos uetuſtiſ ſimos. ut fuit cato cenſorius q̄ adhuc non uenerat ī illū ſuccū eloquentiæ lacteū. neqꝫ modernos. ꝑterea ſi nolumus exerceri ī ꝑſa non ſequamur comicos nec poetas. ſed cice. illū qui & idoneus eſt & ꝑ cæteris ornatiſſimus. uñ ait. Quīti. cice. ut mihi quidem ur̄ & iucūdus īcipiētib⁹ quoqꝫ & a ptus ſatis eſt. q non tm̄ ꝑdeſſe: ſed amari pt. tū ut qſqꝫ ſimillimus cice. erit romāi maximus auctor eloquii. ſi aut uerſus aliquid amauerit Ver. ſibi ꝑponat d̄ quo laus deſiit eſſe laus. Quæ ſane quid ut imitari ꝑbabilia & omittere mala uocabula. nā ſunt conceſſa oīa quibus poetæ utūtur. ut cum ait Vergi. Steterūtqꝫ comæ. & alibi uitā dederitis ī undis & iis ſimilibus non uti non poterimus.

Quātū uero imitemur ptinet ad figuras: ut illud ſuſcipiā. qđ a natura nobis cōceſſū: quēadmodū Horati. ait: Sumite materiā ueſtris: q ſcribitis æquā. Viribus & uerſate diu qd ferre recuſant Valeant humeri: Exercitatio: ut uirus fecit. nā priuſq̄ publice aliqd ſcriberet: ſcripſit moretū: & multa alia: ut prōptitudinē cōparet. Ci. quoq; multa cōuertit: ī latinū ſcripſit: & declamauit. Solebāt ēt antiqui ſe exercere in thematibus factis: ut facere accuſationē: defenſionē: deīde aliqui dicūt q̄ maior ē cōſuetudo q̄ uſus: quo ad ſe ipſos: dū ſecū ſe exercēt: cōſuetudo: quātū ad alios qñ publice ſe exercēt: ut orādo in foro: uel in ſenatu: nil aliud exercitatio niſi freq̄ter uti.

Exercitatio ē aſſiduus uſus cōſuetudoq; dicendi.

Quoniā igit̄ demōſtratū eſt: q̄s cās oratorē recipere oporteat: quaſq; res hr̄e cōueniat nūc quēadmodū ad orōem poſſit oratoris officia accōmodari dicendū uidet̄. Inuētio ī ſex ptes orōnis ɔſumit̄: ī exordiū: narrationē: diuiſionē: cōfirmationē: cōfutationē: & cōclusionē. Exordiū eſt principiū orōnis: p qđ aīus auditoris: aut iudicis cōſtituit̄: uł apparat̄ ad audiēdū. Narratio ē rerū geſtarū: aut p̄ide ut geſtarū expoſitio. Diuiſio ē: p quā aperimꝰ qd cōueniat: & qd in controuerſia ſit: & p quā expōimus: qbꝰ de rebꝰ ſumꝰ dicturi.

Et eſt notādū ī his tribus uariū effectū cōtineri. nā ars ē emēdata natura: iō dat certitudinē: qa cōſtat ex p̄ceptis. Imitatio facit abilitatē & aptitudinem Exercitatio uero promptitudinem in qua re diligenter ſeruauit modum & ordinē. nā prio artē capimus: deinde imitamur: tertio exercemus.

Quoniā poſteaq̄ oñdit qbus rebus poſſumus ornare exercer̄ nos in dicendo: & formauit bonū oratorē: formauit ipſā orōnē: q̄ dicit̄ iſtrumentū oratoris: ſicut militis tæla: & aſtæ: aratoris uomer: & alia: unde dicit qm̄ trāſgreſſio color in quo facit auditorem cautū: q̄ uulgo: & ſeruari ſolet quotieſcūq; de una re in aliā tranſimus: utpote poſtq̄ eius benignitatē laudauerī: nūc de fortitudine eius dicere incipiā. Quas cās demo. deli. & iu. Quas res iuentio: diſ. elo. & cætera. Officia bñ dixit officia inuētionē: & cætera: qm̄ eſſentialia ſūt: nec ſine illis pōt eē orator. Ad orōnē tanq̄ iſtrumētū. Inuētio cōſumit̄: ac ſi dicat: ita diuidit̄: ut plus nō reſtat. Multi tñ addūt egreſſionē: ſed ea ē ps cōfirmationis. nā ſemp poſita eſt ad cōfirmādū: ut ilioneus. Eſt locus heſperia. uñ Quiti. ſic diffiniuit. Egreſſio ē diſpoſitio rei extra rē ad rē tñ ptinēs. Exordiū tā apertū q̄ occultū: quod dr̄. a græcis p̄logus uel p̄emiū. ita a latinis eſt appellatū: qa ſit in re dicēda tanq̄ cirrus qdā & clauis in oſtio p qđ oia īterius patent. Pricipiū orōnis: uelut radix deducens ramos. Animus auditoris: ſignificauit genus demōſtratiuū & deliberatiuū. Iudicis tetigit iudiciale. Conſtituit̄: ptinet ad exordiū apertū: quo audito aīus auditoris quieſcit. Præparat̄ pp inſinuationē: p quā aīus auditoris nō intelligens qd uelit dicere p̄parat̄: ut ſi qs orās p filio Ci. ad iudiciū adducto dicat. Nemo eſt ueſtrū iudices: q ignoret quātos labores: q̄tas aī moleſtias Ci. pater paſſus ſit: dū ſtuderet patriā a manibus hoſti ī liberare: q̄re cū nullū p hac re p̄miū a nobis ptulerit: nūc tps eſt: ut Ci. filio cōferamus: ſed multi q̄rūt nō eſſe neceſſariū exordiū: hac rōe: qa cū p̄dicator: uel alius multitudini cōgregatæ aliquid declaraturus ſit: iā oēs parari & cōſtituti ſunt ad audiēdū: etiā ſi nō faciat exordiū. Reſpōdēt his duabus rōnibus ſecūdū Quin. primō q̄ ſi p̄parati ſunt ad audiendū: hoc p naturā faciūt: quia non in oī re natura dat principiū. ſed p exordiū fiunt attentiores. præterea licet p naturā ſint p̄parati: tñ ignorāt de qua re ſit dicturus: quod p exordiū declarari ſolet: unde dictū eſt: exordiū q̄ſi de materia ortū. Narratio hāc uocās alio uocabulo expoſitionē: quæ habet duplicē effectū. continet. n. & res ueras & uerisimiles. Geſtarū in hoc oſtendit narrationē eſſe de præterito ſemp & cōtinere res ueras: iō narratio p̄pria eſt generis iudicialis. nā ipſe Ci. ait uera narratio eſt de his rebus: de quibus iudiciū futurū ſit: Si aut in demōſtratiuo fiet: aut in deliberatiuo incidens eſt: nō p̄pria eſt ne acta agamus: quod uetamur ueteri p̄uerbio: ut inqt Cato maior nā cū narratio de p̄terito ſemp ſit: nō pōt haberi de p̄ſenti: nec de futuro: q̄ ſi fiet ad cōfirmationē p̄ſentis laudis ptinebit. Aut p̄ide ut geſtarū: hoc ad res fictas: ad fabulas: ad inſomnia: & ad res uerisimiles ptinet. nō. n. res ueras ſolū cōtinet ſed ēt uerisimiles. ut ſi q̄s dicat. Cauete uobis romāi ne huic cōcedatis. qcq̄d a uobis petierit. q̄ ſi feceritis nō alit̄ uobis q̄ qđ de ruſtico legimus. nā cū is a ſilua lignū īperaſſet ad manubriū ſecuri cōſiciēdū. poſt paucos dies magnā ptem ſiluæ ſuccidit & arboribus oē genus una ruina trahit. Diuiſio hāc etiā ptitionē Ci. alibi appellauit. q̄q̄ Quin. dicat ptitionē eſſe generalē p ſpēs factā. Diuiſionē uero q̄ in alias ſpēs diuidit generalem. ut ſi dixero. qm̄ pollicitus ſum uobis me dicturum de huius uiri parentibus de patria. de uirtute primū cognoſceris. quis & quātus eius auus. quis pater. poſtremo pudica generatio eius extiterit. nā prima diuiſio generalis eſt. ſecūda uero ſpecialis. Quid nobis. qd in cōtrouerſia. i. q̄ diſcōueniat hoc mō. Cogite o iudices hūc mihi pecunias reddere. ñ. n. negat ſe mutuo eas a me accepiſſe. ſed dicit mihi inſtituiſſe. ego uero id ſedulo nego. cōuēit. n. qm̄ ambo fatent̄ pecunias eē datas mutuo. ſolutio. n. pecuniaꝝ diſcōuenit p quā exponimus. tangit ſecūdā ſpēm diuiſiōis. q̄ diuiſa ē ī alias duas ſpēs ī diſtributionē p q̄ oñdimus. de qbus rebꝫ dicturi ſumus. & ī expoſitionē q̄ ē cū abſolute exponius q̄ ſumus dicturi ut ſic qm̄ expectetis. ut hūc ſanctū

uirtũ uobis cõmẽdẽ: primo de pr̃ia: de parẽtibus & demũ uirtutes eius cõmẽdẽ. Cõfirmatio: hæc
ẽ corroboratio earũ rerũ q̃ ſunt diuiſæ: ut ſic qm̃ de parẽtibus: de pr̃ia: de moribus huius dicturus
ſum: primo ab auo icipiemus: q̃ qdẽ oium pſtantiſſimus fuit: nec ĩ litteris ſolũ: ſed & ĩ re militari
pat̃ uero iuſtiſſimus: & rerũ humanarũ peritiſſimus: mater uero pudiciſſima fuit. Argumẽtoꝝ. i.
earũ rerũ q̃ ſunt facturæ fidẽ auditori. Aſſeueratiõe. i. cũ quadã ſeueritate uerboꝝ. Cõfutatio ab
aliqbus refutatio dicit̃. Diſſolutio: Ci. p Archia dicis: o Grachæ: ꝙ Archias nõ ẽ ciuis: adeſt Lu

Cõfirmatio ẽ noſtroꝝ argumẽtoꝝ expoſitio cũ
aſſeueratiõe. Cõfutatio eſt cõtrarioꝝ locoꝝ diſſo
lutio. Cõcluſio eſt artificioſus terminus oꝛonis.
Nũc qm̃ una cũ oratoriſ officijſ: quo reſ cognitu
facilior eẽt. pducti ſumus: ut de oꝛonis partibus
loq̃remur: & eas iuẽtiõis rõem accõmodarem9
de exordio primo dicẽdũ uĩ. cã poſita: qũo cõmo
dius exordiri poſſimus: genuſ cãæ cõſiderãdũ ẽ.

poſſimus & nõ poſſum9

cullus hõ iuſtiſſimus q̃ dicit ſe affuiſſe
cum heracliẽſis ciuis crearet̃: & hoc ſi
reddidiſſes mihi pecũias nõ rñdiſſes
te reddidiſſe: cũ Antonius te de ea re
iterrogaſſet. Multi tñ uolũt cõfutatio
nẽ ſub cõfirmatiõe cõtineri: & ita cõ-
nexã: ut ſepari nõ poſſit: & uolũt eſſe
qnq̃ tm̃ ptes oꝛonis: ſed eos ueheme
ter errare Quinti. oſtẽdit: pp uarios
earũ effectus. Nã aliud ẽ ſua cõfirma
re: & aliud aduerſarios cõfutare: ꝙ p
ſimilitudinẽ caſtroꝝ cõprobat̃. quid
eni pdeſſet ad uictoriã: ſi ĩ uallo mu
nitiſſimo cõtineri: niſi caſtra hoſtium
diſſolueris has qnq̃ ptes Hieronymus in hoc dicto demonſtrauit in libro de uiris illu. Lactantius
omnĩũ ſuoꝝ tẽporũ uir eruditiſſimus Criſpũ Cõſtãtini filiũ latinis litteris erudiuit: qui utinã tã no
ſtra cõfirmaſſet: q̃ facile aliena deſtruxit: in his aũt duabus tota uis pſuadẽdi cõſiſtit: ut ipſe Ci. poſt
dicturus eſt tota ſpes uiucẽdi rõne pſuadendi in cõfirmatione: & cõfutatione poſita ẽ. Concluſionẽ
pite artificioſum dixit: ut oſtẽdat nõ eſſe cõcluſionẽ: ſi qs diceret de his ſatis plura non dicã ſatis ad
cauſam: fit aũt p enumerationẽ: cõmiſerationẽ: & idignationẽ ſimul: aut ſaltẽ p unum horũ triũ.
ad has. ſ. partes oꝛonis multi adiiciũt egreſſiuã: quæ dicit̃ narratio itercurrẽs: quæ ſecũdũ Quiti.
dicit̃ alicuius rei extra cãm: ad cauſam tñ ptinens tractatio: ut ſi dicat̃: dicit iſte: ꝙ Antonius mihi
pecunias nõ reddidit: & ut iidẽ habẽtis nemo in hac urbe unq̃ iuſtior fuit: nemo magis ſeuerus: ne
mo magis cõtinẽs inuenit̃: ſed his occurrit Quin. hoc mõ: ꝙ oia quæ icidũt in oꝛone principales
oꝛonis ptes nõ eẽ ſicut nec fimbriæ ptes ueſtis nõ ſunt: licet ad ornamẽtũ poſiti ſunt. Præterea ſciẽ
dũ has oẽs ptes in oꝛone ſemp nõ eſſe neceſſarias. nã in demõſtratiuo: & deliberatiuo genere nõ ẽ
ſemp neceſſaria narratio pp diſcõuenietiã tẽporũ. Aliæ ſunt ita ſimplices oꝛones: ꝙ nõ eẽt neceſſa
ria diuiſio. ut ſi dicamus: dicit iſte: ꝙ nõ uerberauit ſeruũ ſuũ: ſed aſpicite plagas o iudices: qbus to
tus affectus ẽ. Cõfutatio uero & cõfirmatio ſemp neceſſariæ ſunt ĩ q̃ reata ſolet euenire oꝛoni: ſicut
de domibus: quarũ quæ pauperũ ſunt: paucioꝛũ indigeat rerũ: q̃ diuitũ ædes magnificæ. ſatis. n.
pauper habet: ſed magnificẽtiã hr̃e cõuenit: & lectos: & uaſa argẽtea. Hæc aũt particula licet ĩ mul
tis cũ exordio ſignificat: cõueniat: tñ in hoc differt ab illo: qa ĩ hac licet totos effundere effectus: ut
ait Quinti. In illo aũt breuiter aperimus q̃ in oꝛone tractãda ſunt. Tria ſunt officia quæ ſeruare de
bet orator in oĩ oꝛone cõficienda: mouere: uel flectere: uel ad irã: uel ad miſericordiã: uel ad amo
rẽ: uel idignationẽ: & ad cæteros aĩ motus: hoc eſt ppriũ exordii & cõcluſionis: q̃q̃ in oĩ parte oꝛo
nis ſemp auditoꝝ aĩos mouemus: & attẽtos nobis cõſeruamus ad audiendũ debet docere: & hoc
faciũt cæteræ partes: ut narratio: cõfirmatio: cõfutatio. Debet pterea delectare auditorẽ p elegãtiã
ſnĩarũ: p ornatũ uocabuloꝛũ: p ſuauitatẽ dicẽdi: p colores rhetoricos: & hoc p totũ corpus oꝛonis
efficit̃: ſed hæc tria: ut Auguſti. ait: in libro de doctrina chriſtiana: ꝙ a libro de claris oratoribus
uidet̃ traxiſſe diuerſum hñt effectũ. Docere. n. uel pbare hñt neceſſitatẽ: qa cũ orator uelit pſua-
dere: ut narret & pbet p argumẽta quæ: uel ad pſuadendũ ſunt accõmodata: flectere: uel mouere
hẽt in ſe uictoriã: q̃ auditis oꝛonibus: & cũ ſubinducit̃ cõmotio aĩoꝝ p cõcluſionẽ facillime uicto
ria conſeq̃t: unde ait cũ aſſenſione auditoꝝ. Delectare uero affert auditoribus ſuauitatẽ. Nunc qui
amore ſuo facit trãſgreſſionẽ: colorẽ: p quẽ oñdit qd dictũ ſit: & breui qd ſequat̃. Oratoris officiis
bene officia appellauit ea: ſine qbus orator eſſe nõ põt: ea ſupius eſſentialia ẽẽ diximus ab efficiẽdo
aũt dicta ſunt: ea oĩo efficere debet: quo facillime cognitis. n. officiis oratoriis: & ptibus eorũ qbus
cõſtat oꝛo: facilius earũ tractatio cognoſcet̃. Ad iuentiõis: iuentio. n. p oẽs ptes ẽ diſtributa tãq̃ cor
poris ſanguis p oẽs ptes: tũc igit̃ ptes oꝛonis ad iuentionẽ accõmodãt̃: cũ oĩa iuẽta p ſingulas ptes
diſponunt̃. Cauſa poſita: ppoſita nobis cã ad orãdũ: q̃ dicit̃ res habens cõtrouerſiã in ſe cũ certarũ
pſonarũ iterpoſitione. Quo facilius boni medici uſus eſt officio: in hac declarãda. Solent. n. cum
ægrotãti medicinã daturi ſunt: prius rõem cõplexionis hr̃e: ut cognita ægrotãtis natura facilius de
qualitate medicinæ declarare poſſint: & eã ægrotãtis naturæ accõmodare. eodem mõ Ci. tracta-
turus de ptibus oꝛonis. primo exordiis pponit quãdã cautelã: p quã ualeamus rõem exordioꝝ ad
diuerſitatẽ materiæ & ad genus cãæ accõmodare: Genus cãæ. hoc eſt q̃le genus ſit cognoſcẽdũ: &
duplicit̃ ẽ cõſiderãdũ. ſ. ꝙ & q̃le cũ dicimus q̃le genus itelligimus q̃ttuor genera cãꝝ ſignificamus
intelligit de tribus generibus cauſarũ: q̃ uniuerſalia generalia: eſſentialia ſunt appellata: cũ aũt q̃le
genus. q̃ttuor genera cauſarum ſignificamus: quæ genera ſpecialia: accidentalia & q̃litatiua dicũt̃

& ſunt honeſtū: turpe: dubiū: & humile ſecūdum quorū diuerſitatē exordiorū quoq; rō diuerſa ab oratore habēda ē. Quidā tñ addūt obſcurū: ſed īſulſiſſime qdē. nā ut ait Quinti. obſcurū ſub dubio cōtinet. Genus cauſæ qualis ſit cā: uel honeſta: uel inhoneſta: turpis: uel dubia: uel humilis. Genus. n. cauſæ ꝓ quale accipit: nec unq̄ dicimus quale genus quattuor hæc genera quæ ſpecialia dicunt cōtinētur ſub ſingulo genere eſſentiali. ita ꝙ una cā poterit in genere demōſtratiuo & honeſto: uel turpi: uel dubio: uel humili: excpli gratia de honeſto & demōſtratiuo ſimul: ut ſi qs laudet

## De quattuor generibus cauſarum.

g Enera cauſarū ſūt q̄ttuor: honeſtū: turpe: dubiū & humile. Hōeſtū gen⁹ cāæ putat cū aut id defēdimus qd ab oibus defēdēdū uidet aut id oppugnam⁹: qd ab oib⁹ oppugnari uidet debere: ut ꝓ uiro forti cōtra parricidā. Turpe genus cāæ itelligit: cū aut honeſta res oppugnatur aut defēdit turpis. Dubiū gen⁹ ē: cū hēt ī ſe cām hōeſtatis & turpitudinis partē. Humile gen⁹ ē cū cōtēpta res ātefert. Cū hæc ita ſint cōueniet exordioꝝ rōnē ad oē gen⁹ cāæ accōmodari. Exordioꝝ duo ſūt genera. Pricipiū qd grece appellat ꝓmiū & īſinuatio: q̄ epodos noiat. Pricipiū eſt cū ſtati auditoris aīum nobis idoneū reddim⁹ ad audiēdū

Ciceronē: ꝙ patriā ab īpetu Catilinæ defenderit: ī turpi & demōſtratiuo: ſi uituperet ſenectutē: aut laudet uitia: & ſic de ſingulis. Poterūt ēt eadē oīa ſub deliberatiuo eē: ut ſi deliberet de deliberādo Marcello uiro grauiſſimo in exilio cōſtituto qm̄ Pōpeianus extiterit. in iudiciali & honeſto ut ſi accuſat Catelina q filiū occidit ut Aureliā Oreſti filiā uxorē hēret: quæ nolebat priuignū educare: & defēdere Ci. qm̄ Catelinæ ſocios & cōiuratores morte dānauerit: uel eodē mō de reliqs cōſiderādū eſt. Honeſtū unūquodq; horum quattuor generū ſpecialiū tribus modis cōſiderandū eſt: a re ipa: a perſona auditoris: & a pſona dicētis. Honeſtū. n. ē genus a perſona dicentis: ſi quiſpiam religioſus paupertatē cōmēdauerit: & luxuriā uituperauerit. A re ipſa honeſtū: ſi quis uirtute pditum & litteratū uirū laudet & inter ſapiētem & ignarū uituperet. A perſona aūt auditoris honeſta erit materia: ſi quid quod auditori placuerit pferimus: ut ſi qs laudet apud Actheontē uenationē: & audaciā apud Achilē: poterit tñ honeſtū eſſe turpe reſpectu auditoris: ut laudare libertatē apud Dionyſiū: & apud Catelinā uituperare cōiuratores. Turpe quoq; genus ē a pſona dicētis: ut ſi religioſus homo uituperat religionē: & cōprobat uitia. A re ipſa ē turpe genus cauſæ. cū defēdit res turpis a quocūq;: aut oppugnat hōeſta. A pſona auditoris: cū uituperat tyrānus: & laudat libertas apud tyrānū. Turpis. n. res ē a pſona auditori q ſibi diſplicet. Eſt etiā turpe a re ipſa de q̄ Ariſtophanes accuſauerit Socratē. Dubiū eſt: qd ex una parte honeſtū ē: & ex altera turpe: ut eſt cū Agamēnon exercitū in aulide duxit uētū aduerſum habebat cōſulunt dii. Reſpōdēt ſi filiā ſacrificet Iphigeniā ſe poſſe ꝓpitios uētos habere ꝑ utilitate cōi filiā ad ſacrificiū duxit. ꝑ q̄ re fuerunt Clytēneſtrā motā fuiſſe ad agitationē mortis: qua poſtea uirū affecit. Item expulſio Tarquino & filius. Filii Bruti regio more uiuere ſoliti curabāt regē ī urbē quod cū intellexiſſet Brutus ſecuri filios percuti iuſſit. Hæc igit duo honeſta ſūt: cū ꝑ rep. res caras perdere uoluerit: ſed turpe cōſiderat ꝓprios filios trucidare. Vilis res dupliciter cōſiderat. a perſona audiente: & a re ipſa. A re ipſa ſi quiſpiā accuſare alium de ſuffurata gallina. A perſona auditoris: ſi uilem rem deferret ad principem: poteſt tamē eſſe honeſta ab audiēte: ut ſi prætor audita cauſa de re uili cam tractaret benigne: qm̄ officium eſt prætoris etiā de re uiliſſima iudicare petentibus. Cū hæc ita ſint: iam declarata ſunt duo: quæ ī oratorē plurimū adiuuāt ad inſtrumētū cōficiendū. ſ. genera cauſarū generaliſſima: & cuius cōplexionis exiſtant. ſequit nunc ut applicemus has diſtractiōes materiæ ad exordioꝝ rationē: & regulas ad exercitationē accōmodemus. Ita ſint hoc ē cū materiæ poſſint eē diuerſæ cōplexionis: qa alia ē honeſta. alia turpis. alia humilis. alia dubia. Rationē exordiorū regulas. quæ tres ſunt. ſ. attētio. docilitas. & beniuolentia. Accōmodari adaptari æqualiter cōcinari. tanq̄ medicus ſolet medicinā ad cōplexionē ægrotātis. Ad cāæ genus. i. ad qualitatē. ac ſi diceret ad cōplexionē materiæ. Principiū hoc appellāt exordiū appertū qd græci ꝓemiū dicūt melius q̄ latini. ut ait Quinti. in libro exordiorū. nā principiū magis generale eſt ad oīa ptinēs. dictū a præ & captio. quaſi prima captio. Proemiū a pro. & q ſignificat uiā eo ꝙ ſit præābulū quoddā ad cæteras orōnis partes exponēdas. uł a p. & himis. himi quod latine ſignificat ꝑludiū. hoc ē q̄dā ficta cytarizatio. & tractatio cordarū ante uerā & ſeriā molodiā cātilenæ ex qua itelligit q̄lis cātilena ſit futura. Inſinuatio dicta ē. quod p ſinū quēdā & uiā obliquā ad exordiū ueniamus a græcis epodos noiat. ut apud Vergi. de Turno. Duani miſerere ſenectæ & illud Recordare dñe patrū noſtroꝝ Abraā. & Iſac. Hæc āt uocabula a Ci. iuēta ſūt. nā añ ipm quō latine diceremus nō hēbamus uñ adhuc uocabulū rhetoricæ iuētū nō ē nomē niſi p periphraſim. nec mirū ſi addidit uocabula græca. qm̄ ſuo tpe ſolis græcis uocabulis utebāt. Principiū ē. hæc ē diffinitio exordii aperti. cuius finis eſt diſponere animos ad audiēdum dicendo. Statim ſignificat exordium breuitate gaudere. & ambagibus eſſe uacuum. ne in caput oratio creuiſſe uideatur

inſinuatio

Id itaq; ſumit̃: tribus effectribus auditoris animũ diſponimus ad audiendũ attẽtiõe: docilitate: & beniuolẽtia: quæ ad exordiũ pfectũ ſunt accõmodate. Docilitas eñi a natura nobis ẽ data: & oĩbꝫ ingenita: cũ oẽs cupiãt doceri ea: q̃ ab ipſis ignorant̃: ut apud philoſophũ oẽs hoĩes a natura ſcire deſiderãt. Verũ qa hic appetitus diſcẽdi põt eẽ breuis & fragidus. Attẽtio neceſſaria uĩ q̃ facit ea: quæ cupit cũ diligẽtia: & effectu quodã attẽdeř: dicta ẽ ãt ab attẽdẽdo aĩo: & ualde ĩtẽdo. Nã ſicut dicimus aures arrectas ad audiẽtiã: ita & aĩum attentũ uocamus cũ oĩ ſtudio relicto oĩbus rebus ei rei: quã cupit doceri diligẽter ĩcũbit.

Id ita ſumit̃: ut attẽtos beniuolos: dociles audito res hr̃e poſſimus. Si genus cauſæ dubiũ hẽmus a beniuolẽtia pricipiũ cõſtituemus: ne qd turpi/ tudinis ps illa nobis obeſſe poſſit. Si humile erit genus. Si turpe erit genꝰ cauſæ: iſinuatiõe utẽdũ ẽ de q̃ poſteriꝰ dicemus: niſi qd nati etimꝰ. Qua re aduerſarios criminãdo bẽiuolẽtiã capere poſſu mus. Si honeſtũ cauſæ genꝰ erit: licebit rectæ uti uel nõ uti pricipio. Si uti pricipio uolemꝰ: aut id oportebit oñdere: q̃re cã ſit honeſta: aut breuiter.

Prætera qm̃ auditori diſpliceř poteſt orator: ſi ĩcõpte & inſulſe narrat: quã q̃ cuperet & eſſet attẽtus: iõ beniuolẽ tia neceſſaria ſeq̃tur illas priores ſine his tribus: effectibus: rõ ẽ nullius mo mẽti: & uelut quoddã cadauer exiſti/ mãt: ut ait Quitilia. poterit unde bo nũ exordiũ cõſtare: & unoquoq; ipſo rum. Si genus dubiũ habemus appli ca. nũc exordiorꝫ rõem ad generalia qualitatiua. A beniuolẽtia. i. a pna quadã & ĩclinata libẽtia audiẽdi: ſed cũ pluribus modis captet̃ beniuolẽtia ad hoc genus dubiũ uidet̃ aptius accõ modari. Si exponemus q̃les fuerimuſ in remp. uel in eos ipſos qui audiũt quale eſt hoc exemplũ Catilina intentus cõiurationi beniuolen tiã iuuenũ cõparabat eoſq; largitionibus corrũpebat: is cum ꝓpter diligentiã Ciceronis ex urbe di/ ſceſſiſſet: & ad caſtra ſuorũ ꝓficiſceret̃ filius quidã fuluius oĩbus bonis artibus deditiſſimus ſed tñ hoc ſolo uitio correptus: ꝙ Catelinæ amicitia delectabat̃ illũ deſcendentẽ ꝓſecutus eſt pater: eum ab itinere retraxit: eũq; uita priuauit. q ĩ iudiciũ uocatus hoc exordio ad purgationẽ criminis uti po tuiſſet: ſi uobis unq̃ dubiũ fuiſſet o iudices: quãtus amor: quãta caritas habeat̃ in patria teſtimonio Fuluii declarat̃: qui ut cõſeruaret patriã & libertatẽ romanã ꝓprio filio nõ pepercit: & eũ ita occidit ut eũ patriæ nõ Catelinæ genuiſſe uideat̃. Accuſat̃ Thymoleon: cuius Corinthius: q fratrẽ occide rat q principatũ urbis appetebat. poterit orator hoc mõ expediri. Credo iudices uos nõ latere q̃ta fuerit Thymoleõtis beniuolẽtia in patriã: q & amicitias & affinitates ꝓpriũ fratrẽ nullius æſtima uit. ut cõem oĩbus libertatẽ ab tyrãnorꝫ ĩpetũ uendicaret. Si humile genus. i. cũ res cõtẽpta añfert̃ incitabimus auditorẽ ad audiẽdũ: aut p res nouas: aut q̃ ad rẽp. ꝑtineãt: hoc mõ accuſabitur adole ſcens apud principẽ: ꝙ flores de cãcello furatus ſit. poterit accuſator hoc exordio uti. Noli hãc rem contẽnere magnifice princeps: licet parua & humilis uideat̃. nã ex parua ſcintilla ignis ſolet ꝑ ma/ xima incendia ꝓcreari: & paruis uitiis ſolet ad maiora peruenire: ex quibus ciuitas oĩbus corrũpit̃ ut Verg. de apibus. Admirãda tibi leuiũ ſpectacula rerꝫ. Magnanimoſq; duces: totiuſq; agmĩa gẽ tis more: & populos & ꝓpria dicã. Si turpe cauſæ genus. i. ſi materia ſit talis: ꝙ diſpliceat audito ri oppugnãdo honeſta: uel defendendo turpia. Niſi qd nacti: hoc eſt niſi inuenerimus: facit ãt ex ceptionẽ: in qua hoc docet ſi materia talis fuerit: quod diſpliceat auditoribꝫ tñ: ſi ĩuenit et cõmodi tatẽ & occaſionẽ dicẽdi aliqua turpia de aduerſario: p quæ poſſit facere aĩos auditorꝫ ſibi beniuo/ los: tũc aperto exordio uti poterimus: qď Scipiõi aſiatico cõtingere potuiſſet. Erat Scipio magnæ integritatis uir & maxime expectatiõis apud romanos: is cõtra Anthiochũ fuit cũ exercitu miſſus qui cũ poſt bellũ cũ uictoria reuerſus eſſet: unde aſiaticus eſt dictus in iudiciũ a quodã Petilio uoca tus fuit: & apud iudices accuſatus: ꝙ pecuniã publicã ĩutiliter cõſumpſit. Diſplicet res ſenatoribus pecuniã publicã fruſtra dilapidari. poterit igit̃ Scipio in hoc genere licet turpis materia ſit hoc prĩ/ cipio uti. Moleſtũ eſt mihi iudices meã uitã in dubio eſſe poſitã quã ſemp ſtudui ducere innocentẽ ſed certe longe mihi moleſtũ fuit: quod is me accuſauerit: qui eſt in oĩ genere uitiorũ cõtaminatus & omnibus artibus malis deditiſſimus. Si honeſtũ. i. ſi uia placebit auditori. Licebit cõceſſum ẽ. Quare cauſa ſit honeſta: hoc fecit ꝑ Archia poeta: qui cũ litteris græcis inſtruxerat: & quibus tm̃ facultatis oratoriæ conſecutus fuerat: ut oĩ genere orare maxime poſſet. Accuſatus ergo Archias præceptor ſuus a Graccho qui ciuis non ſit: ut cõſequeret̃ ipſius Archie hæreditatẽ a Ci. defenſus eſt: & huiuſmodi exordio uſus eſt. ſi apud maiores noſtros eſt cõſeruatũ o iudices: ut præceptores pro parentibus haberent̃: debeo quãtũ eſt ſcitũ in me huic præſtantiſſimo uiro: & integerrimo: & opem: & ſalutem afferre: & eo magis: qm̃ illius doctrina & optimis ꝓceptis ita inſtitutus ſum: ut nõnullos aliquãdo defenderim. nã ſi cæteros adiuuamus: a q̃bus nihil utilitatis ad hãc rẽ adipiſcẽ dã cõſecuti ſumus: quãto magis ei attribuere debemus: a quo id accepimus: p qď ẽt ignotis ꝓdeſſe poſſumus. Aut breuit̃: q̃bus de rebus hoc mõ: cũ ergo ĩ iudiciũ ſit uocatus Archias a Graccho ꝙ nõ ſit ciuis: ego oñdã eũ eẽ ciuẽ. & id qdẽ p teſtes locupletiſſimos: & fide digniſſimos: & arma ui rũq; cano. Breuit̃ aut dicit hoc faciẽdũ. ſ. docẽdo ſolũ neceſſaria: neq; cõfirmatiõe futura ſũt ĩ exor dio ꝓoccupemus: has duas orõnes: in exordio huius artis Cice. cõplexus ẽ: Aſſignauit. n. cãm eſſe

honeſtã dicẽdo. ne aut tua cã nos noluiſſe. aut fugiſſe laborẽ putares: & ẽt illud qd' te nõ ſine cã hãc
artẽ ĩtelligere cognoſcebamus. Præterea dicit de qbꝫ rebꝫ ſit dicturus cũ aut tua nos uolũtas cõmo
uit. ut de rõne dicẽdi cõſcriberemus. A lege pricipiũ hoc mõ morit̃ Paulus æmilius ab ĩteſtato fi
lius eius Paulus & frat̃ Pauli petũt hæreditatẽ a lege. poterimus ſic exordiri. Et diuinæ & hũanæ
leges petũt o iudices. ut filius moriẽte p̃re hæreditatẽ hẽat: qm̃ filius ex ſanguĩe p̃ris creatus ẽ. & ne
mo ſibi magis ꝓpĩquus. nec dẽt oriri dubitatio. ꝙ dicat. Si uitãus prĩcipiũ. pricipiũ ab lege fieri de

qb⁹ de reb⁹ ſumus dicturi expõere: ſi prĩcipio uti
noleũs a lege: uel a ſcriptura: aut ab alio firmiſſi
mo nr̃e cauſæ adiumẽto prĩcipiũ caper̃ oportebit
qm̃ igit̃ docilẽ. beniuolũ: & attẽtũ hr̃e auditorẽ
uolumus: qũo quodq; eoꝝ cõfici poſſit apiemus
Dociles auditores hr̃e poterimus. ſi ſumã cauſæ
breuiter expõem⁹: & ſi attẽtos eos faciem⁹. Nã
docilis ẽ ille q attẽte uult audire. Attẽtos habebi
m⁹ ſi pollicebimur nos de reb⁹ magnis: nouis: in
uſitatis uerba facturos: aut de his reb⁹ q̃ ad rẽp.
ꝑtineãt aut ad eos ipſos q audiẽt: aut ad deoꝝ im
mortaliũ rligionẽ: aut ad pietatẽ nos eẽ dicturos

beat. Nã primũ ill' ponit̃ ꝑ exordio
apto. hoc ãt ultimũ ꝑ oĩ initio poſitũ
ẽ. Aut a ſcriptura. differt. n. lex a ſcri
ptura. nã lex ẽ ſanctio populi. q̃ iubet
honeſta. & ꝓhibet ĩ honeſta. ſed ẽ ſpe
cialis. Scriptura uero generalis ẽ & al
legatio alicuiꝫ ſcripti ut ẽ aliq̃ general̃
ſn̄ia hoc mõ. Q uid eſt ꝙ Pauli filius
hæreditatẽ p̃ris nõ aſſequat̃. oĩa certe
uĩcit amor. & nos cedamus amori. ñ
igit̃ eſt credẽdũ patrẽ potius filio. ꝑꝑ
amorẽ. q̃ fratri hæreditatẽ reliquere
noluiſſe. itẽ illud mihi uidet̃ ĩ primis
ſeruari. qd' apud Cice. legimus. Ho
nos alit artes & oẽs ĩtendũt ad ſtudia
glĩæ. Cũ igit̃ hic ciuis ꝑ p̃ria egregie
pugnauerit: merito mihi ꝑmiãdus ui
det̃: hoc quoq; Ci. in catone maiore
uſus eſt uerſibus Eninii poetæ quos
ſ̃pſit in initiũ ab aliquo argumẽto hoc mõ. Q uid o iudices: ꝙ magis ciuitas cõſeruet: q̃ iuſtitia &
æq̃tas iuris q̃ cũ iubeat: ut mortuo p̃re filio potius q̃ fratri hæreditas debeat̃: debetis huic cõcedere
æq̃tatẽ q̃ q̃dẽ uinculũ eſt ciuitatis: & ꝑſertim cũ ubi æq̃tas nõ ſeruat̃: nõ eſt habitãdũ. Q uoniã igit̃
trãſitio in aliã trãſit materiã. Docilẽ beni. & at. mutatus eſt ordo librarioꝝ diligẽtia. nã eo ordĩe
Ci. cõpoſuit. quo ẽ tractaturus: q̃nimo naturale ẽ: ut p̃io uelimus doceri: poſtea cũ oĩ diligẽtia &
attẽtiõe audiamꝫ. Inde his q oraturus ẽ nobis fiat beniuolus adeo: & ab eo libẽtius: q̃ a cæteris au
diamus. Docile ut cupiãt doceri. Si ſũmã cãæ breuit̃: hoc eſt ſine ulla copia dicẽdi reducamus in
quãdã ſũmã neceſſariis uocabulis ea q̃ in cõfirmatiõe: & cõfutatiõe: diffuſione tractãda ſũt Mytri
dates aſpͥrimis bellis romanos agros urgebat. uenit Manilius in ſenatũ ut ꝓpõat ei aliq̃ de rebus ge
rendis. Poterit hic exordio uti: boni ciuis officiũ eſt. P. C. ut ea q̃ gerẽda ſunt uobis ꝓponat cũ igit̃
d̃ bello Mytridatico nobis dicẽdũ ſit: ſeq̃t̃ ut de imparore diligẽdo expõamus: q mihi Põpeius eẽ
uidet̃. Tria. n. hic ſũmari collecta ſunt: q̃ itrorſum exordiũ efficerẽt: ſi nimis diffuſis uerbis expo
nent̃: ut ſi hoc mõ diceret̃: cũ de bello mytridatico dicẽdũ ſit: qd' q̃dem maximũ eſt: ex oĩ genere
hoĩum: & fortiſſimis militibus copioſiſſimũ: nã hæc oĩa ĩ cõfirmatiõe dici debẽt: q artẽ te uult au
dire: q̃a q attẽtus ẽ: neceſſe ẽ ut prius ſit docilis. Attẽtos habebimus. i. uehemẽter dociles: & ĩcli
natos toto aĩo ad audiẽdũ. Attẽtio. n. ad animũ arrectũ ꝑtinet: arrectio uero ad aures: uñ a græciſ
dr̃ Si pollicebimur: perite uſus eſt uerbo futuro: ut oñdat in exordio ponẽda eẽ mera uoca
bula q̃ ſit guſtus tanq̃ guſtus q̃dã eoꝝ: q̃ in aliis ꝑtibus copioſiſſime enumerant̃. De rebus magnis
nõ uſitatis. magnæ dicũtur res q̃ cõem formã excedũt in ſuo genere. ut hæc mõ hodie de matri
monio nobis tractãdũ eſt: ſed q̃ ab aliis omiſſa ſunt: ꝑꝑ eius rei ꝓfunditatẽ dabo operã: ut q̃ ad il
lius intelligentiã ꝑtineãt ea uobis exprimãtur. Nouũ eſt quod nunq̃ fuit ut credo hodie aliqua au
dietis: quæ nunq̃ ad ueſtras aures ꝑuenerũt. Inuſitatũ ẽ quod licet ſit factum: tamẽ fit raro: ut hoc
eſt. Q uanq̃ ſciã uos nõ ignorare quæ ad bonum imparorẽ ꝑtineãt tamen q̃a raro narrari ſolent:
oſtendã quid ad eam rem neceſſarium mihi eſſe uideatur: ſic & Vergi. fecit in geor. Admiranda
canã leuium ſpectacula ſenium. Et notãdum eſt ut hæc uocabula artis euitent̃. nõ enim dicendũ ẽ.
Dicam uobis noua: aut inuſitata: aut magna. qm̃ artificioſa uerba reddũt oratorẽ ſuſpectũ audito
ribus ut non ad utilitatẽ cõmunẽ: & ad ipſam ueritatem: ſed potius ad oſtentationem artis omnia
dici uideantur. Itaq; ne putent arti confide e: non ipſis uocabulis artis utemur: ſed per alia uerba
ſententiam complectemur. Ad rempublicam pertineat: quoniam ſtatus noſter magno diſcrimi
ne uerſatur propter crebros impetus Mytridatis. hæc conſultatio erit. per quam longe a noſtris fi
nibus arceatis: & patriam cõmunem ab huiuſmodi periculis tutam poſſitis efficere. Aut ad eos
ipſos qui audiũt. multi ſunt patres. c. ex noſtris militibus: qui cõquirunt nullã prudentiam contra
Mytridatem a nobis factam. Quam quidem rem ſi neglexeritis magnam ignominiam ſenatui
romano afferet. Si autem contra. cum aliquis imperator diligeret̃ magnũ fructum. & magnũ
decus ex ea re popu. Roma. cõſequet̃. Aut ad deorũ religionẽ. Religio ẽ uerus cultus dei: cui cõ
tra eſt ſuſpitio hoc modo. Miramini quirites noſtrã rẽpu. retrolabi. & quot diebus in peiorẽ partẽ
corruere. negligẽtia eſt deoꝝ. q̃ ſi a romanis diligẽtius cõſeruaretur: omnia proſpera eſſent nobis

Et ſi rogabimus: ut attēte audiāt: tali numero exponemus res: de qbus dicturi ſumus. Beniuolos auditores facere quattuor modis poſſumus a noſtra: ab aduerſariorū: auditorū perſona: & a rebus ipſis a nr̄a pſōa beniuolētiā cōtrahemꝰ: ſi noſtrū officium ſine arrogātia laudabimus: aut in rēpu. quales fuerimus: aut in parentes: aut in amicos: aut in eos ipſos: q audiūt aliqd referemus: dūmō hæc oīa ad eā ipam rē: de qua agit ſint accōmoda ta. Itē ſi noſtra icōmoda ꝓferemus: inopiā: ſolitudinē: calamitatē. Et ſi rogabimꝰ: ut nobis ſint auxilio: & ſi ſimꝉ oñdemꝰ i aliis ſpē nos hr̄e noluiſſe

Curate igitur ut boni ſacerdotes eligant: optimi uiri ꝓ ſuis meritis ꝑmiētur: & mali dignis pœnis afficiāt. Et ſi rogabimus: ut ſupra diximus nō aperte dictū ē: uos rogo: ut q̄ dicturus ſum audiatiſ: ſed uerba ex arte uitabimus: ut Virgi. Mētes adhibere docebo. & ēt hoc. Si aures ueſtras mihi pauliſper ꝑſtabitis ad audiēdū dicā ea quæ uobis ſalutē afferāt. itē Ci. ꝓ archia: Quod ſi mihi a uobis cōcediq; ſentiā: multa pſiciā ꝓfecto: ut hūc. a. Liciniū nō mō nō ſegregādū: cū ſit ciuiſ a nūero, ciuiū. Verū ēt ſi nō eēt puteris aſciſcēdū fuiſſe. Et ſi nūero. ſ. pnoīa nūeralia: ut tria ſūt. q̄ mihi uidet ad nr̄am rēp. ꝑtinere: ut bōi mgr̄atus eligāt: iuſti ꝑmient & iniq pœnis afficiāt. Itē qm̄ de benignitate ueri ſaluatoris tractatū ē: oſtēdā eius gr̄as: p terrā: p mare: p aerē: & deniq; p oēs cœli ptes eſſe diffuſam. Item Virgi. Quid faciat lætas ſegetes: quo ſidere terrā. Vertere mœcenas: ulmiſq; ad iungere uites. Conueniat q̄ cura boū. quis cultus habēdo. Sit pecori & quāta apibus experiētia parcis. Beniuolos audi: hoc eſt p oēs pceptiones & regulas quibus beniuolētiā cōparamus ſeruare debemus: ut ſemp beniuolos faciamus auditores: nō eos de qbꝫ loqmur. A pſona noſtra dupliciter intelligimus aut a pſona ipſius oratoris: aut a pſōa laudati: uel accuſati: uꝉ deliberati ꝓ quo oramus: ut ſi dicamus: aut pſona Ciceronis: aut Pōpeii: ꝓ quo ipſe orat. Si ſine atro pōt eē duplex cōſideratio ut aut ſit regula generalis: q̄ poſtea diuidit in ptes ſequētes: & idē hoc ſit cōſequētibus: aut ps eſt: q̄ p ſe cōſiderat: ut ſine aliq iactantia uerborū noſtrū officiū laudamus. nā ut ipſe ait in Lelio odioſū ſane genus hominū officia exprobātiū. Mortuo Achile orta ē odioſa cōtentio e darmis ipſius: qm̄ a Vulcano facta eē dicebāt. Aiax. n. q patruelis erat Achiles iure ꝓpinqtatis ea depoſcebat: ſed qa nullā rerꝫ peritiā hēbat: temerarie ī hūc modū orauit. En quo ꝑuenimus nūq̄ putaui fore: ut Aiax cū Vlyxe cōparet. & enim in tāta uos beneficia cōtuli: ſi qd cōſilio meo: ꝙ minimū eſt uobis unq̄ ꝓfui: meritū tribuatis: & in primis honorē meū reſtituatis. Atq; in rēpu. Cæſari ex gallia cū uictoria reuertēti triūphus denegabat: & maxime a Catone uticēſi: ꝓ qua re ī ſenatū uenit: & huiuſmodi ꝯtionē ſenatoribus habuit: iā aduenit tēpuſ ut Cæſaris recordemini: q ī gallia ueſtro iperio ſubiūgāda multa incōnoda paſſus eſt: & q nullis piculis: nullis laboribꝫ: & demū uitæ ꝓpriæ nō pepcit: ut rēpu. ampliaret: & ſtatū omniū ueſtrū: dignitatēq; totius populi cōſeruaret. Aut in parētes: parētes appellamus nō ſolū a qbus geniti ſumus: ſed ēt auos & ꝓauos Aeneas cū magnis icōmodiſ uenit ī italiā Anchiſen genitorē ī ſicilia amiſit: multos ī italia habuit aduerſātes: q ne fauorē italorꝫ ſiꝉi cōpararet dignitati ſuæ derogabāt: & ipſum īperiū afferebāt: ꝙ oſſa pr̄is ſui inſepulta reliquerit: q dum ſtudet ei diuīos honores tribuere. & magnificis exequiis eū decorare. tot ī pēſas. tot labores paſſus ē ut merito pietatis nomē ꝯſecutus ſit & ab oībuſ piiſſimis uocitet. In amicos oraturus. Cice. primo Pōpeio impatore deligēdo in ſenatū acceſſit iſolitus: ſed qa eius audiētiā mirari nōnulli potuiſſēt ī hūc modū exorſus ē. Nolite mirari. p. c. ſi añ hac nūq̄ in ſenatū oraturus acceſſeri. Sciebā. n. rōnē ꝓptā & optime exercitatā ī hoc loco uerſari: nihilq; huc niſi pfectū igenio: & elaboratū iduſtria afferri oportere. Itaq; ī foro me prius exerceri uolui: & ita me exercui: ut nulli amicorꝫ unq̄ defuerim. In eos ipſos Flaccus accuſat: quē Ci. denfēdēs huiuſmodi exordiū habuit. Cōſidero ciues romani res p cōſeruāda repu. a Flacco geſtas nō poſſū nō admirari: ꝙ ſit accuſatus: ſed plurimo afficior gaudio uos eē teſtes: q̄ prōptus: q̄ diligēs: q curioſus in defendēdis uobis oībus dies: nocteſq; fiūt: cū ſceleratiſſimus Catelina urbē noſtrā: & omniū libertatē occupare uoluiſſet. Dū hæc oīa limitat has regulas: & dicit hoc eē cōſiderādū: ne cū uolumus oſtēdere auditoribus quales ſumus ī eos q audiūt: nō dicamus ea q̄ ad rēpu. couenirēt: & ita de reliqs ptibus. Si noſtra incōmoda ꝓferemus Roſcius Amerinus habuit patrē ditiſſimū: quē Clodiani milites occiderūt: ut ipſius diuitias cōpararēt filius patricidii accuſat. quē cū Ci. defendēs: hūc imodū exordiū facere potuit. Cū moleſtū ſit Roſcio: ꝙ uelut patricida uocatus ſit ī iudiciū multo certe moleſtus ē q p eo cām hāc ſuſcipere uoluerit: & q ex tātis diuitiis: ex tam felici ſtatu ad eā miſeriā ꝑuenerit. ut und ſibi uictū quæritur nullo modo hr̄e poſſit. Inopiā inopes dicunt: q nullū habēt auxiliū. Solitudinē: ut eē ab oībus deſtitutis. ut eſt apud Terē. Oēs me noti atq; amici deſeruerūt. Calamitatū & dicit duobꝫ aut p deriuationē. & tūc eſt cū p impetū nimborꝫ uſq; ad radicē culmi cōcidūt: aut p etimologiā: & tūc dicit calamitas. ut ſi qs de alto gradu dignitatis. & ex magnis fortunis ad paupertatē & uilē ſtatum ꝑueniſſet. Vt ſint auxilio. Roſcius ꝓfecto ſuā cōſolat mœſtitiā. cū intelligat uos ea ſeueritate eē. ut nō ꝑmittatis aduerſariorū calūniā aduerſus æquitatē ulla in re potētiā hr̄e. Itaq; a uobis magno

pere petit: ut eũ ab ĩpetu ĩimicoꝝ ſuoꝝ ſuetis ĩcolumẽ. In aliis ſpẽ: cũ multi oratores ſe offerrent ad Roſcii defenſionẽ ſeueriſſimi iudices nihilomius uos ĩpos elegit: qbꝫ ſuã uitã cõmitteret: etẽim ſi iuuenẽ cõplectemini nihil ẽ ꝙ aduerſariorũ calũniã reformidet. Ab aduerſariorũ ꝑſo aduerſari os uocamus illos q nobiſcũ ĩ lite uerſanť. Odiũ ẽ ĩclinata cupiditas nocẽdi: & ira ĩueterata. Inuidia q̃ eſt dolor aĩ ex alĩca fœlicitate ꝓueniẽs: alš ſignificat odiũ: uñ appellamus ĩuidioſos. Supbe: ſupbia ẽ elatio aĩ q̃ cupit pibꝫ & impibꝫ dñari. Spurce: dicũť q ĩmũde uiuũt & ſine puritate dicti per

Ab aduerſarioꝝ pſona beniuolentia captabiť: ſi eos ĩ odiũ: in iuidiã: in cõtẽptionem adducemus. In odiũ rapiemꝰ: ſi qd eoꝝ ſpurce: ſupbe: pfidioſe: crudeliter: cõfidẽter: malitioſe: flagitioſe fcm̃ ꝓferemꝰ. In ĩuidiã trahemus: ſi uim: potẽtiã: factionẽ: diuitias: incõtinentiã: nobilitatẽ: clientelas: hoſpitiũ: ſodalitatẽ: affinitates aduerſariorũ referemꝰ: & his adiumẽtis magis q̃ ueritati eos cõfidere apiemꝰ. In cõtẽptionem adducemꝰ: ſi ĩertiã: ignauiã: deſidiã: luxuriã aduerſariorũ proferemus. Ab auditorũ pſona beniuolentia colligetur: ſi res eorum fortiter: ſapienter: manſuete: magnifice iudicatas proferimus: & ſi quæ de his extimatio: & quæ iudicij expectatio ſit apiemus.

ethymologiã q̃ſi ſpuentes porci: ut ſi diceremus: ita ita cũ ſorore ſicut cum uxore miſceť. Perfidioſe dicimus q ꝓmiſſis nullã fidẽ ſuãt: & q ꝓditores ſunt fidei. Crudeles. q q̃ſi crudeles q cruorẽ hoĩum delenť. Cõfidẽtes uocãť q ſpẽ hñt ĩ uiciis. Fidẽtes q ſpẽ bonã hñt pp uirtutẽ & cõſciam bonam. Malitioſi ſũt qui p ĩſidias aliqđ faciũt & q in unũ ſimulãt & alid faciũt: ut ſi quis aliũ inuitet ad cœnã & eũ fallat. Flagitioſi ꝓprie dñr libidinoſi: & qui faciũt oĩa ut libidini inſuiãt: hæc oĩa exẽplo ſpurii uel malii qui p potentiã & diuitias prĩcipatũ ãbiebat. An laudemus an uitupemus ſeueritatẽ uřam iudices certe neſcimus. i. ꝙ huic ſceleratiſſimo hoĩ aures uřas adhibeatis q in oĩ flagitii gñe uſqꝫ ab ĩfãtia ſcp uolutatus qqꝫ nullã hẽt curã de legibꝫ mõ in eodẽ nřoꝝ ciuiũ cõtiue uerſari poſſit. Vĩ corpis: potẽtiã: ut hře fauorẽ & adiumẽta ciuiũ. Factio: ſignificat nũc ɔſẽſũ cõſpiratoꝝ multoꝝ ad malũ: qñqꝫ ſignificat nobilitatem & opulẽtiã: ut ẽ apđ plautũ. Incõtinentias: nũc eſt clatio in ciuitate p potẽtiã p quã ſeipm nõ cõtinet: non aũt p effrenationem cõtra libidinem ſignificat ſicut alibi inueniť: nã tũ odiũ ptinet. Nobilitatem: gñis claritatẽ. Affinitates: ꝓprie ſunt affines qui p uxorem coniũcti ſunt: ſed tã ꝓ agnatis q̃ pro cognatis poniť. Et his adiumentis peritiſſime dixit hoc Ci. i. nã aliter illæ res quas cõmemorauit ad laudem & gloriã q̃ inuidiã inducendã ptinerẽt. Cõfidere aũt datiuo melius q̃ ablatiuo cõiũgiť. Solent optimi ciues diuitias: nobilitates: uirtutes: omnes ad laudem & utilitatem ciuiũ oſtendere: hæc aũt ad uitupiũ ſuũ cõciuium: ad ĩcommoda totius populi & ad deſtructionẽ totius naturæ ciuitatis his omnibus rebus abutitur & ita abutiť: ut magis incõmodo nřo q̃ utilitate eas res habere uideať. Inertia: iners eſt qui nullã hẽt induſtriã ſine cõſilio & arte penitus ignorãs. Ignauii aũt licet artẽ ſciãt: tñ frigiditate animi non exercent. Deſes uero qui nihil penitus agit dictus a ſedendo. Luxuria eſt in omni re ſupflua abundantia: ut apud Vergi. Luxuria ſegetũ tenera depaſcit in herba. Nõ poſſum nõ admirari ſeueriſſimi iudices ꝙ unius uiri teſtimonio aures ueſtras adhibeatis qui cõtra me uenit: qui nullis artibus penitus incũbit in dies: noctesqꝫ in ſomno iertia conſumit: nũc aũt uigilans & diligens factus eſt: ut innocentes & bonos uiros poſſit opprimere. Beniuolentia colligiť. i. ſi diceremus nos hře iudicia reꝝ p fortitudinem. eſt. n. fortitudo rerũ magnarũ appetitio & humiliũ cõtemptio. Sapienter tangit prudentiã q̃ dř ſcientia cuiuſlibet rei & calamitas rerũ q põt hẽre deletũ bonorũ & malorũ. Sapia uero eſt hũanarũ rerum diuinarũqꝫ cognitio. Manſuete: tãgit temperantiã quæ eſt nulla paſſione animi moueri contra officium: neqꝫ ira: neqꝫ auaritia aliquid cõtra honeſtatem facere. Magnifice uideri: hoc eſt per iuſtitiam factas quæ magnificũ reddit habentẽ & per quã magnifice aliquid fieri exiſtimať. Nam ut Ci. in li. officiorũ inquit. cæterarum uirtutum finis & effectus eſt uarius. & humilis reſpectu iuſtitiæ: fortitudo eĩm facit terribilem: nam qui magna petit & contẽnit humilia uidetur terribilis. Prudentia facit ſuſpectum per calliditatem & peritiam. Manſuetudo frigidum efficit hoĩem qm̃ non uidetur nũq̃ negocium ad effectum ducere cum per temperantiam aliquid differt. Quicquid aũt p iuſtitiã fit: ſemp magnifice & recte factũ exiſtiment: qm̃ bonus nõ putatur ab omnibus qui iuſtitiam exercet & colit. tali igitur utemur exemplo Roſcii quem pauloãte accuſatum diximus a ſyllanis militibus ut ẽ ab hæreditate přis depelleret nulla ĩter tãtas moleſtias ſollicitudĩes roſcius efficiť iudices: cũ proprie intelligat uos eiuſmodi eẽ: ut nullas ſyllanorũ militum minas formidetis: nullas ꝓces audiatis: neqꝫ ullo argẽti auriue pondere moueamini: quin ipſum adoleſcentem ꝓ ſertum ĩnocentem ab ĩpetu crudeliũ hominũ defendatis. Exiſtimatio bono & optimo qdẽ ciuitas noſtra pendet iudicio: cũ ſciamus tali ingenio uos eſſe præditos: ut nullius timeatis iniurias: nullius inimicitias: nullũ deniqꝫ impetũ improborũ hominum: qui animũ ueſtrũ ab officio deterreat expectatio: cum hoc ita ſit iudices nulla incidit dubitatio inter noſtros ciues quin abſoluatis hunc præſtantem adollecentem: qui ab improbis accuſatur ſolum ut eum de paternis bonis eiiciant.

A rebus ipſis beniuolẽtia captabitur ab auditoribus p res quas de cauſa & materia ipa dicemus Ab aduerſariorum: p cõtemptũ duobus modis: hæc ultima rõ dicta ſit: ut abſolute: aut cõpatiue: ſi abſolute ſimpliciter ĩtelligẽdũ eſt: tũc hæ duæ regulæ p ſe diſtiguẽdæ ſunt. & in diuerſis materiis cõſiderãdæ: ut eſſet laudare ieiuniũ & uituperare rẽ militarẽ: altera ab altera ſepata: nam oĩs cauſa aut laudatᷣ aut uituperatur: neq; eſt ſemp neceſſe ut laudata noſtra cã rẽ aduerſariorũ deprimamus: qđ Cice. & fecit in pemio artis: nã arte dicẽdi tm̃modo laudauit: cum dixit: neq;. n. in ſe parũ fructus hẽt copia dicẽdi & commoditas orõnis & cætera: neq;. n. fuit opus ut alias res uituperaret. quod ſolet in genere deliberatiuo tãtũmodo fieri. nã ibi neceſſariũ eſt ut noſtrã cãm extollamus: & aduerſarioꝝ deprimamus ſiue comparatiue intelligamus: tunc coniuncte & per cõparationem faciẽdum eſt: ut laudata noſtra materia uituperemus aduerſarios quenadmodum qđ dictum eſt in deliberatiuo fieri genere oportere: & ita una ſola regula eſt coniuncta: & per contentionem legendum eſt: nam contendo ſignificat comparo: contentiones cõparationes uocantur. Vt ſæpe apud Plutarchum legimus: ut eſt in hoc exemplo. Quidam pater eſt qui conſulit familiarem ſuum utrum filium in litteris aut in re militari inſtruat: poterit familiaris illi in hunc modum reſpondere. Non poſſum non admirari ꝙ eo deueneris: ut magnopere dubites: utrum potius uel litteris: uel rei militaris filium tuum deduces: cum litteræ ſint quæ laudem: quæ rationem bene uiuendi hominibus afferant: & quæ immortalem queq; efficere poſſunt. Res autem militaris labores: incommoda: claſſes. & mortem hominibus deniq; parere ſolet.

hominem non rem / rem non hominem

A rebus ipſis beniuolum auditorem efficiemus: ſi noſtram cauſam laudãdo extollemus: & aduerſariorum per contentionẽ deprimemꝰ. Deinceps de inſinuatione aperiendum eſt.

De tribus temporibus.

t Ria ſunt tempora quæ diligenter ſũt cõſiderãda: in qbus pricipio uti nõ poſſumꝰ. Aut cũ turpẽ cãm habemꝰ: hoc ẽ. cũ ipa res animũ auditoris a nobis alienat: aut cũ aĩmꝰ auditoris pſuaſus uidetᷣ eſſe ab his q añ cõtra dixerũt: aut cũ defeſſus eſt eos audiendo q ante dixerunt. Si cã turpitudinem habebit: exordiri poterimus his rationibus: hoiem nõ rẽ: rẽ nõ hoiem

t Ria ſunt tempora: ſuperius in duas partes exordium diuiſit: ſcilicet in principium & inſinuationem: finitis igitur principii regulis: nũc diuino quodam ordine inſinuationem aggreditur: quæ ideo ſic appellata eſt: ſed per occultas uias & obliquos ſinus ducat oratione Principio uti nõ poſſumus: ſequitur ergo ut ĩſinuatio ex neceſſitate ſemper fiat: cum ad præcepta aperta utamur exordio. Diligenter: cum magna attentioue: quia ptinet ad ſcientiam oratoris modo permutari: nec abuti his regulis: unde attentiorem faceret auditorem: cum dicat e a quæ ad auditorem pertinent. Turpem cauſam: quia poteſt eſſe turpis materia a ſe & reſpectu auditoris: ut laudare continentiam apud libidinoſum: ideo perite ſubiecit: cum res ipſa animum auditoris alienat: hoc eſt cum materia non placet auditori ut oſtendat inſinuatione potiſſimum uti debere oratorem: cum talis materia ſit: ut eam auditor abhorreat: nam licet materia ſit turpis a ſe: ut eſt tyrãnidẽ laudare. tamen diſpliceret auditori: ut dionyſio nõ uidetur inſinuatione eſſe utendum. Perſuaſus: inductus ad credendum unde dixit ſupra cum aſſenſione auditorum: ut Cæſaris iunonicis & ſenatus. Turpitudinem: hoc eſt ſi talis erit materia ꝙ auditor eam non libenter audiat: etiam ſi eẽt honeſta p ſe. His rationibus. ac ſi diceret in cauſa turpi ab eo quod offendit ad id quod delectat confugiendum eſt. ſi perſona non placet auditori: rem ipſam quæ placet ſubiiciamus: & econuerſo. Rem pro homine: pyrrhus rex epyrotarum omnium ſuo tempore rei militaris peritiſſimus tharẽtinis in auxilium uocatus bis romanos exercitus profligauerat: habuit ſecum his temporibus in caſtris quendam medicum Nyciam ſiue Democarem litteratiſſimum uirum & philoſophum maximũ q forte aliquibus affectus ĩiuriis a Pyrrho: ſe ſe cõtulit ad romanos & eis mortẽ Pyrrhi pollicitus ẽ: ſi illi id gratũ ĩtelligerẽt. Romãi aũt uiribus uictoriã q̃rẽtes nõ dolis iũctũ illũ pyrrho remiſerũt: qua re ductus ẽ ad ſuppliciũ. Materia igitᷣ hæc turpis eſt reſpectu auditoris: uerum quia Pyrrhus doctiſſimus fuit & litterarũ amantiſſimus: res ipſa uidetᷣ hoẽſta. Itaq; orator poterit hoc uti exordio. Cũ nulla in pditores habẽda ſit miſericordia o pyrrhe magnifice nõ negabo Democarẽ oĩum ſupplicio eẽ digniſſimũ: uerũ cũ medicinæ peritiſſimus: philoſophus maximus ſit: omniq; bonarũ artium ſapiẽtia eruditus: curandum eſt a te o pyrrhe ne tanta ſcientia: tot bonæ artes multis ac maximis laboribus cõparatæ in breui hoc ſpacio depereant. Itaq; non homini. ſed eius doctrinæ ignoſcẽdũ uidetur. Hominem non rem: ſcilicet cum homo ipſe placet auditori: ſed res ipſa iniſa. Accuſatus eſt Scipio affricanus de pecunia male tractata: materia diſplicet auditoribus iterũ eſt honeſta perſona: quia ſcipionis nomen omnibus romanis gratiſſimũ ſemper fuit: tali igitur exordio utetᷣ. Vita Scipiõis huiuſmodi eẽ debet apud uos patres cõſcripti ut eius uiri apud uos

commemoratio ſit hītura: quia cū tātæ ſit auctoritatis ī noſtra repu. tātæ prudētiæ uiri. tot reipu. bñficia cōtulerit: dāda opa ē. ut plus poſſit ap͂d uos uera uirtus. & ipſius Scipiōis ꝓſtātia q̄ accuſatorū & iproborū obtrectatio. Itaq; hoī ipi hōeſtiſſimo potius q̄ obtrectatoribus fidem tribuatis. Nō tandū ē ciceronē hoc in loco aut defeciſſe: aut ignorātia & defectu librariorū ꝑtermiſſū fuiſſe: nā ipſe in arte ueteri & in multis aliis cōmemorat ad īſinuationē ꝑtinere ēt pōere rē pro re: & hoīem pro hoīe. Rē pro re: hoc mō piſiſtratus ciuis primarius athenaꝝ filiā hūit: cuius amore adoleſcēs

ſpectari oportere: nō placere nobis ipis q̄ facta dicāt ab aduerſarijs: & eē idigna aut nefaria. Deinde cū rē diu auxerim⁹ nihil ſimile a nobis fcm̄ eē oſtēdemus: aut aliquorū iudiciū de ſimili cauſa: aut de eadē: aut de miori: aut de maiori ꝓferem⁹ Deinde ad noſtrā cauſam pedetenti accedemus: & ſimilitudinē cōferemus. Itē ſi negabimus nos de aduerſarijs: aut de aliqua re eorū dicturos: & tamen occulte dicemus interiectiōe uerborum.

ꝗdam mirū īmodū tenebaē: is oblata occaſiōe loci & tpis puellā oſculatus ē accuſatus adoleſcens de pollutis cerimoniis poterit aliquis orator uti hoc exordio illū defendēdo. Si cōſiderare uolumus: nulla iiuria: nullus animus nulla cupiditas nocendi fecit ut hic adoleſcēs filiā tuā oſcularet: uerum amor ipſe iprobiſſimus & ꝓpenſiſſima in filiā tua beniuolentia adoleſcēte hūc ad hoc facinus iſtigauit. Ita ꝙ amori ipi nō iiuriæ hoc uitiū debetis aſcribere. Hoīem ꝓ hoīe. Turnus cū æneā ī marchia pugnās ſuccubuit turpe ſi ꝗdē erat hoſtē ab hoſte ueniā īpetrare: id ꝙ nō ſibi ſed patri ſuo iā ætate cōfecto expoſtulat: q audita filii morte illico iteribat: ac ꝙ ita inqt Dauni miſerere ſenectæ fuit & tibi talis genitor. Nō placere nobis: qđ apte ꝑ īſinuationē fieri nō pōt occulte ꝓuaē: nā cū apte dicamus rē ipam attētū facim⁹ auditorē. q prius turpē cām abhorrebat. qm̄ ſepat aliqđ magnū aut nouū eē dicturū. Roſcius reſtabat ꝑimēdus: ſyllāi milites eius diuitias cōparēt: quē cū iuſte ipi iterficere nō poſſēt ad iudiciū falſo ꝓuocarūt patricidii eū accuſātes: heu qđ nō mortalia pectora cogis: auri ſacra fames: & itē Salu. auaritia fidē ꝓbitatē cæteraſq; bōas artes ſubuertit: & illud ꝑs maxīa reꝝ certaꝝ feciſtis opē ꝓ certo cū aīo uoluo iudices bñficia pr̄is ī filiū nihil in reb⁹ hūanis ſceleſtius: nihil horribilius. nihil dēiq; deteſtabilius uī q̄ pr̄em occidere q nos ī lucē ꝑduxit: q aluit: q nutriuit. & q nos ī repu. collocauit. quo ꝗdē q̄to & flagitioſius eo mihi mīus credēdū uī: ꝙ cū nō ſit credibile. nec aures ur̄as adhibeē dētis: nā & ip̄e patrem pietate fouebat ut defēdere eū potius q̄ occidere uoluiſſet. Aut aliquorū iudiciū de ſiīi cā: hic locus dr̄ē cōpatiuus. oñdit. n. īſinuatiōes ꝑ cōpatiōes rerū fieri: q̄re uideē orator hoc ꝓuare dēre. ut ſuam cām expōat. & ꝑ cōpatiōnē aliā applicet: ꝑ qđ auditor q prius turpitudinē cāæ abhorrebat maxīe fit attētus: nā ipſe facit turpē mām oppugnari dēre ſuſpicaē oratorē alia ſpāli orōne cām ſuſcepiſſe. Itaq; aut nouū ꝑ illā cōparationē eſſe audituꝝ: ut ſi Cice. defendēs milonē ꝑ cōpatiōnē afferat. Horatiū quoq; ſororē occidiſſe & ſaluū & abſolutū fuiſſe hoc mō: qđ ē o iudices q oratorē accuſare: aut eē admirari dēat ꝙ Milonē dēfēdat: nō Clodiū ciuē romanū ſe occidiſſe cōfitētem meminiſtis. Hora. quoq; q ſororē occiderat imaturū ſui uiri amorē deplorātē in iudiciū uocatū & ab eo crīe liberatū & abſolutū fuiſſe. Aut de eadē ſimilis uideē cā: cū id ſcelus cōmiſſum ē: ſed eandē cām dicimus cū & idē ſcelus: & cū ob eādem cām cōmiſſum eſt: ut ſi duo eadem cā impellēte hominem cōmitterent ut hic eſt ſi qſquā eſt q̄ dicat ligariū nō eſſe defendendū o Ci. Cæſar abhorreret profecto ab humanitate tua: qui nō recordātur te. M. Marcello Bruto & mihi oratori ueniam conceſſiſſe: & alios nonnullos in patriam abs te perhumanitus eſſe ſuſceptos. Aut de miore ſi orator defendens Roſcium ſuſpitionibus & coniecturis ſolis accuſatum dicat maiores noſtros uoluiſſe per ſuſpitiones ſolas: & in re pecuniaria ſententiam ꝓferre hoc modo: accuſatus ē Roſcius apđ iudices & quidem falſo ꝙ patrem occiderit: & per ſuſpitiones & coniecturas ad iudicium adductus: ſed debetis recordari maiores noſtros quorum ī omni re ſemper ualuit auctoritas noluiſſe aduerſus quēquam eſſe furti qui coniecturis accuſatus ſententiam iudicis proferret: uos igiē Roſcium falſo ſuſpitionibus tm̄ accuſatū in re crīali dānabitis. Aut de maiore ad minus. ſ. ut ſi qs dicat Lucium antoniū nō eſſe dānandū quod ſeruū ſuū per factionē ad pōpeiū fugientē occiderit hoc modo nonnulli ſunt qui. L. Antonium accuſant ꝙ ſeruum ſuum ab itinere tractatū uſq; ad necem pulſauerit: ſed hi mihi non uidentur recordari fuluium eius filium catilinæ caſtra ſequentem occidiſſe & addidiſſe: ſe filium ſuū patriæ non catilinæ: non proditoribus genuiſſe. Pedetentim ſenſi paulatim. Et ſimilitudinem conferimus: eſt iudicium aliorum per cōparationē: aſſimilabimus hoc & ratiocinabimus hoc modo: cum igiē fuluius filium non uerberauerit: ſed occiderit ꝓ pr̄ia: ſed Antonius nō occiderit: ſed tm̄mō ſeruum pulſauerit: nā nc debetis. L. An. abſoluere ab hoc leui crīe cū ille in tāto ac tam īmani ſcelere fuerit abſolutus. Occulte dicemus. ſ. ꝑ occupationem colorem hoc mō ſi diceret Roſcius moleſtū ē mihi o iudices hoc crimē: cū ego filius pius patricidii ſim accuſatus: ſed eo moleſtius ē ꝙ a Groſogano ſceleratiſſimo ſeruo: & qui in cæde hoīum ſemp uerſatus ē huius crimis fratrū accuſatus: cuius flagitia facere īſtitui. q ꝑiculoſū arbitror oīa declarare: q̄ de illo dici poſſūt: ga lingua nōnunq̄ uocem dicentibus abſtulit. Occulte dicēus: hoc ē ꝙ dixit.

ciceronem h. in loco defe

hominem pro homine

Sí pſuaſus auditor fuerít.í.ſí orõ aduerſariorum auditorib⁹ fídẽ fecerít:neq;.n.nõ facile ſcire poterím⁹:qm̃ nõ ſum⁹ neſcíj qb⁹ reb⁹ fídes fíerí ſoleat. Ergo ſí fídẽ factã putabím⁹ hís nos reb⁹ ínſínuabím⁹ ad cãm. De eo qđ aduerſaríj fírmíſſímũ ſibí adíumẽtũ putauerít prímũ nos dícturos pollícebímur:aut ab aduerſaríj dcõ exordíemur:& ab eo maxíe qđ ílle nuprie díxerít:aut dubítatíõe utẽur qd potíſſímũ dícam⁹:aut cuí loco prímũ rñdem⁹ cũ admíratíõe. Sí defeſſí erũt audíẽdo:ab alíq̃ re q̃ rísũ mouẽ poſſít exordíẽur ab apologo a fabľa ueríſíľi ímítatíõe đpuatõe íuerſío

Perſuaſus fuerit:nihil aliud ẽ eẽ pſuaſũ q̃ dictis aduerſariorũ fidẽ hr̃e. Itaq; more Vergiliano ſeipm expoſuit:illc.n.ait. Prodimur:atq; italis lõge diſiũgimur oris. Fides hæc apđ oratores põitˀ ꝑ q̃dã firma opīone & credulitate:& a phis ſtoicis nõ ut ait Ci.in officiis dicta ẽ ꝙ fiat:dicta ẽ tũc ꝓmiſſorũ obſuatio. Aduerſarii dicũtur illi qui ĩ eadẽ cã cõtra nos uerſanˀ. Non facile:imo facile qs mediocriter eruditus ſcire poterit qb; reb; ut p uerisĩlia teſtimõia hoĩum ĩſtrumẽtorũ oraculorum & ſcripturarũ. Fidẽ puta:repetit illud idẽ ſi pſuaſus auditor fuerit ne ſit obſcurus:nã minus lõga parẽtheſis uidebaˀ. Inſinuabimus exordio occulto ueniemus ad cauſã. Firmiſſimũ adiumẽtũ:hoc ẽ ſi pollicebimur nos dicturos contra illđ argumẽtũ in quo aduerſarius putat ſuã ieſſe uictoriã ex q̃ re attẽtio occulta innaſciˀ auctoribuſq; apta fieri nõ poterat:quã rẽ Luca.ĩ prĩcipio ſeptimi libri egregie ſeruauit:hic dicit.n.ciceronẽ apđ põpeiũ oraſſe ꝓ ꝑlio faciendo:q cũ a ſtrenuitate & ꝓmptitudĩe militũ arguiſſet tãq̃ ualidiori argumẽto ait mõ ipi ſua ſigna reuellẽt.ꝓſilientq; acies:& paulo poſt. Vibrat tela manus uix ſigna morantia q̃ſq̃. Expectãt ꝓpterea nec te tua claſſica liquãt Ferre ſeatus auet miles te magne ſeq̃tur.an Comes Põpeius omiſſis aliis argumẽtis q̃ plĩma erãt huic ipi tanq̃ ualidiori ĩ hũc modũ rñdit. Si placet hoc igt cũctis:ſi milite magno Duce tẽpus eget nil ultra fata morabor. Fecit hoc idẽ ulyxes cõtra Aiacẽ:cũ de armis achillis contenderent:hoc eĩm mõ Aiax orauit qui patruelis fuit achillis a peleo & thelamone frĩb; ſi nulla rõ reliq̃uos mouet iudices ut arma achillis mihi adiudiceris:ſaltẽ ꝓpiquitate & nobilitate moueamini:qa achillis patruelis ſum:qd.n.dignius eſt q̃ ea q̃ achillis erant patrueli ſuo adiudicari. Vlyxes aũt tali argumẽto cõtra aiacem uſus ẽ:nõ nego eſſe dignũ o iudices:ut q̃ affinis ſũt ꝓpinqtati adiudicari debere. Sed ſi ita faciẽdũ eſt:cur potius peleo patri aut filio pyrrho nõ aſcribũtur. Nuperrime dixerit:hoc dicit:quia in fine & in principio ualidiora cõſtituuntur:tanq̃ machinæ in acie robuſtiores milites:nam ut diſtributione dicturus eſt.ſi in reſpondendo argumenta uilia ponerentur auditor nõ eſſet attentus.

Præterea quoniã ea quæ in fine memorãtur firmius ab auditoribus in memoria cõſeruãtur:neceſſe eſt in ultimo loco ualida argumenta ſint poſita:tali igitur exemplo uti poterimus ex parte aiacis nulla eſt res o iudices quæ magis animũ militis moueat ad pericula ſubeunda q̃ ꝓmiorũ expectatio:quare ſi hæc arma mihi tribuitis pro mercede meorũ laborũ mirũ in modum militũ aĩmos animabitis ad labores quomodo honos alit artes ĩcenduntur q; ad ſtudia gloriæ. Ex pte uero ulyxis hoc modo qm̃ ab aiace dictũ eſt ex optatione præmiorũ aĩos militũ magnopere ad labores incitari qm̃ honos alit artes oſtendã uobis quæ ſint merita quibus aĩos militũ incendatis ut per ea intelligatis hæc arma mihi potius q̃ aiaci eſſe tribuenda. Dubitatione utemur cũ admi. cum conſidero quanta ex his armis ſecutura ſit gloria uictoriaq; in hac re de honore de auctoritate certetur nõ poſſum non admirari ꝙ aiax tam infirmiter tam pueriliter tam nugatorie rationes ſuas adduxerat tanq̃ perplexe argumenta omnia permiſcuerit ut cui potiſſimum ſuorum argumentorum tanq̃ robuſtiori reſpondeam penitus ignorem. Si defeſſi erunt tanquã propter longitudinem orationis:q̃ propter dicendi turpitudinẽm. Riſus eſt abilitas quædam uultus ad ſignificationem lætitiæ Apologus eſt ſermo confictus ad mortalitatem & uitæ humanæ inſtructionem:ut ſunt Eſopi figmenta:nam cum aues omnes ut regẽ eligerent in unum conueniſſent & pauo ornatior proceſſiſſet decreuerunt eũ cunctæ tanq̃ pulchriorem eligere:ſed cum interrogatus eſſet ut ſententiã ꝓferret ſuam:quoniam rauce locutus fuerat ab conſpectu auium abiectus eſt & aquilã:quæ illius æmula fuerat ſibi delegerunt:poterit ergo hoc apologo uti hoc modo. Videtis omnes iudices hunc aduerſarium meum tanto nitore corporis & ornatu ueſtium in cõſpectum ueſtrum ꝓceſſiſſe tanq̃ in hac cauſa ſe principem eſſe. Sed quoniam rauce locutus eſt tanq̃ pauo ab conſpectu ueſtro abiicieˀ Fabula:eſt quæ ſtat tota in fando hoc eſt quæ poteſt eſſe uera & non uera ut ſunt comœdiæ & tragœdiæ ut ſi modo dicatur. Video apud Teren.gnatonis officium eſſe introducat Trhaſonẽ & Thaidem:& faciat ut eius opera aliqñ uti poſſit ſimul cum phedria:eodem modo neceſſariũ ẽ o iudices:ut beniuolentia noſtra ut aures ueſtras clauſit:ut amplius audire uobis moleſtum uideaˀ. Veriſimili imitatione:ut ſi quis alterius geſtus imitetur. Deprauatione:deprauati dicuntur libri in qbus permutata ſunt uocabula & textum omnio corruptum habẽt:ut eſt apud Suetoniũ. Claudius:Tiberius:Liberius:Nero igiˀ utetur ſi qs dicat Claudius Biberius Mero. Item unus contenderat cũ Plinio:q cũ uocaretur herboſus a familia uerboſum eum magnũ Plinius eſſe dicit. Inuer

ſione: hoc fit duobus modis: ĩ ẜmõe & in ſniis: in ẜmõe. hoc mõ non eſt mirũ. ſi hic aduerſarius meus recreauit uos: qm̃ hẽt bõas aures ad dicendũ: & bonos oculos ad audiẽdũ. In ſniis uero ſic q dicet nõ. M. T. ſe uidiſſe. ſed tracon Marcũ: & cũ uellet. M. Varrõis ſnĩas dicere Varri Marronis te ſentias dixit. Ambiguũ: hic puer tibi boues mortui curſitẽt. ducẽdus ẽ. i. pulſãdus ẽ. Itẽ duo adiuicẽ cõtẽdebãt. Monoculus. ſ. & claudus. qui cũ ſe irriderẽt. Claudus dicebat monoculo. Vellem eqdẽ ꝓ tua hoc pacto: ãbigue loquebãtur: nã in me beniuolẽtia ut alter ẽ oculus & alteꝝ habe

ne: ãbiguo: ſuſpitiõe: irriſiõe: ſtultitia: exupatiõe collectiõe: abiectiõe: lraꝝ mutatiõe: p̃terea expectatiõe: ſiľitudie: nouitate: hiſtoria: uerſu: aut ab alicuiꝰ ĩterpellatiõe: aut arriſiõe. Si ꝓmiſerimꝰ aliter ac pati fuerius nos eẽ dicturos nos nõ eodẽ mõ ut cæteri ſolẽt uerba facturos: qd alij ſoleãt: qd nos facturi ſumꝰ breuiter expõemꝰ. Inter iſinuationẽ & pricipiũ hoc ĩtereſt: qa pricipiũ eiuſmodi dẽt eẽ: ut ſtatĩ aptis rõnibꝰ qbꝰ p̃ſcripſimꝰ aut beniuolũ: aut attẽtũ: aut docilẽ faciamꝰ auditorẽ: at iſinuatio eiuſmõi dẽt eẽ: ut oculte ꝑ diſſimulationẽ eadẽ illa oĩa cõſitiamꝰ: ut ad eãdem cõmoditatẽ ĩ dicẽdi ope uenire poſſimꝰ. Veꝝ hæ tres utilitates tãetſi in tota orone ſunt cõparãdæ:

res eodẽ mõ: & eacus cũ uellet penitus ſignificare ſe cæcos eẽ & claudos uehemẽter cupere: & itẽ hic ĩdutus ẽ ueſte pellibꝫ papagaliũ & de pellibus uulpiũ ĩtelligat q galloſ rape & comedere cõſueuerũt. Abiectiõe. ſ. lrarum ut nõ dixit optie: ſed opime & nõ poculis bibit: ſed oculis. Suſpitionẽ: qdam litẽ ĩ foro faciebant: cuius pr̃ rex appellabať: aduerſarius aũt ĩnqt: non ẽ miꝝ ſi hic elati ocli orauit: qm̃ hẽt p̃rem hoiem triũ lraꝝ cũ ſuſpectũ eẽt an regẽ an furẽ dixiſſet. Itẽ hic ſibi arrogat: qm̃ hẽt p̃rem q nunq̃ niſi feſtis diebus ĩ terrã ſpuit. Itẽ ille filius ẽ unius q nũq̃ niſi cubito naſũ mũgit cum macellatorẽ eũ eẽ ĩtelligat. Irriſione: nõ ẽ mirũ ſi uos attentos fecit: & ipm litteris ĩpeditũ q ſcp Ci. fabio ſtudet & boetio. i. ciceres amabat. fabas & boues. Stultitia. ſ. aduerſariorũ. ſ. ut hic nõ ẽ eligẽdus ĩpator qm̃ uiſus eſt in foro cũ corena ueſicaꝝ & ĩ tẽplo ſalſitias hr̃e pr̃ patratus noſter: & cũ caudis uulpiũ ꝑ forum diſcurrere: & ſciẽdũ eſt ꝙ ſtultitia referť ad aduerſarios nõ ad oratores: nã ſtultitias facit cũ auctoritatem retinere dẽat. Exupatiõe. ſ. ueritatis græcæ hyperbole: ut nõ eſt mirũ ſi uos oẽs pſuaſit: qm̃ tãta eloquẽtia preditus eſt ut ẽt arbores & ſaxa ad ſe trahere ſoleat. cũ eum aliquando lapidatũ fuiſſe & fuſtibus uerberatũ intelligat. Collectione: ut aduenẽs hodie bonũ omen cœpi quo ſpero uos ſnĩam ꝑ me ꝓlaturos: cõcurrerunt. n. mihi obuiã formarius meus piſcatores. fartores. Lanii. Litterarũ mutatione: ut hic dat opam nõ ut legat ſed ut lingat. Item nõ eſt mirũ ſi hic me in cã ſupat: qm̃ nõ ſolũ eſt legũ lator: ſed ẽt legum latro dico. Expectatione: oculos paulus moratos ſuſtulit ad proceres: nã cũ hoc dicunt paululum carent & cũ quodam interuallo reſpondent: ut ẽt apud Oui. in. xii. expectatoq; reſoluit ora ſono. Similitudine: nõ eſt mirum ſi cũ temeritate locutus eſt aduerſarius meus: quoniã putat ſe hic in cõſpectu ueſtro eſſe tanq̃ ſimius inter anſeres: in nouitate debetis aures mihi præſtare: quoniã audiui aſinũ cum tibicine ſilentium nobis imponentem. Hiſtoria: ut de pectore gallio orator quidã fuit incuruus & Catonis aduerſarius. q cõ Octauiano ſæpenũero dixiſſet ut cum corrigeret ſi peccaret: reſpondit ei ſe nõ poſſe eum corrigere quoniã gallus eſſet ſed emendare poſſet. Verſu: orãs cõtra gallũ hoc mõ ĩcipit: fert Hyemẽ nautis ſpumoſa per æquora delphi. Interpellatione: interpellare eſt dicentẽ uel facientẽ impedire ut ſi quis loquentis aliquid more faciat uel mũgeret naſum. Arriſione: arrident illi qui riſum ad aliquem cõuertunt ꝓ aliqua re quaſi ad aliquid ridere. Si promiſerimus multa domi argumenta & rõnes ampliſſimas excogitaueram. Sed cũ uideam uos admodum defatigatos dabo opera ut q̃ breuiſſime potero ratiões meas abſoluam: non eodem modo uideo reliquos nullã rationẽ habere auditorũ: tẽporũ nec dignitatis ueſtræ q dũ orones oñdunt potius aures ueſtras defatigãt & obtundunt: ego uero res ſuperfluas abſcindã & neceſſarias ſolũ ſoluam: pricipiũ tale debet eſſe: perite poſt regulas principii & inſinuationis oſtendit breuiter in quibus cõueniant: & in quibus diſconuenientiã habẽt ſtatim ſine ulla circuitione quod cõtra inſinuationẽ fit tibi oĩno occulte dicũtur. Apertis rationibus cõtra inſinuationem: ꝑ diſſimulationem fiũt: aut beniuolũ aut attentũ: aut docilem. In hoc conueniũt: quoniã iſinuatione dicit hæc eadem eſſe facienda: ſed in illo ſtatim: & apertis ratiõibus. In hac autẽ occulte & ꝑ diſſimulationem ut apud Vergi. Dauni miſerere ſenectæ: fuit & tibi alias anchiſes gẽitor: nõ eĩm decuiſſet & hoſtẽ inimicũ capitalẽ pro ſeipſo Aenæ ſupplicare & cuius uitæ inſidias ſemp tetẽderat. Notãdum aũt ꝙ hos tres effectus cõiunxit ꝑ coniunctionẽ diſiunctiuã. ſ. aut oſtẽdat non oẽs neceſſarios eẽ: qm̃ ex ſola exordiũ pfecte cõſtare põt ut apud Vergi. georgi. Protinus aerii mellis cœleſtia dona exequar: & in prĩo æne. at nunc horrẽtia martis Arma uirumq; cano: ex duobꝫ tm̃ ut paulo poſt. Nũc te qñ: docilis & attẽtus auditor efficiť. Commoditatem. i. ad effectum docilitatis & attentionis & beniuolentiæ: ex qbus orator cõmoditatem cauſæ conſequitur: ut ſi quis oraret pro filio Ciceronis q ſceleribus deditus ab ineunte ætate fuit hoc modo. Quanquam o iudices

debet



UNIVERSITARIA DE

filius oĩ ſupplicio ob eius igẽtia uicia digniſſimus uideaẽ: tñ Ci. pr̃ cõſulẽdũ eſt q̃ doloribꝫ cõfice-
reẽ & magis q̃ ipſe nullos dolores nulla picula euitauit ut nr̃am remp. ab hoſtiũ mãibꝫ icolumẽ li-
beraret. Verꝝ eſſe tres: põit q̃dã cõditionẽ exordioꝝ: q̃ licet ꝑpria ſit exordii tñ toti or̃oni cõueni-
re põt. Vñ ſciẽdũ eſt ꝙ hæc cõuenientia & cõditio ꝑpria cõiter appellaẽ: qm̃ ita ſibi cõuenit: quod
ẽt aliis põt accõmodari. Sed alio mõ ꝑpriũ dicimus qđ ita uni cõuenit qđ nulli alii rei cõucire pt
Perpetuo: nõ uſq; ad finẽ cãæ. ſed a pricipio or̃onis: nã ꝑpetuũ dicimus qđ ſit ſine ĩtermiſſiõe: ut
Ad mea ꝑpetuũ deducite tpa carmẽ.
Vt ſe ꝑpetuo ut ĩ oratiõe Ci. ſæpenu
mero ſeruatũ uidemus q̃le illud uide
te & reliqua. qm̃ ad cãm ptinet: & itẽ
ꝑ archia poeta: & qm̃ tã diligẽter at-
tenditis utar bñficio ueſtro: ꝑterea in
diuiſiõibꝫ hæc ſolent plurimũ ſerua-
ri hoc mõ: & qm̃ multas ad optimũ
imperatorẽ neceſſaria ſũt ꝑ põpeium
cõſiderãda eẽ q̃ttuor potiſſimum co
gnoſcetis. Nũc ne qñ. auditores ut di
ximus attentos facit & dociles in qua
re imitari uideẽ bonos agricolas qui
priuſq̃ ſemina terris comẽdent herbas
malas & ſentes extirpãt. ne bõa ſemi
na a malis radicibꝫ ſuffoceẽ: ne poſ
ſint fructus meliores ꝑducere. In ex-
ordienda cã lenis tã ad ſñias q̃ ad uo
cabula: ut auditor non laboret: nã ex
ordiũ eſt tãq̃ clauis in hoſtio per quã q̃cquid intus latet demonſtraẽ: ſed ſi obſcure dicaẽ nihil de
his q̃ ſequũtur ĩtelligi põt: q̃le ſi diceret deũ altitonãtem q̃ olympi & terræ tecta q̃tit depcatus ſum
ut q̃ ad rempu. ptineat dicere poſſim: leuiter ergo diceret hoc mõ deũ ĩmortalẽ. p. c. depcatus ſũ:
ut de his q̃ ad rẽpu. ptineãt dicere poſſim. Vſitata uerboꝝ: bene frequẽtatiuo uſus eſt: ut oſtendat
non ſolũ q̃ in uſu ſunt: ſed q̃ frequẽti & in attrita dicendi cõſuetudine hẽrent in exordio & ubiq; po
ni debere hoc mõ. Cũ de rep. dicturus ſũ nõ debeo timere quẽadmodũ fit ut hoſtes pulſãt muros
cõtra aũt eſſet ſi diceret cũ demonocratia dicturus ſũ: nõ debeo ita horrere: quẽadmodũ cũ ꝑ duel
les pulſant muros. Item ſuſq; deq; ferro tabulã aduerſarii mei ſputati loco uti ſermone. Fugienda
eĩm huiuſmodi ſunt obſcura uocabula. Octauianus nãq; ſcribens ad quoſdã ſuos nepotes: cões fa
cit eos ut ita fugiãt nouitates uocabulorũ ſicut naturæ ſcopulos. Apparata or̃o: ptinet. n. ad pueri-
lẽ dicẽdi modũ: ut lenocinils ĩ ſermõe ꝙ cõfici ſolet ex coloribꝫ uerboꝝ ſimiliter cadẽtibꝫ. Nudus
in ignota palinure iacebis haren a: & item ſi diceẽ mihi ſpare libet: q̃a dignitas ur̃a mihi iubet: ani
mi magnitudo mei & æquitatis ueſtræ: ꝑmptitudo ciuitatis huius amplitudo mihi uictoriã polli-
cetur. Apparatus. n. dr̃ nimis diligẽs apparatio & puerilis ẽ & orator grauitatẽ q̃dã ꝑuare debet.
u Icioſũ exordiũ: hoc caplm̃ diuidiẽ ĩ tot ptes quot ſũt gñ̃a uiciorũ. Ad plures cãs ſiue furti
ſiue homicidii: ſiue cuiuſuis crĩs: q̃le eſt illđ. ſpes mihi magna allata eſt: me uictoriam eẽ
cõſecuturũ. Audio. n. ur̃am in audiẽdo diligentiã: ĩ ꝓfũdo iuſticiã: in iudicãdo acumen
Itaq; nõ dubito qñ uictoria mihi futura ſit. Vel ſi tua iuſtiſſime ꝑtor ĩ ĩdagãdo ſubtilitas:
in iudicãdo æq̃tas hic me ad tribunal uenire ꝑſuaſit: nec. n. uitioſa ſunt: qm̃ exordiũ ut ait Quin.
debet ptiere ſolũ ad eã ipſam cãm de q̃ ſumus dicturi: cũ aũt dr̃ differẽter ad oĩa põt ptinere: & quo
oẽs uti poſſunt bono: aũt ſpãli exẽplo uſus eẽt ſi hũc in modũ exordiũ dixiſſet: ſpero me reportatu-
rum uictoriã iudices qui intelligo uos odio habere coniuratores quali uſus eſt in oratione archiæ:
qđ ſi mihi concedi tribuiq; a uobis ſentiã: perficiam profecto ut hunc. a. licinium non modo non
ſegregandum cum ſit ciuis a numero ciuium: ſed etiã ſi non eſſet puteris ad ſciſcendum fuiſſe. Ni-
hilominus Domicius miles Pompeii partibus ſtudioſiſſimus & Tyberius gracchus præturã a põ
peio poſcebant ambo: igitur pro ſuis erga pompeium beneficiis hoc modo exordiri potuerunt.
Credo pompeii cum magnis periculis laborauerim honori & dignitati tuæ ſemꝑ te mihi in peti-
tione ꝑturæ futurum. Vel ſi tua pompeii humanitas bñficiorumq; tuorũ remuneratio hortata eſt
me ut præturã abs te peterem preſertim cum tot pericula pro te ſubire nõ dubitarim. Nihilomius
duæ negatiões ſunt quæ ſignificãt multo magis ſimiliter: tãtũdẽ. Comune poteſt appellari: põt p-
tinere tã aduerſario q̃ actori. ſ. accuſatori cõem tunc dicimus rem quæ ſit participata cum aliquo
& ad plures & ad pauciores poteſt pertinere. Ex cõtrario: leuiter cõmutatis illđ præcedens uicioſũ
eſt: q̃a aduerſarius eodẽ penitus põt uti hoc ãt ꝑt uti. ſed eo ſolo cõmutato in quo cã uidetur differ
re: quod ideo Quin. uocat exordium cõmutabile hoc modo. Erant duo ciues cæſaris amiciſſimi
quorum alter ſcilicet Curio cum eſſet tribunus cæſarem adiuuerat & ĩ bello & in pace. Alter uero
ſcilicet Appius tantum in bello adiutor fuerat. Cum ueniſſet ergo cæſar Romam finitis bellis &
uterque præturam peteret uitio: exordio uti potuiſſet hoc pacto. Si appius dixiſſet cum nullus la

hoc eſt ut auditores ſeſe ꝑpetuo nobis attẽtos do
ciles: beniuolos ꝑbeãt: tamen hoc ꝑ exordiũ cau
ſæ maxime cõparãdum eſt. Nũc ne quãdo uicio-
ſo exordio utamur: quæ uitia uitãda ſunt docebo
In exordienda cauſa ſeruãdũ eſt: ut lenis ſit ſermo
ut uſitata uerboꝝ cõſuetudo: ut non apparata ui
deatur eſſe oratio.

De uitioſo exordio.

u Icioſum exordiũ eſt quod ĩ plures cauſas
poteſt accõmodari: qđ uulgare diciẽ. Itẽ
uitioſũ eſt quo nihilominꝰ aduerſariꝰ poteſt uti
qđ cõmune appellatur. Item illud quo aduerſari
us ex contrario poterit uti. Itẽ uicioſum eſt quod

bor fuerit mihi grauis nullum periculum a me fuerit euitatum.C.cæſar in bello gerendo:ut dignitati tuæ inſeruire peto abs te:ut mihi in hac pturæ petitiõe faueas.nã hoc eodẽ mõ utetur curio hoc ſolo mutato:in quo differt cã.ſ.ꝙ ipſe in utroq; bello:& in pace ſibi fauorem pſtiterit. Nimis apparatis:ut in lenociniis uerboꝝ:qualia ſunt ſimiliter cadentia:& ſimiliter deſinẽtia:q colores a Ci.etiã ĩpoſiti ſunt.nõ qđ laudãdi ſunt:ſed qđ aliqñ euitari nõ pñt:niſi magna adhibita diligẽtia. Vitioſa.n.iõ ſunt:qa offendũt aures auditoꝝ:imo maxima ſuſpitio ẽ:ne orator utaẽ illis lenoci

nimiũ apparatis uerbis cõpoſitũ ẽ:aut nimiũ lõgũ eſt:& qđ nõ ex ipſa cã natũ uideẽ qđ ſepatũ uocaẽ:in quo etiã trãſlatũ cõcluditẽ:ut ꝓprie cohæreat cũ narratiõe:& quod neq; beniuolũ:neq; docilẽ:neq; attentũ facit auditorẽ. De exordio ſatis dictũ eſt. Deĩceps ad narrationẽ trãſeamus.

De tribus narrationũ generibus.

n Arrationũ genera tria ſũt. Vnũ ẽ cũ exponimus rẽ geſtã:& unũquodq; trahimꝰ ad utilitatẽ noſtrã uincendi cã:quod ptinet ad eas cãs: de quibus iudiciũ futurũ eſt. Alterũ genus narrationis eſt quod intercurrit nõnunquã: aut fidei

niis uerboꝝ & nõ ueritate & grauitate cauſæ quæ magis ad oratorẽ uideẽ ptinere:cũ in pſuaſiõe plus poſſit auctoritas dicẽtis:quã eloquẽtia.nã lenocinia uerba pueriles colores magis ſunt:q̃ oratores grauiſſimi. Apparata.n.dicunẽ q̃ dedita opa facta ſũt cũ ſupflua exornatione:uñ etiã mulieres fucatas:& artificioſe ornatas: apparatas uocamus:qa uerũ colorẽ nõ hñt:ſed ſupflũ & fictũ:nã & is q huiuſmodi ornamẽtis uerboꝝ utiẽ magis ſupfluo ornamento uideẽ delectari quã ueritatis cõfidere. Lõgũ nimium de hoc Hora.ait ne mea caput creuiſſe uideẽ:qa cæteræ orõnis ptes nõ correſpõdent.nã exordiũ debet cũ cæteris ptibus conformari. Aut nõ ex ipſa cã qđ uocat Q uin.extremũ:qa nõ extractum eſt ex uiſceribus cauſæ. Accuſaẽ Clodius adulterii:q uitioſe hoc excplo tuereẽ. Sed ſi qua res eſt in qua poſſim gloriari eſt maxima amicitia ueſtra qua ego ſemp uſus ſum.nam ex tali amicitia magna laus ſequi ſolet:itaq; a nobis peto ut huic crimini ueniã tribuatis.ad cãm.n. ptinuiſſet hoc mõ.Si qđ feci ĩ uita o iudices laudabile:ſi quicq̃ mihi nunq̃ gratũ fuit maxime pudicitia delectatus ſum:dediq; ſemp operã:ut recte uiuerẽ:& ne ullo crimine accuſari unquã poſſem. Neq; beni. neq; docilẽ:huius genus exordii appellaẽ tranſlatũ quod obſcurũ eẽt:niſi alibi clarius tractaret. Dicit.n.Q uin.tria eſſe genera uitioſa.ſ.extraneũ.uel ſepatũ:quale illud eſt qđ nõ ex ipſa cã tractatũ eſt.Secundũ quod appellaẽ tranſlatum quod fit qñ facimus docilẽ:cũ debeamus facere attentũ: & ſic de aliis.Sed quod ſuperius in regulis exordioꝝ tractatũ eſt:quale ẽ hic:ut cũ Ver.dixerit de apibus.Admiranda tibi leuiũ ſpectacula rerũ.Magnanimiq; duces totũq; ex agmine gẽtis: ſi dixiſſet nõ dicemus apes.& apum uiliſſima cura.& itẽ is qui gallinã pdidit.de gallina tñ dicat hoc mõ: cũ ſit mihi ſublata gallina:o iudices debetis mihi ius meũ tribuere.dicã igitur de gallina. recte.n. dixiſſet hoc pacto nolite cõſiderare gallinã iudices quæ mihi ſublata eſt.Sed conſiderate q̃tus tumultus:quãta diſcordia: quantus furor: quantus ſanguis ſecuturus ſit:ſi huiuſmodi furibus licentiam permittatis. Tertium eſt quod fit penitus contra regulas:ut ſi faceremus maliuolos pro beniuolos:ut ſi dicetur putatis nos eſſe principes ciuitatis:quid mihi eſt:rei uobiſcum: & iſtuc ueni ad uos iudices is ſuperbos:crudeles:& iuſtitiæ peruerſores.Deinceps facit attentum auditorẽ modus apud Ci.frequẽtiſſimus.Si quidem finitis exordii regulis:quibus uti debemus:& uitiis:& aſſignatis:quæ ſunt infanda:ſecundã orationis partem:hoc eſt narrationem aggreditur: in qua quidẽ re eſt notandum ꝙ eodem ordine partibus orõnis uti debemus:quo etiam a Ci.tractatur.

n Arrationũ plurali numero uſus eſt:quia plura eẽ dicit genera apud oratores: hoc uocabulum ponitẽ ꝓ ſpecie.Cũ exponimus rẽ:bene dicit rẽ geſtã:qñ narratio uera de pterito eſt ideo iudicialis eſt ꝓpria q̃q̃ & iudiciali improprie accuſemus de futuris:ut ſi domus uicini caſura eẽt ſup meã:tũc poſſet illud deferri ad iudices:tanq̃ ſi eẽt factũ:ſed ſi in aliis generibus cõtingat incidẽs eſt:& fit ad confirmationẽ:& tanq̃ de pterito ſit.nã in demõſtratione nõ põt cadere:qñ uera laus:& ſermo cũ honore rerũ geſtarũ. deliberatio autẽ de futuro ſemp eſt:& uocatẽ hoc genus ꝓprie oratoriũ & ordine naturali ſemp tractat. Vincẽdi cã ſeparauit hic oratoriũ a poetico:nã hoc uincẽdi cã fit:& illud delectandi quale excplum eſt Clodii & Milonis. nã ut Milo uictoriã cõſequereẽ ꝓbat Ci.eũ inermẽ:& in curru cũ ſeruis ſimphoniatis ad uillã ꝓficiſcentẽ. cũ Clodius armatus in inſidiis fuiſſet. Q uod incurrit:nõnunquam:ergo incidens eſt: nec iudicialis generis proprium:nam & incurrit:& nõ ſemp:tamẽ quæ duo ſunt:nõ eſt de principalibus partibus orationis:hoc autem narrationis genus multis uocabulis a latinis appellatum eſt. Vocant.n. incurrentẽ egreſſionẽ:& degreſſionẽ a græcis echaſis quod eſt egredior nominata eſt q̃ a Q uintiliano hunc in modũ diffinitur. Eugaſis eſt rei extra rẽ ad cauſam:tamẽ pertinẽs tractatio Aut fidei:ut eſt apud archiam. Fides enim eſt firma opinio quæ fieret hoc modo.Si Cicero uolẽs defendere Milonem adducat teſtẽ fide dignũ:& ut ita auditores poſſint credere eius laudes perſequãẽ hoc pacto:ut credatis iudices hũc teſtẽ optimũ eẽ:uir ẽ iuſtitiæ amãtiſſimꝰ:nullã hẽt opiniõe

aut criminatiōis:aut trāſitiōis:aut alicuiꝰ appati onis:uel laudatiōis cā. Tertiū genus ē id qđ a cā ciuili remotū ē:ī quo tñ exerceri cōuenit quo cō modius illas ſupiores narratiōes in cauſis tractarī poſſumꝰ. Eius narratiōis duo genera ſūt unū qđ in negocijs:alterū qđ in pſonis poſitū ē tres hēt ptes:fabulā:hiſtoriā:argumētū. Fabula eſt quæ neqꝫ ueras:neqꝫ uериſimiles cōtinet res:ut hæ q̄ a tragœdis traditæ ſunt. Hiſtoria res geſta ſed ab ætatis noſtræ memoria remota. Argumētum eſt ficta res:quę tñ fieri potuit:uelut argumenta comœdiarū. Illud genus narrationis quod in pſonis poſitum eſt:debet habere ſermonis feſtiuitatem:

uirtuti deditiſſimus:dedit.n.operā:ut cū ſūma integritate īter ciues uiueret:nec ē ullus noſtroꝝ ciuiū in oī uirtute pſtātior. Aut criminatiōis:cōtra ſi adiiceret teſtis iniquus ex pte clodiana hoc pacto digredi poſſet.nolite adhibere fidē huius teſtīonio q cū clodio ſemp cū ſūma turpitudine dixit hō ſanguinolētus:& q p parua pecunia turpiſſimū facinus aggrederet. Aut trāſitionis hoc genere utūtur pſæpe poetæ:& ab Ouidio maxime celebratū:nā in cōnectēdis fabulis hāc narrationē facit intercurrētē:q̄lis ē ea inachus unus abeſt unoqꝫ recōditus antro fletibus auges aquas natāqꝫ miſerrimus:iō luget:ut amiſſā:uolēs.n.cōiūgere pcedentē fabulā cū ſequenti ea narratiōe uſus eſt. Aut appatiōis maxime exornatiōis qđ fecit Ver.ī apparatu Didonis erga troianos & in tēpeſtate:quā æneas ī italiā ueniēs paſſus eſt.breuibus.n.uerbis eas res dici poterat:ſiue ieiūa eēt orō & ut auditoreſ delectaret diffuſſe narraret:& apparitiōe uerborū uſus eſt: aut laudatiōis: ut apud pōpeianā:legūtur.n.plura đ geſtis pōpeii q̄ ad laudatiōnē dicta ſūt facit id Ver.in prio.iterrogati.n.troiani q eſſent:& quē regē haberēt. ſed ut maior eſſet laus troianoꝝ ita inqt. Rex erat æneas nobis:quo iuſtior alē Nec pietate fuit nec bello maior & armis. Quē ſi fata uirū ſeruāt. ſi ueſcitē aura Aethcrea:neqꝫ adhuc moralibꝫ occupat umbris. Tertiū ē a ciuili cā remotū:ac ſi diceret qđ poeticū ē:& ab officio oratorio penitus remotū qđ ad ciuiles cās exercet. In hoc genere ſunt ficta & uериſimilia:ut argumēta ī comœdiis:aut uera:& uериſimilia hiſtoriæ ī quo tñ:ut in declamatiōibus q̄ uocant a græcis melete:& a latinis themata facta:ſicut ſolet fieri diſcipulis p magiſtros:quātū aūt exercitatio neceſſaria ſit Ci.& uerbis & opere declarauit.nō.n.prius ad ſcribendū acceſſit quam in declamatiōibus trāſferēdo:& in omni genere exercitatiōis ſe diligenter exercuiſſet.facit idem Vergi.in moreto.& in aliis pluribus uerſibus fecit idem homerus: & demum omnes qui aliquā in dicendo facultatem ſunt conſecuti. Vnum in negociis.i.in rebus quæ ſunt extra hoiem:ut ſunt geſta æneæ. Alterum in expoſitione nego:ut deſcribere iratum ſimonem pamphilū amantē. Fabula eſt:pauloante poſuit apologū:& fabulā. Similiter oſtendens fabulā cōtinere res uериſimiles:& apologū nō uериſimiles. Sed ſciendū hunc locum nō diſcrepari a ſuperiori:qm̄ duplex eſt fabula:uериſimilis:& nō uериſimilis. Veriſimilis eſt fabula quā Terentius ponit de pamphilo. nam & ipſe inquit:atqꝫ in eo diſputant cōtaminari non decere fabulas. Nō uериſimilis eſt quæ in tragœdiis ſcribitur de Cerere & triptolemo:ut ſi diceret.dico uobis iudices quod omnia in medium ſunt conferenda:imitanda eſt Ceres q̄ triptolemum ſacerdotē ſuū miſit in curru per aera a ſerpentibus uectum:ut artem ſeminandi mortalibus daret:quod licet uериſimile nō ſit:tamen habet immortalitatis partem.nam per hoc arandi modus ſignificatur. arāteſenī ſerpentes quoſdā uidentur facere in terra. Præterea eſt ſerpentū ueſtigia delere cum cauda. Quæ in tragœdiis aliqua in tragœdiis falſa ſunt:quale eſt illud modo dictum: & item illud quod ſcribit herculem ad inferos deſcendiſſe:& tricipitem ad ſuperos extraxiſſe:uerum & multa in illis uera ſunt:ſicut illud quod atreus a fratre theiſte capitali odio diſcedens filios comedit:ab eodem fratre ſibi in cœna poſitos. Hiſtoria eſt res geſta. Seruius:& alii uolunt hiſtoriā:& annales in hoc differre:quod hiſtoria ſit earū rerū:quas:uel uidimus uel uidere potuimus ab hiſtoreo græco: quod eſt uidere. Annales uero de his quas nō uidemus.uel uidere potuimus. Vnde Liuius cōſtat: ex annalibus & hiſtoriis. Verū uidetur Ci.hic aliter ſenſiſſe de hiſtoria:& alibi Verg.de hiſtoria: Et uacet annales noſtroꝝ audire laborū:quāquam dicat Seruius hoc poſſe licēter cōfundi: & ānales eo loco p hiſtoriis eē poſitos. Præceptor meus:neutrū dicit accuſandū eē: ſed uarias ēe opiniōes:tale igitur de hiſtoria exēplum poteſt eſſe.benefecerunt maiores noſtri qui uoluerunt ciuitates filiis locupletari quia eos damnarent:qui ætatem ſuam celebem uſqꝫ ad ſenectatem perducerent. Argumentum eſt res ficta:quale eſt hoc obedite patribus ueſtris o filii ſi laudari uultis.nam apud Terētium:magna reprehenſione dignum ab omnibus putatum eſſe uidemus:qui inuito patre latenter nuptias parabat. Argumentum quandoqꝫ ſignificat rationem uериorē ſuper alias:& de hoc poſtea in hoc libro dicetur.ſignificat etiam quamcunqꝫ materiam:ut ē cum dicimus argumētum ſcribendi nobis non eē relictum.eſt præterea oratio rei dubiæ faciens fidem. Illud genus hæc eſt ſecunda pars tertii generis quod remotum ē a cauſa ciuili.in perſonis:ideſt in tractabili more:quarumlibet pſonarum:ut deſcribere auarum ebrium ſermonis feſti:ut illud Terētii:anima mi phedria:& item de milone cōtra fratrē:licet interdum iuuenes ſcortari:fores effringere uirgine eripe

Nota.

Nota . oīm

animorũ diſſi. ut eſt in eadẽ ſcœna: in qua oſtendit̃ demeã auſterũ: & mitionẽ humaniſſimũ eſſe: & leni ingenio natũ. Grauitatẽ: ut ſermo de pãphilo poſtq̄ exceſſit ephebis: facile oẽs ꝑferre: ac patri cũ qbus una erat eoꝝ obſequi ſtudiis aduerſus nemini nũq̄ præponẽs ſe aliis. Spẽ ut idẽ pãphilus ubi inqt mihi ĩmortalitas parata eſt: ſi huic gaudio nulla ægritudo ĩterceſſerit gaudio a critone cli cerium eẽ ciuẽ & chremetis filiã. Metũ cũ dicit de carino: hoccine ẽ credibile tãta uecordia cuiquã innata: ut ſciet: ut malis gaudeat. Itẽ de Dauo cũ Pãphilo quærebat̃ ut uindictã inferret: atqꝫ hoc cõfiteor merito mihi cõtigiſſe: qm̃ ita inhers ſum: tam nullius cõſilii: & de chremete: de quo ait Thais opus eſt ꝓno: quẽ defenſorẽ paro attolle pallium. Suſpitionẽ: Simo explorãs filii uitã prima luce exurgebat: & uenientes ſeruos ĩterrogabat: quis heri chriſidẽ habuiſſet. Deſideriũ: cupiditas rei abſentis: ut de menedemo q̄ filii Cliniæ aduẽtũ cõſiderabat: ut æneas inqt. O paſſi grauiora dabit deus his quoqꝫ finem. Diſſimulationẽ: hic ponitur generaliter ꝓ oĩ ſimulatione: ut Simo ſimulat nuptias futuras: cũ inqt iſtec ĩtro afferte: abite. Soſia ades dũ paucis te uolo. Miſericordiã: ut apud Ver. de amiſſis ſociis inqt: nũc amici caſum gemit & crudelia ſecũ fata lycei: Varietatẽ uenit crito ad hæreditatẽ Criſidis cõſequẽdã: qui aduẽtu ſuo cũcta uariauit. Inſperatũ incõmodũ ut de ænea qui ĩ italia quietẽ ſperabat & paſſus eſt bella: Cõmutationẽ fortunæ: ut ſi quis forte cõſecutus eẽt uictoriã de hoſtibus: & mutatione fortunæ ꝓfligaret̃. Letitiã ſubitã ut æneas quẽ queritis adſum troius æneas. Iucũdũ exitũ rerũ: hoc in oĩbus comœdiis ſeruat̃ earũ ꝓpriũ infœlicẽ ſtatum reducere. Verũ exercẽdo: tacitæ quæſtiõi occurrit: nã poſſet quæri has ꝑtes lẽtius intrare ad cognitionẽ ſine oppoſitione exẽploꝝ: illud qđ ad ueritatẽ ꝑtinet diffinitio orõnis oratorie quæ ſemꝑ res ueras cõtinet. poeticũ. n. factũ eſt: ſed ſi querat̃ ſi poſt exordiũ ſequat̃ ſemꝑ narratio reſpõdendũ eſt. Cõſiderãda ſunt genera oratoria: qa in demõſtratiuo & deliberatiuo narrationẽ nõ poſſe fieri ꝑꝑ diſcõuenientiã tẽporũ: niſi ad ꝓbationẽ & cõfirmationẽ id fiat in iudiciali regulariter ſemꝑ ſequet̃ exordiũ: niſi forte ſit remouendus aĩus auditoris: iã ꝑſuaſus ꝑ ſuſpitionẽ aliquã ut eſt apud Ver. O reginã nouã uſqꝫ partas uetere ꝑdas. Volẽs. n. Diomedes declarare ꝓfectionẽ troianoꝝ ĩ italiã prius remouit ſuſpitionẽ per cõfirmationẽ: deĩde narrauit. Sciendũ eſt præterea ſecũdũ Quin. qttuor modis nõ eẽ opus narratione. ſ. qñ eſt iniecta ſuſpitio: ut dictũ eſt de ilioneo: aut in re breui. aut qñ res ẽ cognita & uulgata aut in reſponſione. Tres res cõuenit. n. ꝓpter uarios effectus narrationis. nã breuis eſſe debet ꝑꝑ memoriã: dilucidã ꝓpter ĩtelligentiã ueriſimilis ꝓpter credulitatẽ ut & auditor ꝑſuadet: qui qdem effectus nõ ſeſe aliter hr̃e uident̃ cũ orõne q̄ ſicut ſe habet ſanguis cũ corpore: diffuſus. n. eſt ꝑ oĩa mẽbra: ita & quælibet pars orõnis breuitatẽ diluciditatẽ. & ueriſimilitudinẽ hr̃e debet: ꝑterea ita neceſſarii ſunt: & inuicẽ cõiũcti ꝙ quẽadmodũ uidemus ſanguinẽ hr̃e uarias cõditiones. hic qa eſt rubeus: calidus: & liquidus: & ita qlibet locus & punctus orationis eoſdem cõiunctus ſeruaĩ e uidet̃: & notãdũ quod breue aliqd nõ ꝑ uerba cõſiderat̃: ſed ad neceſſitatẽ. nã breuis res appellat̃ illa in qua ſunt neceſſaria: & omittũtur ſuꝑflua: unde totus Ver. breuis eſſe dicit̃. licet pluribus carminibus ſcriptus ſit. Fieri oporteat̃ ſcimus: facit attẽtũ auditorẽ: eo ꝙ oĩbus neceſſaria ſũt: & ꝓdeſſe uidẽt̃: nõ ſolũ orõnibus: ſed etiã ĩ quotidiana loquẽdi cõſuetudine. unde neceſſe erit: hoc ꝑtinet ad prĩcipiũ ꝓpĩquũ: ꝙ ꝓpriũ ẽ huius narratiõis hoc mõ. Rus ꝓficiſcenti miloni cũ uxore ĩ curru uecta & cũ ſeruis ſimphoniacis ſequẽtibus occurrit Clo. armatus: & ſi nõ ab ultĩo initio tãgit prĩcipiũ remotũ ꝙ apud oẽs ſcriptores recte loquẽtes uitioſum eſt: de hoc Hora. ita inqt. Nec bellũ troianũ gemino exordit̃ ab ouo: falſum ſiqdem fuiſſet ſi diceret Clodius ciuis ꝑſtãtiſſimus in urbe romana: is uxorem duxit fortiſſimam: & nuptias magnificas fecit: ex ea autem ſuſcepit filium nomine Clodium qui cum capitali odio a milone diſcederet ei inſidias tetendit: quem tandem rus ſine armis proficiſcentem gladio confodit. Ab ultimo initio a principio remoto: nã quælibet res dicitur habere duo initia: ꝓpinqua: & remota: & ſimulatum: ſcilicet dicendo res in ſumma redactas: & pertinet ad mediam narratioem. Non particulariter. quod uitioſum eſt: ut narrare ſingulos ſeruos quomodo eſſent armati. Et ſi non ad extremum: tangit finem remotum qui uitioſiſſimus eſt quale hoc occiſo Clodio fecit milo eum diſtrahi: & ſub paleis ſcpeliuit ſine ullo honore ſepulturæ

animorũ diſſimilitudinẽ: grauitatem: lenitatem: ſpẽ: metũ: ſuſpitionẽ: deſideriũ. diſſimulationẽ: miſericordiã: rerũ uarietates: fortũæ cõmutationẽ: ĩſperatũ incõmodũ: ſubitã leticiã: iucũdũ exitũ rerũ. Verũ hæc ĩ exercẽdo trãſigent̃. Illud uero qđ ad ueritatẽ ꝑtinet qũo tractari cõueĩat apiemus. Tres res cõuenit hr̃e narrationẽ: ut breuis: ut dilucida. ut ueriſimilis ſit: q̄ qm̃ fieri oportere ſcimus quẽadmodũ faciamus cognoſcendũ eſt.

## De breui narratione.

Rem breuit̃ narrare poterimus: ſi ide incipiemꝰ narrare uñ neceſſe erit: & ſi nõ ab ultĩo initio repeter̃ uolemꝰ: & ſi ſũati ñ ꝑticulati narrabimꝰ: & ſi ñ ad extremũ: ſed uſqꝫ eo quo opꝰerit

Sed uſq; : eo tangit finē ꝓpinquū ꝑ neceſſarius ē hoc mō purgabāt ad inuicē Clodius & Milo q cū ſe tuereť clodiū occidit: & ſi tranſitionibus nullis: quales ſunt hæ occiſus eſt Clo. ante fundū gracchorū: quē uxor illius ꝓ dote dederat. Et nō deerrabimus: hoc idē ſignificat: qđ ꝑcedēs ſed dictū eſt ꝑ ephexegeſin ad maiorē declarationē. Et ſi exitus rerū: uitioſum. n. eēt dicere pamphilū glicerium grauidā feciſſe: & ex ea filiū ſuſcepiſſe cū ex ipſo exitu: hoc ſit ex ipſo partu intelligať eā prius fuiſſe grauidā. Non mō obeſt: ut ſi dicať milo ēt patus uenerat: & cū occurrerūt ſibi: clodius nihil dixit: ſed expectauit quod poſſet eū gladio attingere: & ita eū occidit. Sed ēt id quod neq; adiuuat: hoc mō erat clodius in equo apulo: & albo: & habebat caudam uictā egregie de cenodeť: pareť; quod genus quale eſt hoc ac ſi diceret: uerbi gratia. Ne ſæpius: & idē dicamus: milo īermis uehebať in curru: q cū ueniſſet ad eū locū ubi Clodius latebat deſcēdit de curru: ſed qa erat īermis: ut dixi: nō potuit ſe defendere. Deīceps dicať hæc ꝑtinet ad ſn̄ias. nā repetere finē orōnis præteritæ per colorū gradationē honeſtū eſt: qa fit ꝑ uerba. Megara ciuitas eſt: de qua fuit euclides. Veſperi: dictus ꝓ ablatiuo poſitus. ſed ē notandū in narratiōe ſecūdū Quin. qđ minus longa ſit diuidēda ē ꝑ tres partes. ſ. ꝑ ea q̄ facta ſunt oſtēdam uobis quomodo Clo. armauit ſe deīde inſidias quomodo fecerit: poſtea quemadmodum a milone occiſus eſt.

pſequemur: & ſi trāſitionib⁹ nullis utemur: & ſi nō deerrabimus ab eo qđ cœperimus expōere: & ſi exitus rerꝫ ita ponemus: ut añ quoq; quę facta ſint ſciri poſſint tametſi nos reticuerim⁹. Quod gen⁹ ē: ſi dicā me ex ꝓuicia rediſſe. ꝑfectū quoq; i ꝓuinciā intelligať: & oīno nō mō id quod obeſt ſed & id quod: neq; obeſt: neq; adiuuat ſatius ē præterire: & ne bis: aut ſepius idē dicamus. Cauendū eſt etiā ne id quod ſemel ſupra diximus deinceps dicamus hoc mō. Athenis megarā ueſperi aduenit ſimo: ubi aduenit megaram inſidias fecit uirgini īſidias: poſtquā fecit uim in loco attulit.

De dilucida narratione.

r Em dillucide narrabim⁹ ſi ut q̄cq̄d primū geſtū erit: ita primū exponem⁹: & rerū: ac temporum ordinem conſeruabimus. ut geſtæ res erūt aut potuiſſe geri uidebunť. Hic erit cōſiderandum ne quid perturbate. ne quid contorte. ne quid ambigue. ne quid noue dicamus. neq; in aliam rem tranſeamus: ne ab ultimo repetamus

r Em dilucide: ita primū exponemus: ac ſi diceret ſi narrabimus ordine naturali: qđ eſt ꝓpriū oratorꝫ. Artificialis aūt poeticus eſt: quē ſeruauit egregie Vir. facit enī initiū ab abitu æneæ de Sicilia: deīde appulſum tēpeſtatibus ad litus carthaginis: & ita apud dido ē: reſumit pricipiū narrādo ei exitū urbis troiæ cū ordo fuiſſet primo diceť euerſionē troiæ. deīde aductū ſuū i ſiciliā: poſtremo ī italiā. Aeq; ſeruabimus: aliq dicūt hoc eē idē cū ſupiori ꝑ ephexegeſin: aliq dicūt dilucidā eē orōnē ei iūgemꝰ noīa ordīalia & ſignificātia tēpus: cur re ipſa: & cū negocio hoc mō dicā primū: ut ſe armauit Clo. ſecūdo: qūo fecerit īſidias milōi: poſtrēo qūo a milōe occiſus fuit. Ne qd pturbate. pturbate qdā dicūt cū iracūdia & furoř nimio: qa ītus aīus īpedit: ne ordo ī narratione ſerueť: ſed cōfuſionē uideť facere: qđ certe hic nō uideť eē: qm̄ orator debet eē uir bōus: qnīmo ītelligēdū ē pturbate q̄tū ad locationē uerborꝫ: qa qñ nimiū turbata ē facit obſcuritatē hoc mō cū dicat Ci. ſi qd ē ī me īgenii iudices: ꝙ ſentio quā ſit exiguū obſcurū eēt: ſi diceremus ſi qdē ē ī me exiguū: ꝙ ſentio q̄ ſit īgenii. Neq; noue: ſecundū ſn̄iam Octauiani: q ſcribēs ad quoſdā ſuos nepotes iuſſit nouitates uocabulorꝫ nō ſecus euitādas eſſe q̄ ſolent ſcopulos nauigātibus: quale eēt ſi uelemus dicere. decre. ſenatus nullo mō curo & diceremus dephe & geruſia; ſuſq; deq; fero: qa dephe ſignificat decretū geruſia ſenatū: ſuſq; : deq; fero: negligo ne qd cōtorte: & īmoderatis metaphoris hoc mō addidiſti mihi rebus tuis quādam muſcam ad legendū: muſcā ꝓ ſtimulo intelligens: quæ ſolet mordere canes: ſi quidē cōtorta dicuntur ea q̄ uidenť ꝑ uim dumtaxat remorū confecta ſicut & cōtra lēnos. Et ſuauis in quā uidemus uocabula fluere: quaſi quodā melle dicitur uenire in elaboratis: quia auditor: uel legens nihil uidet in intelligendo elaborare: ꝑterea ſicut cū prudentia facta eſt uocatur oratio: cana: ſi cum grauitate dicitur ueniſſe cū ſenectute. Ambigue. Ambiguū eſt qđ pōt ad plures ſn̄ias trahi q̄le ē hic aīo re eacide. Romanos uīcere poſſe & itē hoc ſi uultis diligēter aſpicere o iudices: patet Clodiū īuaſiſſe Milonē Dilucidū aūt eēt ſi diceret ꝑ iudicatiuū hoc mō: ſi diligēter cōſideratis iudices manifeſtū eſt quēadmodū Clodius īuaſit milonē. In aliā tranſeamus rē hæ ſunt regulæ breuitatis ſupius datæ: ſi qdē etiā ꝑtinet ad diluciditatē ab incœpto nō digredi: ꝙ ſi tranſitio fiat in rē nō neceſſariā efficit confuſionem. Ab ultimo repe. ꝑtinet hoc ad pricipiū remotū: ꝙ eſt uitioſum a propinquo enim incipiendum eſt: ut ſupra diximus: & eſt ꝓpinquum illud a quo tota cā dependet. Vltimo autē dixit ꝓ pricipio: nec debemus mirari: qa cuiuſlibet rei duo ſunt: ultima ſiue extrema. ſ. pricipiū & finis

Longe proſequa. pertinet hoc ad finẽ remotũ. Nequid ꝙ ad rẽpu. hoc eſt ne ea quæ neceſſaria ſũt prætermittamus: ſed hoc nõ ſolũ in narratiõe: ſed in tota orõne ſeruatur hoc pacto Milo inermis in rheda cũ uxore & ſeruis ſimphoniacis: & cũ ueſte telari ad uillam ꝓficiſcebat̃: cũ nõ paulo ab urbe diſceſſiſſet Clodius occurrit armatus de ſeruis armatis cõſpicatus: quẽ Milo cũ ſe defẽderet gladio interemit: obſcure aũt dixiſſet hoc mõ Milo ꝓficiſcebat̃ rus. cui Clodius occurrit in itinere: & ita inuicem impetũ fecerũt. Breuior eo dilu. oĩs. n. ſupfluitas dicendi audientibus affert obſcuritatẽ:

ne longe perſequamur ne quid quod ad rem pertineat: prætereamus & ſi perſequemur ea quæ de breuitate præcepta ſunt. Nã quo breuior: eo dilucidior: & cognitu facilior narratio fiet.

De ueriſimili narratione.

u Eriſimilis narratio erit: ſi ut mos: ut opinio ut natura poſtulat dicemꝰ: ſi ſpacia tẽpoꝝ pſonaꝝ: dignitates: cõſilioꝝ: rõnes locoꝝ oportunitates cõſtabãt: ne refelli poſſit: aut tpis parũ fuiſſe: ut cãm nullã: aut locũ idoneũ nõ fuiſſe: aut hoĩes ipſos facer̃: aut pati nõ potuiſſe. Si uera res erit: nihilominꝰ hæc oĩa narrãdo cõſeruãda ſunt. Nã ſæpe ueritas niſi hæc ſeruata ſint fidẽ facere nõ põt. Sin erũt facta eo magis cõſeruãda erunt.

nec debet nos mouere: quod ait Hora. Breuis eẽ laboro: obſcurus fio: qa uidet̃ capere eos poetas qui breuitatẽ ſequũtur: qm̃ duplex ẽ breuitas. Vna in qua omittũtur res neceſſariæ: & ea quæ ad rẽ ptineãt: & de hac loquebat̃ Hora. alia ẽ breuitas laudata in qua nihil requiſitũ omittitur: & hæc eſt quæ narrationem efficit clariorem.

u Eriſimilis narratio credibilis ꝓbabilis: & cui adhibet̃ fides hoc. n. mõ apud phõs & oratores exponit̃: aliter aũt apud dialecticos ſignificat: nã ipſi uocant ueriſimilia: ꝙ neceſſario cõſeqt̃. hæc aũt tertia pars plus momẽti dẽt: & in narratione q̃ cæteræ duæ ad pſuadẽdũ. nã ex hac tota cã pendet: quæ ſi moueat̃ oẽs res & argumẽta fruſtra ſũt poſita in qua quodã ueriſimilitudine cõficiẽda cõſiderãdæ ſunt quædã circũſtãtiæ negotiis ipſis accedentes. q̃ in hoc uerſu poſitæ ſunt. Quis: quid: ubi qbus auxiliis: cur: quõ: qñ. Quale genus eſt: Clodius pria luce ciuitatẽ exiuit armatus ſeruis cõſtipatus in agro Mecœnatis inſidias miloni tetendit eo cõſilio ut eũ occideret metuens ne ſibi in petitiõe tribunatus ĩpedimẽto foret: põt tñ narratiõe ueriſimilis eſſe ſi oẽs nõ eſſent: ut apud Vergi: de Pigma. Impius ante aras: & cætera. Vt mos: mos eſt cõſuetudo longa cũ oĩum cõſenſu approbata: ut hic eſt: Scipio uxorẽ duxit nuptias fecit: ut ex ea filios hr̃et. cõtra morẽ aũt diceret̃ hoc mõ. Papa mortuus eſt: teſtamẽtũ fecit: & nepotes filios in papatu hæredes reliqt. Vt optio: quæ eſt de aliquo hoĩe æſtimato: ut Cæſar magni animi uix ex urbe diſceſſit cũ Põpeio ſocero ſuo cõflixit: ut ſe toti italiæ principẽ faceret: cõtra aũt diceret̃ Cæſar ĩperator maximus arma depoſuit: & religionẽ ingreſſus eſt: aut epus cyprius uir magne religiõis relicto epatu ad militiã ꝑfectus eſt. Vt natura: eſt aũt natura uis quædã ingenita illi de quo loqmur hoc mõ. Clamãt diſcipuli oẽs hodie nõ eſſe legendũ: qm̃ hic dies feſtus ſit: & ab oĩbus celebrat̃. pueros. n. oẽs ab laboribus libẽter uacare manifeſtũ eſt. contra aũt eẽt puer hic nullus laboribus fatigatus. nullis ſpectaculis delectat̃. a ſenis latere nũq̃ digredit̃: nec a ſuo ſtudio ceſſare uiſus eſt. Sed eſt notãdũ quod ſi aliqd narraret̃. contra mores opinionẽ & naturã dici uideat̃: confugiẽdũ ẽ ad ꝓlepſim: & quãdã præoccupationẽ: & ita loquendũ eẽ de ea re incredibili: ut nõ ex opiniõe: ſed ex admiratiõe dictũ eſſe potius uideat̃: quã rẽ egregie ſeruauit beatus Hieronymus: q ita inqt leænã ꝓ hoĩe dimicaſſe: & quale hoc eſſet. Quis crederet puerũ decẽ annoꝝ tãtope bonis artibus delectari: ut a ſtudio earũ: neq; dies: neq; noctes demoueri poſſit. ego quoq; uehemẽter admiror. Spacia tempoꝝ tangit circũſtantiã: quæ dicit̃ qñ ut uuæ maturæ in mẽſe ſeptẽbri collectæ ſunt. Perſonarũ dignitates. i. cõuenientias & decoꝝ cuiuſq; perſonæ: & eſt circũſtantia: quis: ut iuuenis guloſus inſidias fecit uirgini: & ex taberna meritoria exire uſus eſt: & auarus qdam furtũ fecit in urbe maximũ. Conſilioꝝ rõnes tangit: cur Cæſar cũ Pompeio bellũ geſſit: ĩperiũ urbis cõpararet & Clodius Miloni inſidias tẽdebat: ut eũ opprimeret metuẽs: ſi uiſiſſet: ne ĩ tribunatu cõſequẽdo ſibi ĩpedimẽto foret.

Locoꝝ oportunitas tãgit ubi Clodius poſt quãdã ſepẽ delituit: ut facilius ĩ cautũ milonẽ aggrederetur. Refelli poſſit: qa ſi circũſtãtiæ ꝑdictæ ſunt: non eſſent ueriſimiles: facile argumẽta ab aduerſariis diſſoluerent̃. ſ. dicendo. Temporis parum: ut ſi dicetur uuas in tempore maii maturas nõ inueniri: qm̃ pauloante uites eſſent putatæ. Cãm nullã: hoc eſt contra illud conſiliorũ rõnes: ut ſi diceret̃ Clodiũ nullã cãm habuiſſe: quapropter miloni debuiſſet inſidias facere. Locum idoneum hæc omnia ſunt ex parte aduerſarii: ut hic quomodo Clodius potuit latere poſt ſepeculam quoniã milo per latos campos: & uacuos ſemp iter habuiſſet. Aut hoĩes ipſos facere hoc mõ iuuenis quidam armatus per ſiluam proficiſcebatur: quẽ ſenex incuruus tremẽs: & ſolo baccilio ueſtigia ſuſtẽtans ſua audaciſſime aggreſſus eſt. nã hoc quidẽ ſenex facere: neq; iuuenis pati ullo mõ potuiſſet. Nihilo magis: multo magis. Hec omnia ſeruanda ſunt. ſ. quæ de circũſtantiis dicta ſunt. Fidẽ nõ põt facer̃: quale fuit de leæna ſuperius dictũ. fides aũt ſignificat firmã opinionem & itẽ illud ouidii

de thyſbe: audacē faciebat amor: nā ueriſimile nō erat puellam uirginem tp̄e noctis oberrare: niſi amor maximus impuliſſet. De his rebus caute: qa ſi tabulæ & auctoritas alicuius interfuerit plus ualet quā cæteræ res: quod ſeruauit Ci. p̄ Archia. nā cū Gracchus negaret ip̄m eſſe ciuē heracliæ: qm̄ ipſe græcus eſſet: & heraclia eſſet ciuitas in italia: ſi quidē relictus erat hæres: & eā hæreditatē haberet: nō poterat niſi ciuis fuiſſet Ci. hoc mō a teſtibus p̄bauit: adeſt Lucullus ſūma religione & fide præditus q̄ ſe nō opinari: ſed ſcire nō audiuiſſet: ſed uidiſſe: nō īterfuiſſe: ſed egiſſe cām dicit.

De hís rebus caute cōflígendū eſt q̄bus í rebus tabulæ aut alícuiꝰ firma auctoritas uidebit̄ īterfuiſſe. Adhuc q̄ dícta ſunt arbitror mihí conſtare cū cæterís artíſ ſcríptoribus: níſí quia de ínſínuatíonibus noua excogitauímus: quod eā nos ſolí p̄ter cæteros í tría tempora díuiſimus: ut plane certam uiā: & p̄ſpícuā rōem exordíorū haberemus. Nūc quod relíquū eſt: quoniā de rerū inuentiōe díſputādū eſt: in qua ſíngulare cōſumit̄ oratoris offícíū: dabímus operā: ut níhilomínus íduſtríæ q̄ reí utílitas poſtulabít quæſiſſe uídeamur: ſi príus pauca de cauſarum díuiſione díxerímus.

De díuíſíone cauſarum.

c Auſarū díuíſio ín duas p̄tes díſtríbuta ē. Prímū perorata narratiōe debemus apíre quíd nobís cōueníat cū aduerſaríís: & q̄d í cōtrouerſíís relíquat̄: ſí ea q̄ nobís utilía erūt cōuenīet hoc mō. Interfectā eſſe matrē ab Oreſte cōuenít̄

Adſunt heracliēſes ciues nobiliſſimi hoīes huius iudicii cā cū mandatis: & publico teſtionio uenerūt q̄ hūc aſcriptū heraclienſem dicūt. Confligēdū: aūt cōtendēdū: & eſt uerbū militare. nā ita oratores in foro cōtēdere ſolēt ſicut ī caſtris īperatores. Adhuc quæ dicta ſunt tractata narratiōe cum ſuis regulis: & oībus reqſitis ſubiicit quā dā cōuenientiā & diſcōuenietiā cum cæteris ſcriptoribus græcis. Adhuc hucuſq̧: alias ſignificat rurſus. Conſtare: cōuenire: & cū maxima moderatione loquit̄. nō. n. arrogāter dicit ſi melius feciſſet q̄ cæteri: ſed dicit ſe cum aliis ferme cū oībus cōuenire. Si qdē cū illi materiā turpē habērēt generalit̄ dicebāt ab eo quod diſplicet ad id quod placet cōfugiēdū eſt. Ci. autē hoc nō diſcōuenit: neq̧ negat hoc fieri nō oportere: ſed diſcōuenit in mō p̄cedēdi: & tractādi regulas inſinuatiōis. nā qd̄ illi una regula cōplexi ſūt ipſe in tres p̄tes diuiſit: & unāquanq̧ diligētiſſime p̄ſecutus ē: cū cæteris artis ſcrip. ſ. græcis: ut fuit Socrates Ariſtoteles: Plato: Socrates: & præceſſores: alii. nā añ Ci. nemo unq̄ ſcripſerat latine de arte dicendi: niſi qa hec eſt diſcōuenientia. Noua excogitamus: agitando inuenimus. noua aūt: qm̄ ad mediū tractādi & p̄cedendi: qa illi breuiter ego copioſius de inſinuatione tractaui. Plane certā qua nō fallemur. Exordiorꝝ: pluraliter dixit p̄pter duo genera. ſ. apta & īſinuata. Nūc quod reliquū. i. quod reſtat. ſ. de reliquis p̄tibus orōnis. De rerū inuētione: illæ de cōfirmatione: & cōfutatione: & notādū quod eas ſolas appellat res q̄ſi certa argumēta: qm̄ in eis cōſtat tota uictoria: & eſſentialis totus finis orōnis: ſi qdē ē effectus earꝝ & p̄batio: ut ſupius dictū ē: unde ipſe paulo poſt dicturus ē tota res uincēdi rōq̧ p̄ſuadēdi cōſtat in cōfirmatiōe & cōfutatiōe. Diſputādū diſputata dicimus diligēter: & acute tractata: & in q̄bus neceſſaria tātūmodo collocata: & abſciſſa ſupflua ſūt. Cōſumitur cōprehēdit̄ totū. Nihilominus induſtriæ: hoc dicit tātopere laborabo qd̄ uidebitur mihi ꝙ poſſis proficere in qua eloquētia: in qua re facit & beniuolū: & attentum.

/ Iuiſio cauſarū petire: addidit cauſarū: ut ſeparet diuiſionē oratoriā: quæ ī cauſis uerſat̄ a d diuiſionibus dialecticorꝝ q̄ totū in ſpēs: & etiā a diuiſione colore: de qua ī q̄ttuor li. dicturus eſt diuiſio cauſarꝝ: quæ ſeparat cōueniens ab in cōuenienti. auditis iudices hūc petere pecuniam: ego uero fateor me accepiſſe: ſed dico me reddidiſſe quod ille negat: & tunc ſic diffinit: diuiſonē noſtrarū: & aduerſarii p̄poſitionū cum quodā ordine collata expoſitio. Fructus autem eius eſt: ꝙ animus auditoris alienat & memoriā cōfirmat peroptime: ſed paruā uim habet ad p̄bationem. Perorata narra. i. finita. nā & p̄oratio ſignificat aliquādo cōcluſionē: & in hoc latenter demōſtrat diuiſionē tertiū locū obtiere in orōne. Cōueniat cū aduer. Agamēnon relicta domi uxori clytēneſtra ad troiā p̄fectus erat: ea cū forte Oreſtes filius abeſſet cū ægiſto cognato Agamēnonis cōcubuit: quo admiſſo de morte uiri cogitare cæpit: cū igit̄ domū rediſſet occiſus eſt: regnauit itaq̧ aliquod annos adulter cū clytēneſtrā: ſed Oreſtes cū p̄ueniſſet ad ætatē adultā matre adulterā occidat: accuſat̄: & ad iudiciū p̄ductus eſt: poterit igit̄ accuſator narrātis his rebus p̄dictis deligere id quot nō pōt negar̄: accuſat̄ mō: id utile ſibi uideat̄ hoc mō ex p̄te accuſatoris nō negat Oreſtes o iudices ſe matrē occidiſſe ſuā: ſed dicit id ſibi licuiſſe. ego uero dico eū male feciſſe: qm̄ cōtra pietatē eſt matrē ſuā occidere: ſi qdē hoc cōuenit cū utroq̧ ne pōt negare eſſe factū. Præterea utile ē accuſatori: qm̄ offendit is pietatē q̄ matrē occidit. Cōtra aūt dixiſſet Oreſtes a clytēneſtra occiſum eſſe patrē: ſeq̧ illū eſſe uictū: q̄re dicit bñfeciſſe: ego uero nego eē factū. nā hoc noceret accuſatori qm̄ hoc utile eſt Oreſti cū pietas ſit patrē ulciſci. Itē ex cōtrario: ex p̄te Oreſtes hoc modo nō negat

mihi cũ aduerſariis iure fecerit & licuerit ne face
re in cõtrouerſia. Itẽ econtrario Agamẽnonẽ eſſe
Clytẽneſtra occiſũ cõfitent᷑: cũ id ita ſit me ulci
ſci parẽtem negãt oportuiſſe. Deĩde cũ hoc feceri
mus diſtributiõe uti debemus. Ea diuidit᷑ in du
as ptes: enũeratiõnẽ & expoſitiõem. Enumeratio
ne utemur: cũ dicemus nũero: quot de rebus di
cturi ſumus eã pluſq̃ triũ partiũ numero contine
ri non oportere nã & periculoſum eſt: ne quando
plus minuſue ut dicamus: & ſuſpitionem affert
auditori meditationis & artificij: quæ res fidem
abrogat orõni. Expoſitio ẽ cũ res qb⁹ de reb⁹ di

aduerſaria Clytẽneſtra prẽm meũ occiſũ fuiſſe: ſed dicũt me prẽm meũ ulciſci non debuiſſe. Ego
uero dico me iuſte feciſſe: q̃ pietatẽ erga prẽm ſuaueri. Delegit quoq; Oreſtes rẽ: quã aduerſarius
nõ pt negare. & ſibi affert utilitatẽ: cõtra aũt dixiſſet: dicũt aduerſarii me mrẽm occidiſſe: ego ue
ro nego id eẽ fcm̃ a me: uerũ dico me eã occidiſſe ut prẽm meũ ab ea occiſũ ulciſcerer: hoc. n. tam
& ſi cõueniat cũ aduerſariis: tñ nõ affert Oreſti utilitatẽ: qm̃ cõtra pietatẽ eſt: firmare ſe mrẽm occi
diſſe. Iure fecerit: ſm leges ſcriptas. Licuerit. ſ. ius diuinũ. Agamẽnonẽ: bñ elegit uocabulũ: qđ au
ditores ſẽp gratũ hũerãt: & uenera
bilẽ ſiqdẽ plus pietatis hẽt q̃ ſi dixiſſet
regẽ: ſicut apđ troianos gratum erat
Priami nomẽ magis q̃ regis: & ita lo
quit᷑ ac ſi diceret. Clytẽneſtra occidit
eũ q fuit nobis ſẽp gratiſſimus & ue
nerabilis. A Clytẽneſtra: ac ſi diceret
q̃ ẽ tã ſcelerata & tã horribil᷑ ſiqdẽ &
ĩ hoc ĩdixit pl᷑s odii q̃ ſi dixiſſet reginã
Diſtributiõe uti: hæc ẽ ſecũda ps diui
ſiõis. ĩ q̃ qdẽ dicẽdo. Vti poſſemus:
oñdit q; hæc ſcda ps ſemp poſtponit᷑
qñ pcedit ſepatio cõuenictis ab ĩcõue
nicti: hoc ẽ qñ demõſtrauimus qd cõ
ueniat & diſcõueniat nobis cũ aduer
ſariis neceſſariũ ẽ: ut ſeqt᷑ hæc ſcda ps
p quã oñdamus uerũ eẽ id qd diſcõue
nit: & ut pbemus id qđ negat᷑ ab ad
uerſariis hoc mõ. Dico iudices a Cly
tẽneſtra prẽm meũ eẽ occiſũ: qđ ẽt aduerſarii cõfitẽt᷑: q̃re cũ ego patrem meũ ultus ſim: dicunt me
male feciſſe: ego aũt trib⁹ rõnibus oñdã uobis me iuſte feciſſe: & itẽ hoc nõ negat aduerſarius me
us ſe pecunias a me mutuo accepiſſe: ſed dicit ſe mihi reddidiſſe: ego uero tribus rõnibus oſtendã
eas nõ accepiſſe: ſed ſi nõ pcedit illa ps: q̃ ſepat cõuenicts ab inconuenicti poſſimus uti ſimpl᷑r. hac
diſtributione hoc mõ. ſi ad hãc huius hoĩs cõditionẽ explicãdã oſtẽdã uobis genus: nobilitatẽ: ho
nores. magiſtratus in enũeratiõe. ſ. oſtendẽdo p noĩa numeralia: de quot rebus ſumus dicturi: ut
prĩo dicã de ſnĩa rei militaris: ſecũdo de fortũa: tertio de auctoritate: poſtremo de uirtute. Expoſi
tionẽ. ſ. dicendo q̃les res ſint: de qbus ſumus dicturi: q̃le ẽ oſtendã uobis hoc poſſe fieri iure: con
ſuetudine: æq̃tate. Triũ nũero: dat hic q̃dã doctrinã: dictũ: aſſignat rõnes huius pceptiõis: q̃ qdẽ
Cice. nõ ſunt. nec ſũptæ ſũt ex medio foro. & ab exercitatiõe. ſed ab angulis ſcholaꝵ: & ab ĩperitia
magiſtroꝵ: q ſibi in legendo cõtingebãt: ppter quã exercitationem ita ẽt in foro cæteris eueniret.
Minuſue dicã: hæ ſunt rõnes quas efferebãt: prĩa erat. q; pluſq̃ tres res pollicebimur. utputa ſi dice
remus nos quattuor uel qnq; rõnibus cãm noſtrã eſſe pbaturos incurrebat hæc ĩcõmoda: ne for
te p rõnes aduerſarii: uel dũ ipe oraret aliqđ argumẽtũ ueniret ĩ mẽtẽ qđ plus uiriũ hẽret q̃ ea quæ
eẽnt excogitata: & qm̃ eſſemus polliciti dicere ſolũ q̃ttuor uel quĩq;: nõ poſſemus uti ea rõne ex tẽ
poraria. Scda rõ erat: q; dicebat piculoſũ eſſe ſi polliceremur plura poſtea pp memoriã obliuiſce
remur: & pauciora diceremus q̃ in diuiſiõe eẽmus polliciti. Tertia rõ ẽ: q; illæ multæ orões exco
gitatæ faciũt ſuſpectũ oratorẽ: ne meditatus ſit domi aliqua mẽdacia. & ita ea dicat magis p falla
cias: & oſtẽtationẽ artis q̃ ad ueritatẽ: ſed certũ ſtultũ ẽ auctoritate harũ ratiuncularũ nõ trãſire nu
merum trinarium: primo contra primam rõnem: qa licitum eſt cuiquã ornati addere: ſiquidẽ in
mentẽ uenerit: cũ licentia auditorem hoc mõ non deliberabã iudices niſi tres rõnes afferre. Verũ
licentia ueſtra: qm̃ uos attẽtos uideo: alterã rõnem uobis oſtendã: quæ mihi interdicendũ occur
rit. dicit. n. Quin. licere cuiq̃ addere quicquid uelit: ſi aliter nõ poteſt comparari uictoria: & quo
q; pro honeſtis ratiõibus eſſe uincendum. Præterea contra ſecũdam rationem ſunt ferme omnes
Ci. orationes. Nam pro imperio pompeii orans quattuor dicit eſſe in bono oratore neceſſaria: &
Rhetorica ait ſex eſſe oratoris officia. Præterea inuentiõem in ſex ptes eſſe diuiſam: nec unq̃ orãs
metuit ne multitudini reꝵ dicẽdarũ ſuccũberet. Quippe uir bonus & dicendi peritus: cui eſt me
moria neceſſaria ſine ea orator nemo pfcũs eſſe põt. Contra ultimã rationẽ mittitur eadẽ diffini
tio orationis. Nam ſi orator eſt uir bonus ſuſpitionem mẽdacii aut cuiuſq̃ fallaciæ auditorib⁹ mo
uere non debet: quinĩmo inquit Plutar. parum prudens is exiſtimatur: qui accedit ad orandũ niſi
prius domi ea quæ dicenda ſunt excogitauerit: quod per auctoritatem Demoſthenis comproba
tũ eſt: ter. n. rogatus ut in ſenatu athenienſiũ ſententiam diceret ſuam: ter reſpondit. non. n. præ
meditatus ſum. Prius dicamus: ſiquid interdicendum uenerit in mentem: uel ex uictis aduerſario
rum aliquid dicendũ occurrat. Minuſue. propter paruã memoriam. Suſpitionem meditationis:
quæ fallaciã aliquã uel mendacia uidetur afferre. Artificii: quia ſignum eſt oratiõs. Abrogat: re
mouet. Exponemus. hoc uocabulo declarauit quare appellatur expoſitio. Sumus dicturi. hoc par
ticipio futuro oſtendit in diuiſione dicẽdũ eẽ breuiter: qa diffuſius tractãt in confirmatione futura

Breuiter aūt dixit tā ad uocabula q̄ ad ſentētias. Ad uocabula quādo dicimus ſine aliquo circui-tu uerborū: ſed meris uocabulis utimur: ut dicturus ſum de uirtutibus Pōpeii: & de laudibus: & de nobilitate. Vicioſū āt eſſet dicere loco nobilitatis dicturus ſū: de huius uiri antiq̄ ꝓcreatiōe. Per tot dicta uiros antiq̄ ab origīe gētis. Ad ſn̄ias. ī ſn̄ias dicimus breuiter ſi ſupflua omittamus hoc mō. quō potuit cōmittere furtū: q̄a ea die ī urbe nō fuit: ſupfluū aūt fuiſſet dicere eū nō potuiſſe furari. Vicioſū. n. ē ꝑ plura dicere qđ ꝑ pauciora cōfici pōt. Præterea ſpecies cū genere ponendæ nō ſunt: ut ē dictū de uirtute & de induſtria; neq̄ cū toto ꝑtes cōmiſcere debemus. Abſolute ꝑfecte ad ſn̄ias tā tū ꝑtinet. hoc mō dicā de hoc uiro: ꝙ neq̄ uoluit neq̄ ſciuit: neq̄ tunc in urbe fuit. Vitioſum aūt fuiſſet & non abſolute dictū: ſi tacuiſſet eū ī urbe nō fuiſſe: quod magis neceſſariū ē: nam cū hoc ad cām ꝑtinet dicere eū nō ſciuiſſe nec uoluiſſe: ſed hoc ultimū magis: fortaſſe uīcendi: q̄tū ad genus iudiciale. Ratio ꝑſuadēdi: ad reliq̄ duo gn̄a: ſi q̄d ēt duæ ꝑtes totam uim orōnis in ſe habēt: nec ad alias referūtur cū ab his reliquæ oēs dependeant: nā cū tres effectus ſint in tota orōne: qui diuerſarū ꝑtiū ꝓprii ſunt: q̄a exordiū & cōcluſio mouet: narratio & confirmatio & cōfutatio doceant: & oēs ſimul delectent. Videt̄ hæ duæ partes ſolæ hos tres effectus ſeruare & totū oratorium munus in ſe cōtinere ex quo q̄ bn̄ his duabus utit̄ partibus his uidet̄ uictoriā reportare facile poſſe. Adiumēta expoſuerimus: q̄tū ad confirmationē diſſoluerimus. ad confirmationem ſunt. n. hæ cōtrouerſiæ tā q̄ q̄dā caſtra in q̄bus parū ꝓdeſt ad uictoriā proprias uires eſſe confirmatas & in oī rōne munitas: niſi aduerſariorū uallū cōſternamus ad terrā: unde ēt ſæpenumero militaria uocabula pōimus ad oratoriū officium: ut pauloante de his rebus caute cōfligendū eſt. Munus oratoriū: officiū illius q̄ ꝓfitetur artē dicendi: quē uocamus oratorem. Rhetor. n. aliud ē: & aliud ſophiſta: ut ab initio attinginius. Abſolute: perfecte: ut nihil de neceſſariis pretermiſſū ſit. Conſtitutionē cauſæ cognouerimus. i. conſertationē accuſantis & defendētis: dicentis & reſpōdentis. Cauſæ autem dicit quæ ſit controuerſia in dicendo poſita cū certarū perſonarū interpoſitione: & ſpecialis eſt: quam græci uocant hipotheſim ad differentiam quæſtionis: quæ eſt propria dialecticorū: & eſt generalis; quā nunq̄ tractant oratores: ſed dat cognitōnē oratoribus: ut ſciant tractare ſpecialem. Vnde ſciendū eſt eſſe tria genera conſtitutionum ſiue controuerſiarum: unum in quo negatur factum: ſed q̄ritur iure an iniuria ſit factū: & hoc uocatur materiale uel qualitatiuum: quia controuerſia eſt qualitatis iuſtitiæ: uel iniuſtitiæ: uel iuridiciale. Tertium eſt. de quo eſt controuerſia diffinitionis uocabuli: ut ſi quis accuſatus de latrocinio dicat nō eſſe latrocinium: ſed defendiſſe: & hoc uocatur legitimū quod in plures ſpecies diuiditur: quia diuiſione decepti ſunt ii qui dicunt non tres ſtātū: ſed plures partes conſtitutionis. Detraheret: quia Hermeſtes nō negat dictas partes plures eſſe q̄ tres: ſi legitima quæ eſt ultima pars diuidatur per ſuas ſpecies. Dupliciter diſtri. quod eſt uicioſum. ſub legitima. n. continentur quædam aliæ partes quas ipſe per ſe ponebant: ſed ut ante diximus uitioſum ē ponere ſpecies cum genere: & partes cum toto: quale eſſet illud dicam de uirtute & de īduſtria dupliciter. Contra ſimpliciter bipartito. contra ſingulari numero. Conſtitutio ē prima. ſiquidem omnis conſtitutio capit uocabulū a reſponſione defenſoris: q̄a ſi negat factū; uocatur coniecturalis. Si concedit & dicat iuſte feciſſe appellatur iuridicialis. Si de neutro fiat cōtentio: ſed de uocabuli diffinitione tantū contenditur fit legitima: & propter hoc dicit prima deprecatio: quia licet in eadem cauſa interdum ſuboriantur duæ conſtitutiones diuerſæ: tamen capit nomen a prima reſponſione accuſati hoc modo: occidiſti Clodium o Milo: occidi & iuſte feci: heç eſt conſtitutio iuridicialis: licet ſuboriatur coniecturalis: ſi reſpondeat alter hoc modo. iuſte feciſti: quia ipſe non uolebat interficere te: īmo uolebat. hæc enim eſt coniecturalis. Depræcatio depulſio remotio criminis quātum ad defenſorem. In ſimulatione. accuſatione quantum ad accuſantem. Conſtitutiones tres ſunt. eas græci uocant ſtaſes. Ponit autem diffinitiones. deinde autem more boni medici ſubiicit exempla. & applicabit ea ad diuerſitatem earum. deinde unāquāq̄ per ſuas regulas explicabit

cturi ſum⁹ breuiter exponim⁹. Nunc ad cōfirmationē trāſeamus.

De cōfirmatiōe & cōfutatiōe

Ota ſpes uīcēdi rōq̄ ꝑſuadēdi poſita ē ī cōfirmatiōe & cōfutatiōe. Nā cum adiumēta noſtra expoſuerim⁹: cōtrariaq̄ diſſoluerim⁹: abſolute nimirū munus oratoriū cōfecerim⁹. Vtrūq̄ igit̄ facē poterius: ſi cōſtōnē cāæ cognouerius

De cauſarū conſtitutionibus.

Cauſarū cōſtitutiōes alij q̄ttuor fecerūt: noſter doctor Hermeſtes tres putauit eē: non ut de illorū q̄cq̄ detraheret iuētiōe: ſed ut oſtenderet id qđ oportuiſſet ſimpliciter & ſingulari modo docere illos diſtribuiſſe dupliciter & bipartito

De conſtitutione.

Conſtitutio ē pria depcatio defēſoris cū accuſatoris īſimulatiōe cōiūcta. Cōſtitutiōes itaq̄ ut an̄ dixius tres ſūt: cōiecturalis: legitia: iuridicialis. Cōiecturalis ē cū de facto cōtrouerſia

Aiax: poſtq̃ hiſtoria eſt nota: de q̃ Sophocles tragœdiã fecit: ſed tñ nõ ꝑter rem erit cã ſũmatim attingere. Mortuo Achille Aiax & Vlyxes arma depoſcebãt: pro qua re cũ ad iudices aducutum eſſet habita ab utroq; oratiõe diſertiori adiudicata ſunt. Deſpatus aũt Aiax agitãte eũ inſania in uicinã ſiluã profectus eſt: & armẽta quædã pulſabat ꝓ iudicibus: & Vlyxe: a q̃bus iniuſte tractatus ẽ quã rem cum reſciuiſſet: dolore cõmotus ſe in eadem ſilua interemit: a caſu Vlyxes interuenit: & eius morte cõmiſeratus eduxit gladiũ. Teucer frater aiacis metuẽs ne ꝑ dolorẽ ſe occideret: ſubſecu

eſt hoc mõ: Aiax in ſilua poſtq̃ reſciuit: q̃ feciſſet per iſaniã gladio incubuit. Vlyxes iteruenit: occiſum cõſpicat̃: corpore telũ cruentũ educit. Teucer iteruẽit: ubi occiſũ frẽm: & inimicũ fris cum gladio cruentato uidet: capitis accerſit. Hic qm̃ cõiectura uerũ q̃rit̃: de facto erit controuerſia: & ex eo cõſtitutio cãæ cõiecturalis nomiat̃. Legitima cõſtitutio ẽ cũ ex ſcripto: aut ex ſcriptis aliq̃d cõtrouerſię naſcit̃. Ea diuidit̃ i ptes ſex: ſcriptum & ſniam: cõtrarias leges: ambiguũ: diffinitionem trãſlationẽ: rõcinationẽ. Ex ſcripto & ſnia naſcit̃ cõtrouerſia: cũ uidet̃ ſcriptoris uolũtas cum ſcripto ipſo diſſentire hoc mõ. Si lex ſit q̃ iubeat eos q ꝓpter tẽpeſtatẽ nauim reliquerũt: oĩa pdere eorũ nauim: cæteraq; eſſe ſi nauis cõſeruata ſit: q remãſerit i naui magnitudĩe tẽpeſtatis oẽs perterriti nauim reliq̃rũt: & in ſcaphã coſcẽderũt præter unũ ægrotũ. Is ꝓpter morbũ exire & fugere non potuit. Caſu & fortuitu nauis in portũ icolumis delata eſt. Illam ægrotus poſſidet. Nauim petit ille cuius fuerat. Hæc conſtitutio legitima eſt ex ſcripto & ſententia. Ex contrariis legibus con/

tus ẽ frẽm: & eodẽ momẽto quo ulyxes gladiũ i mãu tenebat teucer ſupuenit. Naſcit̃ igit̃ cõſtitutio cõiecturalis qm̃ Vlyxes negat factũ. Reſcire eſt rẽ ꝑ iſaniã audire: icubuit: ſe ſupiecit capulo in terrã fixo. Capitis accerſit ad iudiciũ eũ uocat: ubi de capite agitur. Ex eo cõſtõ. poſſet fieri q̃ſtio qua ipſe in rhetorica facit. ſ. utrũ coniecturalis ſit pñtis tpis uel futuri. Põit. n. triplicẽ eẽ: & tã i pñti & ꝑte ito & futuro tẽpore poſſe uerſari: qñq; negat̃ fcm̃ ꝑſens tp̃s hoc mõ. Scipio nũc cũ carthaginẽſib; pugnat: nã multi dies elapſi ſunt poſtq̃ a nobis cũ exercitu diſceſſit Aliq̃s. n. poſſet dicere illũ nõdũ pugnare: qm̃ a tẽpeſtatib; remoratus eſſet: qñ negat̃ ꝑteritũ tp̃s hoc mõ: occidiſti aiacẽ Vlyxes. Nã offendi & gladiũ ſanguinolẽtũ i manu tenẽtẽ: & dicit ille: nõ occidi: ſed caſũ illũ miſeratus gladiũ eduxi e uulnere: de futuro hoc mõ. Si mitto filiũ in ægyptũ diſcet: qm̃ illic uigẽt op̃ia ſtudia: negat aliq̃s: imo nõ diſcet: nã uiri illi laſciui ſũt: & ſceleribus oĩbus delectant̃. Præterea ẽ notãdũ licet hæ tres cõſtitutiones: uidelicet cõiecturalis: iuridicialis & legitima uideãt̃ tm̃mõ eſſe ꝓpria gñis iuridicialis pp̃ exẽplũ poſitũ: tñ pñt uerſari in oĩ gñe caꝝ i demõſtratiuo: hic. n. eẽt hũc in migratũ & bonus uir. Legitima cõſtitutio: q̃ in legibus & in legẽdis rebus uerſatur. In ſcripto: ex ipſo textu uerborũ. Et ex ſcriptis: ex ſententiis quæ ſequunt̃ ex textu: ac ſi diceret. Legitima conſtitutio fit: quãdo naſcit̃ cõtrouerſia ex re ſcripta: qua unus conſiderat ſentẽtiã alter uerba tantummodo: quale eſt hoc. Miſſi ſunt conſultores ad Appollinem per romanos quærere quis romanoꝝ eſſet proximo anno regnaturus: reſponſum eſt eũ principem fore qui prior matrem ſuã oſcularetur. Multi uerba intelligentes ad genitricem oſculãdam ſeſe celeriter rapuere: cõtra quidem ſententiã intelligens ſe collabi ſimulauit: & terram communem oĩum matrem oſculatus eſt. Sex partes: quæ oẽs appellantur legitimæ. Ambiguũ: quãdo textus uidetur habere plures ſententias hoc modo: tu dicis ꝙ feci tibi iniuriam: immo feci caſtigationem. Videamus ergo quid ſit iniuria: & quid caſtigatio. Tranſlationem: citatur ſacerdos quidã ad iudices: is ire ad eos negat: qm̃ clerici ciuilibus legibus non obligant̃: quĩimmo ad epiſcopum eundũ eſſe. Voluntas ſcripto. i. ſententia latoris legũ uel cuiuſdam ſcribentis. Si lex ſit: romani quodam tempore inopia laborabãt: ex qua multi ſæpe numero decoquebant mercatores multi facti ſunt & cum tempeſtate deprehendebãtur nauim relinquebant: & ita multæ naues peribant gubernatoribus uacuæ. Prouiſum eſt a quodam per legẽ que in hunc modum dictitabat: quo in textu ipſo apparet. Scapha: nauicula breuis quæ ſequitur nauem oneratam: ut ei ſubminiſtret. Caſu & fortuito: hoc fortuito caſu per endiadim: ſicut apud Vergilium: Pateris libabat & auro. Aut caſu: quantum ad homines. Fortuitu: quantum ad fortunam & ad eos ipſos. Conſtitutio legitima eſt. ſcilicet tam ex toto q̃ ex ſuis partibus. Ex contrariis legibus more ſuo primo definit: ſecundo ſubiicit exemplum: tertio applicat ad cauſam. Ex cõtrariis autem dixit de his quæ aut ita contrariæ ſunt: ꝙ non poſſunt ſimul ſtare: aut ita diſſimiles: ꝙ una exuperat alteram: & maior eſt. Lex iubet. hoc modo. quicunq; tempore obſidionis nõ conſcendit muros armatus: ut patria tueatur: capite puniatur & ita nemo carnes comedat tempore uetito permittit. Poſſent etiam peregrini uenire in noſtram ciuitatem ad habitandum: ut tuta magis ab iniuria hoſtium cõſeruetur: hoc enim dicitur ꝑmittere: qm̃ relinquunt̃ in arbitrio hitatoris

Repetũdis pecuniis: dãnatur repetundarũ pecuniarũ: eos uocamus q donis. ꝓtio. largitiõibus uel alio mõ corrupti ſñiam aliquã: uel decretũ aliqd᷑ cõtractus tulerũt. Oratione hẽre: cõcione poſuit nũc hic ꝑ loco. uel multitudĩe ad audiẽdũ tãtũmodo cõgregata: nulla ſiqdẽ multitudo cõcio dr̃ niſi ad audiẽdũ citata ſit: al's ꝑ orõne ipa poni ſolet. Altera lex. ſ. q huic ꝓcedẽti cõtraria ẽ: & ẽ lex ſanctio populi. Locũ noĩare: hoc ẽ ſi aliqs mortuus eẽt añq̃ fuiſſet magiſtratũ conſecutus: & unus alter eligẽdus eẽt. Lex erat quæ iubebat augurẽ deligere quẽ uellet: & eũ nomiare publice Gracchũ d: calamo: ut ſuccedat indemortuo. Indemortui. n. uocãtur q ĩ magiſtratu nõdũ finito moriebãt᷑. Vir qdã in augur noĩauit: qd᷑ cõtra primã legem Mulcta. uocabulum oſcum ẽ ſine. c. ſcriptũ & ſignificat pœnã pecuniariã Cõſtitutio ẽ legitĩa: q̃tũ ad totũ. Ex ↄtrariis legibꝫ: q̃tũ ad ptes uocãt græci . Ex ambiguo. ambiguũ. n. ẽ qd᷑ amphi & circũ agit᷑: neq; ad certã ſñiam dirigit᷑. Cõtigit. n. ſæpenũero oratori tractare de rebus ãbiguis. Paterfamilias: hoc exẽplũ uidet᷑ compoſitũ ex græco & latĩo: nã illi dicũt & ſignificat illũ q habet ptãtẽ tam ſupra pſonas q̃ ſupra diuitias: unde & Teren. inqt. Vix mihi decẽ dierũ familia ẽ. Hæredẽ: quẽ appellãt iuriſcõſulti legatariũ: cũ legata relinquũt᷑. Nã & legata dicimus hæreditatẽ: & dicit᷑ hæres: qm̃ fit hærus in teſtõ & ẽ ultima diſpõ hoĩs. Teſtamẽtũ cã mortis factũ: de quo iuriſcõſulti dicũt: uolũtas hoĩs ẽ deambulatoria uſq; ad mortẽ: qa pñt multa facere teſtamenta. ſed ultimũ ualet; qd᷑ tñ cã mortis ẽ factũ. Vxori. hæc Terentia: cũ eẽt pulſus Ci. in exiliũ Clodio male rẽ familiarẽ gubernabat: unde cũ eẽt reuerſus eã repudiauit: & ut inqt Aulus Geli. nupſit Salutio inimico. Ci. Pondo: indeclinabile eſt: & ſignificat libram. Quæ uolet: hic tãgit ambiguũ: qm̃ ſublatus eſt noĩatiuus. Poſt mor. bñ poſt mortẽ quia hæres nõ addit hr̃ditatẽ: niſi mortuo teſtatore. Nã licet aliqs teſtm̃ fecerit: tñ nõ addit᷑ hæreditas: qa ut diximus põt mutari & uoluntas hoĩs eſt deambulatoria uſq; ad mortẽ. Cælata: ſignis impſſa: græci emblemata: eo ꝙ in eis imprimantur imagines: nos ab eis uocamus emblamato. Sic Vergi. Cratera ſignis impſſũ magnifice cum magnis impenſis. Conſtitutio a toto ex ambiguo a parte eius diffinitionis legitimæ. Ex diffinitione. diffinitio. n. eſt oratio q̃ declarat ꝑ eſſentialia quo nomine factum appelletur: hoc eſt cũ controuerſia eſt quo uocabulo res ſit exponẽda. Lucius ſaturnius trientibus ple. laturus ut primo nũciaret & promulgaret: ut a conſulibus & a populo toto cõfirmaretur. Lex eĩm eſt ſanctio cũ totius populi conſenſu approbata. Frumentariã legem laturus: cũ eſſet magna caritudo romæ nolebat per hanc legem diuidere frumenta publica in ritum: ut fauorem populi cõpararet. De ſemiſſibus & trientibꝫ romani diuidebant omne totum in. xii. partes: quarũ ſingula dicebatur uncia & tot inuocabant as aſſis. qd᷑ quidem diuiſum in duas partes faciebat duos ſemeſſes. Si in tres dicebatur triẽs. Vñ nũc ait de ſemeſſibus. i. de medio: qd᷑ uocatur ſemis. Triẽtibus de quarta parte aſſis: q conſtat ex. xii. unciis. Quæſtor urbanus: ꝓfectus ærarii: ad differentiã q̃ſtoris: q dicit᷑ ſocius impatoris in exercitu. Alter. n. q̃ſtor dr̃. iudex q ꝓeſt iudiciis exercendis & maleficiis puniendis. Largitionẽ tãtam largitio ut plurimũ ẽ uitioſa: & ad malã partẽ magis dicta: unde largitonibus corruptos iudices dicimus: nam ad bonũ dicimus munificentiã: liberalitatem. Ferre cœpit: inuito ſenatu. Collegæ eius. intercedere & cæteri prohibeant: una cũ ſenatu. Detulit ceſtellã: oĩbꝫ ĩuitis q remp. amabãt ĩ pulpitũ: in qua leges cõditæ erãt: quas domi decertauerat: bonis optimatibus põtes ſcalas diſiecit

trouerſia ↄſtat: cũ alia lex iubet aut ꝑmittit. Alia uetat qppiã fieri hoc mõ: lex uetat eũ q de pecuniis repetũdis dãnatus ſit: i cõciõe orõne hẽre. Altera lex iubet augurẽ idemortui locũ q petat i cõciõe noiare. Augur qdã dãnat⁹ de pecuniis repetundis idemortui locũ q petat noiauit: petitur ab eo mulcta. Cõſtitutio hæc ẽ legitima ex cõtrariis legib⁹. Ex ambiguo cõtrouerſia naſcit᷑: cũ res in unã ſñiam ſcripta duas aut plures ſñias ſignificat hoc mõ. Paterfamilias cũ filiũ hæredẽ teſtamẽto faceret: uaſa argentea uxori legauit. Tulli⁹ hæres me⁹ Terẽtiã uxori meæ trigita põdo uaſorũ argẽteorũ dato q uolet. Poſt mortẽ ei⁹ uaſa ꝑcioſa & cælata magnifice illa petit. Tulli⁹ ſe q ipſe uolet i. xxx. põdo ei debere dicit. Cõſtitutio legitima ex ambiguo. Ex diffinitiõe cõſtat cã: cũ i cõtrouerſia ẽ: quo nomie factũ appellat᷑: ea ẽ huiuſ modi. Cũ Luci⁹ Saturni⁹ legẽ frumẽtariã de ſemiſſib⁹ & trientib⁹ latur⁹ eẽt. Quit⁹ Cepio: q ꝑ id tpis qſtor urban⁹ erat: docuit ſenatũ ærariũ pati non poſſe largitiõnẽ tãtã. Senatus decreuit: ſi eã legẽ ad populũ ferat aduerſus rempu. uideri eũ facere. Saturnius ferre cœpit: collegæ intercedere: ille nihilomin⁹ ceſtellã detulit. Cepio ut illũ cõtra ſenatuſconſultũ itercedẽtib⁹ collegis aduerſus rempub. uidit ferre: cum uiris bonis ipetũ fecit: põtes diſtribuat: ciſtas deiecit. ipedimẽto ẽ

quo ſeci9ferat̃ lex. Accerſit̃ cepio maieſtatis Cõſtitutio ẽ legitĩa ex diffinitõe. Vocablm̃.n.diffiniturĩpm cũ q̃rit̃.qd ſit miuere maieſtatẽ. Ex trãſlatione controuerſia naſcit̃:cũ aut tp̃s differẽdũ: aut accuſatorẽ mutãdũ:aut iudices mutãdos re9dicit. Hac pte cõſtõnis græci i iudiciis nos i iure ciuili plærũq; utiur. In hac pte nos iuris ciuil̃ ſcĩa iuuabit. In iudiciis tñ nõ nihil utiur:ut hoc mõ. Si qs peculatus accuſat̃:q uaſa argẽtea publica de loco priuato dicat̃ ſuſtuliſſe:poſſit dicere cum diffinitiõe ſit uſus:qd ſit furtũ:q̃d peculat6 ſecũ furti agi ñ peculat9 oportẽ. Hæc partitio legitiæ conſtitutionis his de cauſis raro uenit in iudiciũ

Secius:ut lex aliter pmulgaret̃:& ẽ cõparatiuũ a ſecus:qd̃ hẽt primã breuẽ:& cõparatiuũ ſecius
longã hẽt:Maieſtatis:accuſat̃ crĩe maieſtatis leſæ. Eſt aũt maieſtas ãplitudo & magnificẽtia ĩ qua
lus totius ciuitatis cõſiſtit. Minuere maieſtatẽ:Cepio.n.dicebat maieſtatẽ cõſtare ex utilitate reip.
Saturnius uero dicit.q cõſiſtit in magiſtratib9 q quotiẽs impediũtur facere officiũ ſuũ dr̃ maieſtas
offendi: Ex trãſlatiõe:hoc ẽ ex trãſmutatiõe:uel loci:uel tẽporis:uel iudicis:hoc appellat̃ ẽt muta
tatiua:qa in ea nõ negat̃ factũ.ſed mutat̃ in aliã rẽ:aut tp̃s differẽdũ:ut ſiqs a quo modiũ frumẽti
peteret̃ ſe tpe autũni non debere: ſed
maii. Accuſationẽ:ſi dñs accuſaret̃ a
liberto & ſeruo iã mãumiſſo:aut pr̃o
nus a cliẽte:aut pr̃ a filio. Cauẽt.n.le
ges:ut qs iſtorũ pdictos accuſet. Aut
iudices:ut ſi ſacerdos ad ius ptorium
uocatus fuerit:dicat ſe iure ptoris nõ
obligari ſed epi. Reuſ dicat:ille cuius
res gerat̃ in cõtrouerſia ſiue nocẽs ſit
ſiue inocens. Et itẽ ſi miles accuſatus
ad ptorẽ dicat ſe nõ ptori ſed cenſori
militũ obligatũ eſſe:alias tñ trãſlatio
nis rõnes poſuit Cic. in rhetorica uete
ri:utputa de pœna:uel ut ſiqs in car-
cerẽ correctus oñdat ſe carcere nõ ẽẽ
dignũ:ſed pœna tm̃ pecũiaria: quas
q̃dẽ ptes duabus rõnibus in hoc libro
uidet̃ ptermiſiſſe:aut qa hæ ptes quæ
poſitæ ſunt:multas alias cõphendere
pñt.ut ſi dicimus iudicẽ mutãdũ: ĩtel
ligãtur. Locus ẽt eẽt:& pœnã eẽ mutãdã:aut qa in hoc libro itendit cic. diffinire trãſlationem per
modũ exempli.ſed extra nõ oĩa reqrit quæ ſub eo cõphendi poſſunt. Parte conſtitutionis:poſita
diffinitione aſſignat quãdam differentiã iuris tractãdi inter græcos & romanos:ut appareat hanc
trãſlationem aliter a græcis & aliter a latinis tractari ſolere. Illi.n.nullũ ordinẽ hñtes reipu.guber
nandæ:& tractandi iuris cõfuſam quãdam rõnem:nullam de accuſatoribus prouidentiam habe
bant:& ita inconſiderate accuſabant:unde ferme ſub eodem iudice res crĩales & pecũiales tracta
bant:uñ ẽt hac trãſlatiõe rã in iudiciis q̃ ĩ iure ciuili ĩdifferẽter accuſabãt. Romãi uero aliter & ali
ter in iure tractãdo ab illis ſe hñtes:& pp magnã diligentiam accuſatorũ a ptoribus habitam fieri
tranſlatio non poterat in re iudiciali. Hac pte:bñ appellat partẽ qm̃ ſub toto legitima cõtinetur:
Græci in iudiciis:in rebus crĩalibus. In iure ciuili:in rebus pecuniariis:& in qbus agit̃ de ciue: ut
ſi qs hæreditatẽ fratris peteret:& alter dicat eã nõ ad fratrẽ ſed ad filiũ tãtũmodo pertinere. Iu-
ris ciuilis ſciẽtia:ſiqdem oẽs rõnes quibus poſſumus recte ius noſtrũ tractare in legibus poſitæ ſũt.
unde nõ eſt dubiũ iudiciale genus ſine peritia legũ cõmode exerceri poſſe. In iudiciis tñ exceptiõe
accidit tñ aliq̃do:ut ẽt latini in eo crĩali tranſitiõe uti poſſint:exẽplũ poſitũ eſt in textu. Siquis pe-
culatus accuſatur:de crimĩe.ſ.peculatus. Peculatus rei dicũtur:qui rempu.furãtur:ut ſi quis res ſa
cras ſurriperet:ærariũ fraudaret. Vaſa argen.ut cruces ſacras:calices:& huiuſmodi res: q̃ ad totã
rempu.ptinẽt. Priuato:de aliqua officina.qui locus priuatus ẽ. Primus auum ſignificat pprium.
unde & priuilegia & priuata res in ſolius hoĩs ptãte poſita eſt. Loco priuato:ex hoc pendet tranſla
tio:poſſet dicere cũ diffinitione ab accuſatore q peculatus ſit in rebus ſublatis de loco publico: ac-
cuſatus poterit facere trãſlationem hoc mõ.ſ.q furtum cõmiſerit:nõ peculatum:qm̃ non de loco
publico ſed de priuato:ut de officina priuati ſuſtulerit. Secum furti agi:controuerſiam agere de fur
to nõ de peculatu.agi.n.dicitur de qua agitur.i.litigatur in foro:unde actiões & actores uocãtur
Erat aũt maior pœna:ſi quis peculatũ q̃ ſi furtũ cõmiſerit quoniam tenebatur fur modo in duplo
pecuniam reddere:ſed peculatores capite puniebantur. Nec debet nos mouere q hic dixerit diffi-
nitiõe opus eſſe:eo q putemus inter eã & trãſlationem nihil intereſſe. Verum diuerſam:magnã
inter ſe habent:nam in diffinitione uocabulũ diffinimus:ut crimen penitus euitemus:hoc modo
feciſti iniuriam filio pater:ĩmo potius caſtigaui:& nihil eſt cõtra ius:in tranſlatiõe autem duæ dif
finitiones ſunt.quarũ una maior eſt:ut ambas diffiniui:ut maiore crimĩe euitato minus incurra-
mus. Furtũ aũt eſt interceptio rei alienæ inuito dño facta. Hæc partitio legitimæ: qa ſupra dictũ
eſt trãſlationem ſemp a græcis in re criminali:a latinis uero raro fieri. Nunc ponit rõnes: qa ĩ pri
uata actione prætoriæ exceptiones fiũt:hoc eſt priuata rõ:qua prætores qui erant auctores ius di-
cẽdi.ſuſpẽdẽdi:liberãdi.puniendi.& dimittẽdi:ut cũq; libitũ eſſet dabãt aliquas regulas: q̃s ſer-
uarẽt accuſatores in crĩalibus rebus:qbus ſeruatis nõ erat opus trãſlatione:utputa dicebant:q ge-
nus pſonaʀ poſſet accuſare.& nõ accuſare.ut liberi.non ſerui.nec liberi.pater.non filius.patro-
nus non cliens. Præterea docebat quo tpe & quo loco eſſet accuſandum.quibus rebus ita inſtituti
adeo cõſideratis oĩbus rationibus ad accuſationẽ deſcendebant.quia accuſatus deferre crimẽ non

poterat: & hæ rationes exceptiones prætoriæ appellãtur. nam exceptio dicitur cauſe declinatio: & eſt ratio: ꝑ quam aliquis crimẽ euitat. Actione priuata: in qua agitur controuerſia ciuis ad ciuẽ: ꝑſonæ ad perſonam. nã in ꝓditionibus in patriã: in latrociniis: in adulteriis: in homicidiis: quæ publicæ actiones ſunt: expoſitiões ꝑtoriæ nõ cadũt. Prætoriæ exceptiones: regulæ datæ ꝑtoribus de ratione accuſandi. Pretores. n. ſunt a ꝗbus iura exercenť & ſuſpẽdunť. Vnde ius ciuile ꝑtoriũ ſiue honorariũ appellãt. Ciuile diciť ꝑ excellentiã. A cauſa cadit: aſſignat ſecundã ratione: quæ ẽ: ꝙ illi iniuſte accuſabanť: & petebantur expenſe totius: puniebanť. Ideo ita inſtructi accuſabant: ꝙ trãſlatione opus non erat. A cauſa. n. dicitur cadere: qui litem ꝑdit: & ſoluit expenſas. Et in publicis quæſtionibus oĩs cã criminalis uerſatur: aut in priuatis actionibus: & prætoriæ exceptiões adhibitæ ſunt: aut eſt de publicis quæſtionibus & in his leges ꝓtulerũt: ut ſi placet accuſator diligenter indagaret: ſi accuſator poſſet accuſare: aut nõ accuſare quod in uerinis demõſtratum eſt: in quibus quæſitum eſt de Cice. utrum eſſet dignus accuſare: uel non accuſare. Ci. uerr ẽ: quo facto: ſi dignus erat accuſator: reus non poterat mutare accuſatores. Si cõmodum eſt: ſi placet: ut apud Terẽ. Dabitur argẽtum cũ erit cõmodum. ſ. dilapidare utile non erat: ſequebatur. n. ſi accuſator legitime conſtitutus eſſet: trãſlationem fieri non poſſe ab aduerſario Ex ratiocinatione. qua græci uocant ſylogiſmos uel ſylogiſtichi. nã ſylogiſome ſignificat rõcinor. Cum res caſus: negocium: hoc eſt ſine lege peculiariter facta: ut cauerẽt eam rẽ qua lis eſſet ſicut filius a patre hæreditatẽ conſequitur iure ꝓpinquitatis: ita ut ipſe nulla ratione impediente: cui libitum fuerit: relinquere poſſit. Venit in iudicium: ut feratur ſentẽtia de ea: & a iudicibus. Tractaretur: aucupatur. Similitudo: latẽter aſſumit uerisſimilitudinẽ ꝗdã ab aliis legibus: ꝗ licet non ſint latæ conſulto: ut eã rẽ cauerẽt aliquo mõ: tñ audenter ad eã rẽ cõuenire. Furioſus exiſtat: Maleolus ꝗdam: qm̃ habebat matrem ſibi aduerſantẽ in adminiſtratione uel potius in dilapidatiõe diuitiarũ eã occidit: accuſať. defẽſores hẽt quoſdã hæreditarios uiros: aduerſať ei frater: occidať. tãdẽ ductus in carcerẽ teſtamẽtũ facit: fratrẽ hæreditate priuat: defenſores aũt reliqd hæredes. Eo mortuo in iudiciũ ueniũt: & diſputať utrũ potuerit iure teſtamẽtũ facere: nõ ꝓpriis legibus: ſed aliunde ꝑ ꝗdã ſimilitudinẽ capitis. Furioſus exiſtat: hæc lex facit ꝓ fr̃e Maleoli: & ſũpta ẽ ex ſimilitudine. Nã Maleolus cũ fratrẽ occidit reuera furioſus nõ erat: licet ita uideať. Agnatoꝝ affiniũ ex pte pr̃is Gẽtiliũ: familia. Lex qua parẽtẽ: hæc et lex ꝓ fr̃e Maleoli facit cõtra Maleolũ: quã ſumit ex ſimilitudine ꝓbãdo ꝙ Maleolus occidẽdo matrẽ fuerit furioſus. In ꝓfluẽtẽ: ꝗa matrẽ occidiſſet: quod nõ feciſſet: niſi ꝑ inſaniã. Inteſtatus: hæc itidẽ ꝑ fratre Maleoli eſt. Familia: quãtũ ad ꝑſonas: ut ſecũdũ mãcipia. Pecunie: quicꝗd poſſideť. Paterfamilias hoc facit: ꝑ hæreditariis fit: qualẽ teſtator ordĩauerit. Iudicatus ẽ: hic fuit tẽpore Marii. Folliculo: pelle nõ ſciſſa: & alluſit ad aꝗleũ: qui fiebat ex pelle nõ ſciſſa in mediũ ſacchi: in quo ſymia & ſerpens includebanť ad maius ſuppliciũ rei incluſi: hoc genus tormẽti Ci. graphice deſcribit in oratiõe ꝓ Roſcio. Soleæ: cyppi. Ipſo præſente: ac ſi diceret: cũ cõſenſu: & ſua uolũtate. requiriť. n. ꝑſentia teſtatoris. Teſtes affuerunt: quia ſine teſtibus nõ ualeret. Ex teſtamẽto: iure teſtamẽti: & nõ ab inteſtato: ꝗa ſi teſtamẽtum nõ eſſet factũ: iure hæreditates ad eos nõ deueniebãt. Qui huiuſmodi trãſiturus in rẽ nouã. Cice. uti trãſitione ſemper ſolet: quod & a nobis diligenter ſeruandũ eſſe iudicio eſſe poteſt.

quod in priuata actiõe prætoriæ ſunt exceptiões: & cã cadit: is q & nõ queẽadmodũ oportet egerit: & in publicis qõnibus caueť legibꝰ: ut añ ſi reo cõmodũ: ſi iudiciũ de accuſatore fiat: utrũ illi liceat accuſare: necne. Ex rõcinatiõe cõtrouerſia cõſtat: cũ res ſine ꝓpria lege uenit in iudiciũ: quę tñ ab aliis legibus ſimilitudinẽ ꝗdam aucupať. Ea eſt huiuſmõi lex. Si furioſus exiſtet agnatoꝝ gẽtiliũqꝫ i eo pecuniaqꝫ eius ptãs eſto: & lex. Qui parẽtẽ necaſſe iudicatus erit ut his obuolutus & obligatus curio deuehať influẽtẽ. Et lex paterfamilias uti ſuꝑ familia pecuniaue ſua legauerit: ita ius eſto: & lex. Si paterfamilias iteſtatus moritur: familia pecuniaqꝫ eius agnatorũ: gẽtiliũqꝫ eſto. Maleolus iudicatus ẽ matrẽ necaſſe: eo dãnato ſtati folliculo lupio os obuolutũ ẽ: & ſoleæ ligneæ pedibꝰ inducte ſunt in carcerẽ iductus ẽ. Qui defendebãt eũ: tabulas in carcerẽ aſſerũt teſtamẽtũ ipõ ꝑſente cõſcribũt: teſtes recte affuerũt de illo ſuppliciũ ſumiť. Hi q hæredes erãt teſtõ hæreditatẽ adeũt. Fr̃ minor Maleoli: q eũ oppugnauerat in eiꝰ ꝑiculo ſuã uocat hæreditatẽ lege agnatiõis: hic certa lex i re nulla afferť & tñ mľtę afferũť: hæ ꝗbꝰ rõcinatio naſciť ꝗre potuerit: aut nõ potuerit iure teſtamẽtũ facere. Cõſtitutio legitia ex rõcinatiõe: cuiuſmõi ptes eẽnt legitiæ cõſtitutõis oñdimꝰ: nũc ď iuridiciali cõſtõne dicamꝰ

Vridicialis cõſtitutio: hãc græci uocãt dicæologia: aliter & a latinis qualitatis cõſtitutõ uel generalis: qm̃ apud oratores genes. ſignificat q̃litatẽ ꝓpriã & huius cõſtitutiõis ē de q̃litate rei ĩdagare: ut cũ cõfiteatᷣ Milo a ſe clodiũ eẽ occiſum: dicit tñ ſe iuſte feciſſe: dicũt aduerſarii ciuẽ nõ iuſte occidi poſſe. Itaq; de q̃litate iuris cõſtitutio efficitᷣ: hãc alibi Ci. appellat cõſtitutionẽ de præmio & pœna nõ ſatis cõmode: quod cũ ẽt reliquæ de præmiis & pœnis ſint: ſed hũc errorẽ fecit ꝓceptorꝝ ſuorꝝ ĩperitia: q̃bus cũ artẽ nũquã exercuerint ſæpenumero in multis errare contingebat ſiq̃dẽ de urina peritus medicus melius q̃ imperitus iudicare põt. Itaq; Ci. ſecutus uolũtatẽ corꝝ errore nõ caruit.

## De Iuridiciali conſtitutione.

Vridicialis cõſtitutio ē cũ factũ cõuenit: ſed iure an iniuria factũ ſit queritur. Eius cõſtitutionis partes duæ ſunt: quarũ una abſoluta: altera aſſũptiua nominatᷣ. Abſoluta eſt cũ id ipſum quod factũ ē: ut aliud nihil foris aſſumatᷣ recte factũ eē dicemꝰ. ea ē huiuſmodi. mimmus qdã noiatũ Actiũ poetã cõpellauit in cœnaculo: i eo Actius iniuriarũ agit: hic nihil aliud dᷣfendit niſi licere eũ noiare cuiꝰ noie ſcripta detur agẽda. Aſſũptiua ps ē cũ ꝑ ſe defẽſio ĩfirma ē ſed aſſũpta ex cõtraria re cõprobatᷣ. Aſſũptiuæ ptes ſũt q̃ttuor: cõceſſio: remotio crimis: trãſlatio criminis: cõparatio. Cõceſſio ē: cũ reus poſtulat ſibi ignoſci. ea diuiditᷣ in purgatiõē: & depcatiõē. Purgatio eſt: cũ cõſulto negat ſe reus feciſſe. Ea diuiditᷣ in fortunã: ĩprudẽtiã: neceſſitatẽ. Fortunã: ut Cepio apud tribunũ plæbis de amiſſione exercitus. Imprudentiã: ut ille q de eo ſeruo q dominũ occiderat ſuppliciũ ſumpſit: cui frater eẽt: anteq̃

Conuenit. i. qñ ꝓcedit factũ & in hoc differt a coniecturali. Si iure an iniuria: bene ergo cũ de q̃litate quærit generalis uel qualitatiua põt appellari. Abſoluta: pfecta cui nihil deeſt. Aſſũptiua: adiũctiua q̃ ad ſe abſolutiua: cũ ꝑ ſe nõ ualeat. Vt aliqd: q̃uis nihil aliud aſſumit: & in hoc differt aſſũptiua: cũ ꝑ ſe nõ ualeat. Foris: nũc aũt de loco. Quale hoc exẽplũ eſſe: accuſat filius patrẽ ꝙ ab eo iniuriã paſſus eſt: concedit hoc factũ fuiſſe: ſed id ſibi ꝑ paternã auctoritatem licere dicit & ſine rephẽſione poſſe filiũ ſuũ pulſare cum libuerit. Mimmis: mimos appellamus ludios uel ludiones: aut hiſtriones dicimus autores comœdiarũ a uerbo græco a mĩmuio qđ ſignificat imitor. Actiũ poetã: ꝓprio noĩe appellauit: qđ q̃dẽ apud maiores iniuria fuit: ſi id a mĩoribus erga maiores ſeruaretur: nam Verg. apud eolũ fecit noĩe dignitatis appellare iuuenẽ cũ minoris eẽt dignitatis: cõtra uero paulo poſt Iuno eolũ dicit. Licere dicere: adaptat exẽplũ. rñſio aũt mimmi fuit a ſeipſo aſſũpta hoc mõ ꝙ putabat ſibi licere appellare actiũ eo noĩe quo ẽt uſus eſt dũ comœdiã quãdã ipſius ꝓnũciaret: in qua ſcriptũ erat: ĩcipit comœdia Actii poetæ romani ſermõis. Agẽda: ꝓnũciãda: ſicut apparet in comœdiis. Acta ludis megalẽſibus: unde & ꝓnũciatio quæ ē pars officiorꝝ oratoris a multis actio noĩata eſt. Aſſũptiua eſt: bene appellat partẽ: qm̃ iuridicialis cõſtitutio bipartita eſt. Aſſũptiua. n. eſt dicta: quod aliũde ſibi uindicet defenſionẽ: q̃a ꝑ ſe eſt inualida. Extranea: extra reum poſita conceſſio ſupra dicta eſt: conſtitutio eſt prima deprecatio defenſionis apparet ergo in hac re nullam conſtitutionẽ poſſe fieri: qm̃ concedimus factũ: ſed dicendũ eſt ꝙ in coniecturali cõſtitutione fit controuerſia tantũmodo de facto. In aliis aũt nõ de facto: ſed de defenſione & rõne facti: quæ ducitᷣ in cõtrouerſiã poſt cõceſſionẽ. iõ prima cõceſſio ꝑ ſe cõſtitutio nõ eſt: ſed reſpectu defenſiõis: q̃ ducitᷣ in cõtrouerſia poſt cõceſſionẽ. Ignoſci: in hac parte naſcitᷣ cõſtitutio ꝓp defenſionem nõ ex cõceſſione. Ponit enĩ alius ueniã traductionis ſue: quia ꝑ fortunã ĩpeditus ē: ex hac quidẽ ĩpeditione fortunæ naſcitᷣ cõtrouerſia inter dicentẽ & contradicentẽ: cũ aliter dicat eẽ impeditũ; aliter dicat ſe impediri nõ potuiſſe. Imprudẽtiam: imprudẽtia ponitur ꝓ eo ꝙ dicat aliquis ſe nõ ſciuiſſe. Fortunã & neceſſitatẽ: fortuna eſt caſus ĩopinatus per quẽ impeditᷣ uolũtas faciendi utputa: aliq̃s reuertẽs in patriã ĩpeditᷣ a fluuiis: neceſſitas uero ē q̃ cogit nolẽtẽ: utputa fluuius cogit eũ tardare: q in patriã ꝓficiſcitur: has tamẽ duas partes Cice. in rethorica ueteri alio ordine ponit nã ꝓ fortuna ponit neceſſitatẽ: & ecõuerſo: quod certe nõ eſt mirãdũ: qm̃ diuerſis rõnibus habitis de utraq; facile ambæ in alterã cõmutari poſſunt: nam cũ dicimus incremẽta fluuiorũ impediſſe iter noſtrũ incœptũ: eadẽ rõne poſſumus dicere nos per eadẽ incrementa coactos ut tardaremus.

Qui de eo ſeruo: q̃dã ciuis ſeruũ habuit: quẽ qm̃ ſeruiebat ei liberaliter in ægrotatione ſua liberũ fecit priuſq̃ ab eo morbo abſolueretᷣ. factus igitur ciuis eſt ꝓpter uim & magnitudinem libertatis: quæ eſt ꝓpria romanorꝝ: & in dando: & in remouendo. omues. n. ſerui libertati donati illico ciuitatẽ acquirebãt: timens igitur ille ne ſi uixiſſet dominus ſuus. lucius forte redigeretur in ſeruitutẽ quia teſtamẽta poſſunt reſcindi: eũ interfecit. Reuerſus aũt frater Lentulus illius occiſi: qui ruſticabatur audita morte fratris ſtatim ſeruum illũ priuauit uita: ut ſeruũ ſuũ: ꝙ cõceſſum erat: non iuuenẽ occidere putãs. Frater eſſet: hoc ē: q̃a ſeruus occiderat dominũ ſuũ: cuius domini ipſe erat frater.

Tabulas teſtamenti aperuerit: ergo clauſæ erāt tabulæ: ꝙ pertinet ad ſolēnitatem: quæ fiebat in teſtamentis antiquis: ſi quidē uocabanť teſtamēta in ſcriptis tantū: qm̄ in eo ĩcludebať uolūtas teſtatoris ſine teſtibus. Sed eo facto accerſebanť teſtes ꝗ cōfirmabāt: & ſubſcribebāt ſe uidiſſe teſtamētū Itaq̄ claudebať & ſigillabať: hoc aūt genus teſtamēti ab noſtra ætate abſoleuit. Ea. n. ꝗbus noſtri utūtur uocātur nūcupatiua: qm̄ uocati teſtes cōfirmāt corā teſtatore uolūtatē ipſius teſtatoris. Manumiſſus eſt. ergo ciuis pp rōnem ſupradictā. Itaq̄ occidi non poterat. Fortunā ut Cepio: Cepio exercitū in quadā ualle collocauerat.

tabulas teſtamenti aperuerit: cum is ſeruus teſta-
mēto māumiſſus eſſet. Neceſſitudinē: ut ille qui
ad diem cōmeatus nō uenit: quod eū aquæ inter-
cluſiſſent: Deprecatio eſt cū & peccaſſe & conſul
to reus feciſſe cōfiteť & tamen poſtulat: ut ſui mi
ſereať. Hoc in iudicio nō pōt fere uſu uenire: niſi
quādo pro eo dicimus cuius multa recte facta eē
conſtat hoc modo. In loco cōmuni per amplifica-
tionē iniiciemus: quod ſi hoc feciſſet: tamē ei ꝓ
priſtinis beneficijs ignoſci conueniret: uerum ni
hil poſtulat ignoſci: ergo in iudicium non uenit:
ſed aut in ſenatū: aut ante imperatorē & in conci
liū talis cā pōt uenire. Ex tranſlatiōe criminis cā
cōſtat: cū feciſſe nos nō negamꝰ: ſed alioꝝ pecca
tis coactos feciſſe dicimꝰ ut Oreſtes cū ſe defēdit
in matrē cōfert crimē. Ex remotiōe cris cā cōſtat.

qui pp pluuiā ſubitā & ĩgentē magna pars exercitus amiſſa ē: accuſať apud tribunos plæbis ꝗ totius populi curā gererēt: hoc aūt exēplū fortunæ rōnē diuerſa etiā poſſet eē neceſſitudinis: qm̄ coactus ea neceſſitate ab ea ualle ꝓpter pluuias exire nō poterat. Ad diem cōmeatus: lacedæmone ſiue in ſparta fiebat quoddā ſolēne ſacrificiū ad qđ cū multi boues neceſſarii erāt: negociū emēdorum bouū mercatori cuidā cōmittiť: & dies reuerſionis cōſtitutus ē: is pp ĩcremēta fluuioꝝ ĩpeditus cū ad dictū diē uenire nō potuiſſet accuſatus eſt & ab eo multa poſcebanť ꝙ p eā tarditatē irā deoꝝ aduerſus populū & incōmoda multa ſubſecuti ſunt. Cōmeatus ac ſi diceret profectionis in patriā. Dep̄catio: uehemens p̄catio: ſupplicatio. Et peccaſſe cōfiteť: in hoc apparet ꝗd eſt p cōſtitutiones cōlectu. Cōſulto: ĩ hoc differt a purgatiōe: in illa. n. cōcedimus tantūmō factū ipſum in hac aūt & factū & cōſiliū ipſius facti: hoc mō accuſatus Brutus ꝙ Pōpeianas partes ſecutus ſit & Cæſari aduerſatus. rn̄det ſe & peccaſſe: & dedita opa: & ſponte & libēti aīo id feciſſe: in hac uero pte: licet uideať nullā cōſtitutionē eſſe: qm̄ oīa cōcedunť: tn̄ poſſet inde oriri cōtrouerſia ſi diceret ꝙ cōſulto p̄ſecutus ſit Cæſarē: ut uinceret: fecit ut libertatē defenſaret. hoc in iudiciū hæc ps nunꝗ̄ tractatur corā iudicibus hac potiſſimū cā: qm̄ iudices iura adminiſtrātes apud romanos aſtringebanť iureiurādo affirmare ſe cōfirmaturos oēs leges & inſtituta populi romani: iuſtitiāq̄ ipſam ſeruaturos oī rōne præmiſſa. iō nō ſecūdū auctoritatē ſuā abſoluere poterāt: ſed ſecūdū argumēta & rōnes allegatas ab ipſis litigatoribus dignis pœnis unūquēq̄ afficiebāt. Vſu uenire: cōtingere. Cuius multa: qualia eēnt cōſeruaſſe rēpu. ductaſſe exercitus: uictorias multas cōtra hoſtes reportaſſe. In loco cōi: in ſentētia generali tāꝗ̄ loco alicuius ꝓuerbii accuſeť mālius furti ꝗ capitoliū a gallis ſenonibus liberauit: aut Cato maior de male ſūpta pecunia ꝙ carthaginē fecit tributariā. poſſemus hūc in modū uti loco cōi: nō eſt alicuius iudicis: aut magiſtratus cape p̄niciē huius ciuis: ꝗ ſit tāta nobilitate p̄ditus totiēs uictoriā ab hoſtibus reportauit: quęq̄ ingētia reipu. beneficia cōtuliſſe negare ullo mō poſſemus. Per amplificationē: mouēdo uel exponēdo hoc mō. nō recordamini iudices quot pericula ꝓ republica ſubiuerit: quātū ſanguinē effuderit. Priſtinis beneficiis: ꝗꝗ̄ Brutus pōpeianas ptes ſecutus fuerit & cōtra uolūtatē tuam pugnauerit Cæſar magnifice. tn̄ ꝗa tā utilis ciuis reip. fuit & tātus amator patriæ ſemp extitit: dignus tibi uideri debet cui hæc uenia concedať. Nihil poſtulat. cā ſciat ſe grauiter peccaſſe cōtra iperiū tuū nō audet ueniam abs te petere: uerū ueſtræ partes uidenť iudices ultro ei ueniā tribuere: nec ſinē: ut tātus ciuis: & tam p̄ſtans depereat. Quod aūt dici ſe nō petere ueniam uidetur non uelle petere rē iniuſtam a iuſtis ꝗa iurati iudices ſunt. Non cōuenit: reſumit id quo non poteſt uerſari hoc genus cōſtitutionis & ſubiicit apud quos magiſtratus tractari poſſit. In ſenatū: qui poteſt & condere & ſuſpēdere & reſcindere leges: ut libuerit ſine auctoritate & confirmatione cuius nulla lex fieri poteſt. Solebant. n. ꝗ legē daturi erant primo eam ad ſenatum referre: ut confirmaretur: unde hoc dicebať: uelitis iubeatiſq̄ quaſi ſine ipſis hæc fieri nō poſſit. In iperatorem: in quo eſt auctoritas totius populi. ſignificat aūt imperator hoc in loco ductorem exercitus: nam cum Cicero ſcripſit hanc artem iuuenis ad modum erat: neq̄ Cæſar occupauerat rempublicā a quo poſtea imperatores uocati ſunt omnes cæſares. Ex tranſlatione: uocatur etiam ſtatus compenſatiuus uel relatio criminis. Aliorum peccatis: bene ideo uocatur relatio criminis: quia fit referendo par pari in ſimili crimine impunito. Conferens crimen: accuſatus enim Oreſtes: ꝙ matrem occidit: confitetur: ſed transferēdū crimen in matrem: dicit ſe benefeciſſe: quoniā ea patrē occiderat ſuum: & nōdū punita fuerat. Remotiōe criminis crimē hic ponitur pro re accuſata: utputa ſiquis non negat hominē occidiſſe uel furatum eſſe.

Si culpā ipſam: In hoc aūt differt a ſupiore ꝙ in trāſlatione tanq̄ moti magnitudine criminis alio
rum ulciſcimur eos īpunitos: & cadit in uolētē: par pari referendo: ut in forte ferre mortē p̄ morte
ab aliis nō punita. In hac aūt excuſatio culpæ per obedientiā pſonæ maioris īperātis & poſſet eadē
in nolētē: utputa ſi cōſules in quorum poteſtate tota ciuitas tanq̄ in regibus impaſſent littoribus ut
quēcūq; interficerēt. nō liceret aūt ſi a punito imparet̃ illud fieri ab aliquo mortaliū ſine pœnæ pu
nitione. Vel in hoiem: puta in ſenatū cōſules īperatores q̄ īperaſſent littoribus: ut auferrēt malū
hoiem d' ciuitate: ſeditioſum tollerēt.
In rē quāpiā: res appellat̃ qcq̄d ē præ
ter q̄ hō ut leges a plæbiſcita ſunt q̄ p̄
hibēt multa fieri in ciuitate. P. Sulpi
tiū: fuit hic ſeditionibus deditus: quē
cōſules a littoribus interfici uoluerūt.
Rōnem: quoq; duas rōnes hēt defen
ſionis: uidelicet obedientiā littoris ad
cōſules: q̄bus parere neceſſe ē: & ipſā
iuſtitiā q̄ uidet̃ cōcedere; ut ſeditioſus
hō poſſit licēter occidi quocūq;. In rē
ſi ex teſtamēto: q̄dā moriens reliquit
hæredem amicū ſuū ea lege nō prius
adeat hæreditatē quā ipſe ſtatuerit co
lūnā in medio tēpli: & ſtatuā ipſius
ſupīpoſuerit. Ex plæbiſcita utet̃: qd̃
p̄hibet ī loco publico q̄cquā: quale tē
plū eſt & forū ædificari poſſe. Plæbi
ſcita āt a tribūis fiebāt hoc mō. Cōuo
cato enim populo & ſenatu his uerbiſ
utebant̃: decreuimus ut nihil ædificet
in publico: ſic uos uelitis: ſic iubeatis.
Ex cōparatiōe: & ſi diceret ex duobus
extremis cōparatis utꝝ fuerit melius.
Cōparatio aūt pōt eſſe triplex: p̄ ma
gis: p̄ minus: & p̄ æque. Alterutrū fa
cere uel arma: uel equos traducere:
hoſtibus aūt cū toto exercitu fame pe
rire Satius fuiſſe nihil ē cōparatio: q̄a
dicit hanc alterā eē uel fuiſſe cōditio-
nem præſtātiorē. Cū a gallis: hic pu
gnabat in liguria quæ dicit̃ gallia Ciſalpina: uel lombardia quæ eſt citra ianuā: & illic deductus in
anguſtias circūſedebatur ab hoſtibus. Obſidebatur: ita claudebatur undiq;: quod omnes aditus
erant ſibi occluſi hoſtes dicunt̃: unde dicant̃ hoſtes qui ſe uolūt adæquare: cū aduerſario ab hoſtiē
do dicti uel oſtando. Ita diſceſſit modus breuiādæ orationis. prætermiſit. n. ea quæ per ſequētia i
telligi poſſunt. Tacet. n. quæ in utrunq; ducem de conuentione dicta ſunt. Impedimēta: uaſa &
reliqua neceſſaria militibus ad uſum quotidianum: quæ alio uocabulo dicuntur ſarcinæ. Accerſi
tus. ſ. crimen: poſſet autem oriri alia per eiuſdem cōſtitutionis quæ eſt ex diffinitione: quia poſſet
populus ſe non defendiſſe: ſed conſeruaſſe maieſtatem. Conſtitutiones quātum ad genus & tres
ſunt ut dictum eſt. Q ue partes: ad ſpecies. Oſtendiſſe. cum magna moderatione loquitur.
Nunc quomodo: tranſitio ad res nouas coniungenda aptiſſima: hoc modo hactenus tractatæ ſūt
omnes conſtitutiones & controuerſiæ ſecundum diffinitiōes & ſuas partes ſolum per deguſtatio-
nem quandam & cognitionem. nunc autem tractandum eſt quomodo orator peritus debet pro-
cedere ad exercitationem harum conſtitutionum: pro cognitione cuius ſciendum eſt ꝙ in omni
controuerſia concurrunt quinq; partes: uidelicet accuſatio: defenſio: ratio defenſionis. ratio accu-
ſatoris quæ uocatur firmamentum: uel ratio contra orationem: & iudicatio quæ conficitur ex iu-
dicatione & collectione: ratione utriuſq; aduerſarii ex eo ordine conſiderandæ ſunt quomodo po
ſuimus: quod exēplo magis declarari pōt a perito lectore. Q ua uia tractari ideſt ad exercitationē
reduci. Ambobus: ab accuſatore & defenſore. Deſtinari: præponi conſtitui. animo conſula
ri ad finem dirigi. Ratio conferatur; hoc melius declarat quod dixit in cauſa deſtinari ac ſi di-
ceret: ſi prius oſtendero aliquem finem ambo litigantes debeant dirigere argumenta ſua. Cōſtitu
tione reperta neceſſarium quidem eſt prius cognitionem habere conſtitutionis: quia diuerſe cauſæ
diuerſas requirunt rationes: nam & medicus ignorato morbo ægrotantis rationes medendi appli
care non poterit. Statim ratio quærenda: ſcilicet a defenſore: conceſſo crimine quærenda ratio
eſt: quare iuſte uel iniuſte factum ſit. Ratio: quæ cauſam facit: quia in ea defenſio continetur:
ſine qua defenſione accuſatus: quam primum ponitur: ideo ex ratione controuerſia conſtat.

cū a nobis nō crimē. ſed culpā ipſam amouemus.
& uel in hoiem trāſferimus. uel i rem q̄piā cōferi-
mus. In hoiem trāſfert̃: ut ſi accuſet̃ is q̄ Publiū
Sulpitiū ſe fatet̃ occidiſſe: & id iuſſu conſulū de
fendat & eos dicat nō mō imperaſſe: ſed rationem
quoq; oſtendiſſe: q̄re id facere liceret. In rē cōfert̃
ut ſi quis ex teſtamento quod facere iuſſus ſit ex
plæbiſcita uteret̃. Ex cōparatiōe cā cōſtat: cū di-
cim⁹ neceſſe fuiſſe alterutrū facere: & id quod fe
cerimus ſatius fuiſſe facere. Ea huiuſmōi. Caius
Pōpeius cū a gallis obſideret̃ neq; effugere ullo
mō poſſet: uenit cū hoſtiū ducib⁹ i collocutionē
ita diſceſſit ut īpedimēta relinqueret: exercitū edu-
ceret. ſatius eē dixit amittere īpedimēta quā exer
citū. exercitū eduxit: īpedimēta reliq̄t accerſit̃ ma
ieſtatis. Q ue cōſtitutiōes & q̄ cōſtitutionū p̄tes
ſint ſatis uideor oſ̄diſſe. Nūc q̄uo eas & qua uia
tractari cōueniat demōſtrādū ē: ſi prius aperiemus
q̄d oporteat ab ambob⁹ in cā deſtinari quo rō oīs
totius rōnis cōferat̃. Cōſtitutione igitur reperta
ſtatim quærenda ratio ē. Ratio eſt quæ cām facit

Cõtinet defenſionem:ac ſi diceret ſupra ea fundata eſt cõtrouerſia:quæ fit defendendo. Docẽdi cã:ue bi gratia. Cõſiſtamus.ſ.ſuperius iam inchoata:& ab oibus oratoribus diuulgata. Quideni eſſet:qa cã eſt quædam dictio & contradictio:uel accuſatio:uel depulſio criminis. Patrem meũ occiderat.rõ hæc ſumpta ẽ a pietate:& eſt lex defenſoris eã ratio eſt.ſ.quã proxime cõmemoraui. Inuentã ratione.ſ.ex parte defenſoris. Firmamentũ.ſ.ab accuſatore:ut rõnem defenſoris:quæ præceſſerat deſtruat & infirmet:ſuam aũt confirmet:unde uocatum eſt firmamentũ ratio accuſatoris:quia per eam confirmatur aduerſa ſub eodẽ uocabulo. igitur infirmatio & cõfirmatio diuerſis reſpectibus cõtinet. ab aliis etiam dicit cõtra rationẽ non abs te occidi oportuit ratio cõtra rationẽ. nã licet ipã digna eſſet morte:tñ ipſam abs te nõ oportuit occidi. Indẽnatã:duæ rõnes ſũt & ꝙ ab ipo ñ debuit occidi:& ꝙ a nẽmine occidi debet niſi prius iudice cõdẽnatus ſit. Pendere ſolure. Ratiõe defenſoris:ponit ex parte iudicis qd ſeruandũ ſit. Crimonenon participiũ eſt a uerbo paſſiuo græco:& ſignificat iudicatũ. Appellat zeugma eſt ab inferiori. Eã cõſtituet ex cõpatiõe rationũ accuſatoris & aduerſarii. Rectũ ne fuerit:in hoc pẽdet iudicatio utrũ ne recte:an iniuſte factum ſit. Totius orõnis.ſ.tã accuſatoris:q̃ defẽſoris. In oibus cõſti.ponit regulã generalẽ ad legitimã & iuridicialẽ ꝯſtitutionẽ. Præterq̃ in cõiectu. facit exceptionẽ: Subeſt ratio:ac ſi diceret deficiẽte cã deficit effectus. nã ubi cõceſſio nõ ẽ:ratio criminis eſſe nõ poteſt:neq; firmamentum quod eſt correlatiuũ rationis. Quare ex intẽtione & inficiatione:hoc eſt ex accuſatione & negatione. nõ autem ex ratione & firmamento:ſicut in reliquis ſupra dictis. Occiderit ne:ac ſi diceret utrũ. Si plures generaliter:hoc ptinet ad omnes cõſtitutiones. Iudicationes quoq;:ut ĩ hac cã ſeruus manumiſſus. ut ſupra dictũ eſt in cõtentione quadã dñm occidit ſuum:a uilla reuerſus frater occidit eũ:accuſatur cũ aũt ſe dicit occidiſſe & recte feciſſe:qa fratrẽ uindicauit:ꝓpter hoc nõ tamẽ Romanũ ciuem per legem portiã indẽnatũ occidi non oportuiſſet:& ipſe reſpondit hoc per ignorantiã eſſe factũ:neceſſaria quoq; erit altera iudicatio:utrũ per ignorãtiã quoq; tantũ ſcelus poſſit excuſari. Itẽ quoq; hoc inutile nõ uerit:ut intelligamus hanc artẽ ad exercitationẽ accõmodari oportere. Accuſatus Milo cũ dicat ſe occidiſſe Clodiũ iuſte:quoniã licet ſe ab hoſte defendere. Orit iudicatio utrũ recte ſit factũ. Interea cum dicat ſe occidiſſe inimicũ oritur alia iudicatio. Operã breuiter per neceſſariam tantum:de qua breuitate Horatius ait:quicqd ꝓ ceperis eſto breuis. In altero:ſecũdo.

& cõtinet defenſionẽ hoc modo:ut docẽdi cauſa in hac potiſſimũ cõſiſtamus Oreſtes cũ fatetur ſe occidiſſe matrẽ:niſi attulerit facti rõnem peruertit defenſionem.ergo affert eã quæ niſi intercederet:niſi cauſa qdem eſſet.Illa.n.inquit patrẽ meũ occiderat.Ergo ut oſtendi ratio ea ẽ quæ cõtinet defenſionẽ ſine qua nec parua quidem dubitatio poteſt remorari dãnationẽ.Inuẽtã ratione firmamentũ quærendũ eſt:idem quod accuſationẽ continet & quod affertur cõtra rõnem defenſioni:de qua ante dictũ eſt:id conſtituet hoc modo.Cũ uſus fuerit Oreſtes ratiõe hoc pacto iure occidi. illa enim patrem meũ occiderat:utetur firmamẽto accuſator hoc mõ.Sed non abs te occidi:neq; inde natã pœnas pendere oportuit.Ex ratione defenſionis:& ex firmamento accuſationis iudicij quæſtio naſcatur:oportet quã nos iudicationem græci crinomenon appellant.Ea conſtituetur ex coniunctione firmamenti:& rationis defenſione hoc modo.Cum dicat Oreſtes ſe patris ulciſcẽdi cauſa matrem occidiſſe:rectũ ne fuerit a filio ſine iudicio Clytẽneſtram occidi.Ergo hac ratione iudicationem reperire conuenit.Reperta iudicatiõe omnẽ rationem totius orationis eo conferri oportebit.In omnibus conſtitutionibus:& partibus conſtitutionum hac uia iudicationes reperientur præterq̃ in coniecturali conſtitutione.Nam in ea nec ratio quare fecerit quærit.feciſſe enim negatur:nec firmamentum exquiritur:quoniam non ſubeſt ratio quare ex intentione & ex inficiatione iudicatio conſtituitur hoc modo.Intentio occidiſti Aiacem.Inficiatio non occidi.Iudicatio occiderit ne.Ratio omnis utriuſq; orationis:ut ante dictũ eſt:ad hanc iudicationem conferenda eſt. Si plures erunt conſtitutiones:aut partes conſtitutionũ:iudicationes quoq; plures erunt in una cauſa:ſed & omnes ſimili ratione reperient.Sedulo dedimus operam:ut breuiter & dilucide:q bus de rebus dicendũ fuit diceremus.Nunc quoniam huius uoluminis magnitudo ſatis creuit commodius eſt in altero libro de cæteris rebus.

Deinceps per ordinem. Nequa fatigatio:tangit ipſe rationem; quare ſcriptores diuidant ſcripta ſua in uolumina:hoc eſt uoluntas ſcriptoris:qui more uiatoris frequenti intermiſſione leuatur; huiuſq; rei fructus memoria eſt:ut ſiquis allegare uelit facilius per numerũ librorũ meminiſſe poteſt. Singulos Ci.enim quinterniones mittebat:quos ipſe breui ſpatio temporis lectitabat:quam Tul. cor.ſcriberet. Magnitudini difficultati:quoniam ante eũ nemo latine ſcripſerat. Occupa. ſicut ſupra ait in proemio. Matura.cum diligentia feſtinabimus.nã qui rem ex nimia præcipitat maturatione: maturare nõ dicitur.

deinceps exponere:nequa propter multitudinem litterarũ poſſit animũ tuũ defatigatio retardare. Sed ſi quo tardius hæc q̃ ſtudes abſoluentur. cũ rerum magnitudini:tũ noſtris quoq; occupationibus aſſignare debemus. Verũtamẽ maturabimus:& quod de negocio diminutũ fuerit exequabimus induſtria:ut ꝓ tuo in nos officio & noſtro in te ſtudio munus hoc accumulatiſſime tuæ largiamur uoluntati.

i N primo libro Herẽni breuiter expoſuimus quas cauſas recipere oratorẽ oporteret:& in quibus officijs artis elaborarẽ cõueniret:& ea officia qua rõne facillime cõſequi poſſet. Verũ quia neq; de omnibus rebus ſimul dici poterat:& de maximis rebus primũ dicendũ fuit:quo cætera:tibi faciliora cognitu uiderẽtur. Ita nobis placitum eſt:ut ea quæ difficillima eſſent potiſſimum conſideremus.

De tribus generibus cauſarum.

c Auſarum tria ſunt genera:demõſtratiuũ deliberatiuũ:iudiciale:modo difficillimũ eſt iudiciale:ergo id primum abſoluemus:hoc & in priore libro egimus:cũ de oratoris officiis qnq; tractaremus:quorum inuentio & prima & difficillima eſt. Ea quoq; nobis erit in hoc libro propemodum abſoluta:ſed paruã partem eius in tertium uolumen trãſferemus. De ſex partibus orationis primũ ſcribere incipiemus. In primo libro locuti ſumus de exordio:narratiõe diuiſione:nec pluribus uerbis quam neceſſe fuit: nec minus dilucide quam te uelle exiſtimabimus:deinde coniunctim de confirmatione:& confutatione dicendum fuit. Quare genera conſtitutionum & earũ partes aperuimus:ex quo ſimul oſtẽdebatur quo modo conſtitutionem & partes conſtitutionis cãpoſita reperiri oportere. Deinde docuimus iudicationem quemadmodum quæri cõueniret: qua inuenta curandum:ut omnis ratio totius orationis ad eandem conferatur. Poſtea admonuimus cauſas eſſe quam plures: in quibus plures conſtitutiones ac partes conſtitutionũ accõmodarentur.

i Nn primo libro:habita deguſtatione:nunc exequitur exercitationem earum:& in modum proemii reperit omnia quæ facilius dicta ſũt:ut facilius ĩ memoria conſeruentur:quaſi omnia in uno aſpectu redacta:ſed primo aperit cauſam ſui conſilii quod eſt prius tractare difficiliora:ut reliqua leuiora fiant. Recipere:ex neceſſitate quidẽ. & ꝓfeſſione oratoris eſt: ſicut medici curare membra.

c Auſa uero ut diximus ab initio eſt:que habet in ſe controuerſiam:uel habere poteſt cũ certarum rerũ interpoſitiõe. Officii inuentiõe:diſpo.elocu.& cætera. Elaborare autem maxime propter inuentionem:quæ difficilia eſt. Conſequi arte imit.exer. Verũ qa agit cauſam conſilii ſui. Primum abſoluemus:ſylogiſmus eſt in forma: inuentio prima eſt:nam fecit inuentione primã. Inuenta enim & diſpoſita ornamus & pronunciamus. Abſoluta quia in ſuperiore libro tractatæ ſunt tres partes primæ orationis. In hoc autem de confirmatione & confutatione. Cõcluſio uerum in tertiũ librum trãſferetur. Dicendum fuit: hoc gerũdium dicit neceſſitatẽ: nam altera alterius auxilio ĩdiget ad uictoriam conſequendam: unde quidam unam partem eſſe uoluerũt: & male propter uarios effectus: quoniã multi ſunt qui bene confirmãt ſed aliena non deſtruũt:& econtra:quod de Lactantio Hieronymus ĩquit utinã tam bene noſtra confirmaſſet: quam facile aliena deſtruxit. Cõſtitutionũ quæ ſunt ſedes confirmationis & confutationis. Oportet qaſi nc reprehenſiõe accuſari cõſtitutũ nõ habet locũ.nã ſi negat cõiecturalis eſt. Si cõcedit: iuridicialis eſt.hoc modo occidi:& iuſte feci;nam licet me defendere: legitima uero eſſet ſi diceret:non occidi: ſed defenſio. Iudicationem quæri: tã q̃ in ſagitta dirigat ad ſignũ. Omnis ratio tam accuſatoris:quã defenſoris & tetigit rationem: & firmamẽtum: ac ſi diceret totius orõnis complexiõi cauſæ. Conſti.accõ. quia dixit in una cã plures conſtitutiones poſſe exoriri

Ratio poſſet: quia alia inuentio argumentoꝝ debet eē in re conceſſa: alia in re negata. Sequi & euitare uel bonas uel malas: quia aliquæ rõnes ſunt quæ faciũt pro accuſatore: & aliquæ pro accuſato contra rõnes accuſatoris: ut Milo ſe occidiſſe Clodiũ ut ſe defenderet: accuſator dicat propter odium occidiſſe iã diu inueteratum. Epychiremata: Quinti. in quinto diſtinguit ſylogiſmum ab epychirematibus hoc modo ꝙ ſylogiſmus eſt argumentum: ubi traditur res uera: & pertinet ad dialecticum qui cogit etiã nolentē per uim argumētoꝝ conſentire. Epychiremata ſunt quæ habent uel uera uel ueriſſimilia: & pertinent ad oratores qui non in aliqua: ſed quoad poſſunt perſuadeant. Vitari quia alia ꝑ ſe faciũt: alia ꝑ deſenſore: ideo dixit quales argumētatiões utrunq; .ſ. ſequi & euitare. Concluſi. pluratiue dixit ꝓpter .iiii. partes cõcluſionis .ſ. enũciationē: cõmiſerationē: amplificationē: & difficillimam. per hoc .n. uidetur difficilior: quia negat factum. Prima q̃tum ad diuiſionē ſuperius factã. Interiectas: cõtendēs accuſator: & aduerſarius de morte Clodii oritur cõtrouerſia ꝙ Milo per ueterē inimicitiã occiderat Clo. probat per ſuſpitionē ꝙ eũ occiderit dum ſe defenderet hoc modo: non ꝓpter odium ad uillam ꝓficiſcebat inermis: cũ uxore: quod cũ ꝑſenſiſſet Clodius obuiã Miloni uenit armatus: & ea q̃dem uia qua ſciebat Milonē eſſe uenturũ: cũ per alias q̃plures in urbe ꝓficiſci poterat: præterea cũ ſeruoꝝ armatorũ copia: cũ ante ea duobus tantum: & inermibus cõtentus eſſet. Nihil actum: ut ſe & ſeruos armauit in equum conſcendit. Nihil dictum dixerat pauloante ſe inimicũ habere: q̃ in conſequenda prætura impedimēto erat. Ventum cum multæ eſſent uiæ per uiam Milonis cõtendit. Factum: hoc uocabulo cõplexus eſt oēs partes prædictas: nam facere generale eſt ad oēs actiones humanas: agere aũt diximus non principaliter unũquodq; actum conſideremus. Simplicem & dilucidam: profecturus in urbem. Clodius intelligens ea loca inſidioſa & a latronibus frequentata ſe: & ſeruos ſuos armari iuſſit: quo tutus in urbem proficiſceretur. Ratio regula. Quid ualeat: ad quam rem efficax ſit.

Reliquũ uidebat̃ eſſe ut oſtēderem⁹ q̃ rõ poſſet inuentiões ad unãquãq; cõſtitutionē: ut partē cõſtitutõis accõmodare. Et itē quas argumētatões q̃s græci epychiremata appellãt ſeq̃: q̃s uitari oporteret: quoꝝ utrũq; ꝑtinet ad cõfirmationē & cõfutationē: deide ad extremũ docebim⁹ cuiuſmodi cõcluſiõib⁹ orõne uti oporteat q̃ loc⁹ erat extrē⁹ d̄ ſex ꝑtib⁹ orõnis. Primũ ergo q̃rem⁹ quēadmodũ q̃q; cãm tractari cõueniat: & nimiꝝ cõiecturalē q̃ pria quæq; difficillima ē potiſſimũ cõſideremus.

### De coniecturali.

In cauſa cõiecturali narratio accuſatoris ſuſpitiones iteriectas & diſpſas hr̃e debet: ut nihil actũ nihil dictũ: nuſq̃ uentũ aut habitũ nihil deniq; factũ ſine cauſa putet̃. Defenſoris narratio ſimplicem & dilucidã expoſitionē debet hr̃e cũ attentione ſuſpitionis. Huius cõſtitutionis ratio in ſex partes eſt diſtributa: probabile: collationem: ſignum: argumentũ: cõſecutionem: approbationē. Horũ unũquodq; q̄d ualeat aperiemus.

### De probabili argumentatione.

Probabile eſt ꝑ quod ꝓbatur reo expediſſe peccare: & a ſimili turpitudine hoiem nũq̃ abfuiſſe. Id diuidit̃ in cãm & in uitã. Cauſa eſt ea quæ inducit ad maleficiũ cõmodoꝝ ſpe: aut incõmodũ euitatiõe. Ita cũ quærit̃: nũquid cõmodũ maleficio appetierit: nũ honorē: nũ pecuniã: nũ dñationē: nũ aliquã cupiditatē amoris aut huiuſ mõi libidinis uoluerit explere. Aut nũq̄d icõmodũ uitarit: inimicitias: ifamiã: dolorē: ſuppliciũ.

Probabile uocabulo rhetorico ſignificat argumentũ quod per excellentiam q̃dam uim maximã habet ad ꝑſuadēdũ. expediſſe utile fuiſſe: alias neceſſe eſſe. Peccare ut occidere hominē. A ſimili turpitudine: ut ſemper ĩ cæde bonoꝝ oblectatus eſt. Cauſa eſt q̃ iduxit atq; duplex eſt cã: impulſiua .ſ. & ratiocinatiua. ĩpulſiua eſt quæ de repente: uel per iracundiam: uel per aliam motionem animi: hominem ad maleficiũ induxit. Rocinatiua: eſt quæ cũ cogitatiõe utilitatis induxit ad ſcelus: ut ſi quis hoiem occidat: ut eius dignitatē uel diuitias cõſequat̃. Cõmodoꝝ: ſpe: ut Clodius milonē aggrediebat̃: ut præturã haberet in manu: quã nõ poterat eo uiuente: q̃ cõſularũ obtinebat. In cõ. euitatiõe: hoc ēt numerat̃ in pre cõmodoꝝ .ſ. euitatio ꝑicli curabat Clodius tollere milonē de medio qui erat ſibi magnũ frenum ad præturã ingrediendã ꝓpter cõſulatũ quod ſi conſul nõ fuiſſet prætorillico factus eſſet. Nũ honorē: exēplificat cõmodũ. Amoris: ut uxorē ſuã haberet. Inimicitias: plus eſt quã hoſtilitas: quia odiũ priuatũ: ut nemo eſt potentior in urbē: quia poſſet ſibi obſiſtere inſaniam. ille qui erat appellabat eum tyrãnum crudelem. Dolorē ex pectabat: ut eũ ali qua ꝑtepriuaret corporis. Suppliciũ: nõ timebat occidi ab aliquo: niſi ab iſto

Ratiocinatiua.

bes iam unum libꝝ marce fili: quod erat iam beniuolentiæ ſignum. Aduerſarii interpretantur: ptinet ad utrūq; & hoc parte filii ſic maluit filiū eſſe hæredē quā uxorē cui certe nihil religſſet niſi putaſſet hoc effugiſſe ſignū parui amoris: quod cū ita ſit creditis ꝙ noluerit me hæredē eē & alius poſſideret: ſiqdē hoc eēt nō hæredē: ſed pauperē filiū efficere. Cōtra ex parte terētianæ uultis credere ſi dixit quæ uolet. ſ. uxor. cōſiderauit. n. me nō poſſe āplius locari uiro niſi quæ uellē dediſſe ꝑſertim cū filii ſemp ī fide & matribus aduerſi ſunt. Fieri potuiſſe quod impediebat qn filiū potius hæredē faceret: quā uxorē.

interpretant̃ ſcriptor fieri uoluiſſet oſtēdēdū eſt. Deīde id quod nos interpretemur & fieri poſſe & honeſte: recte: more: lege: natura: bono & æquo fieri poſſe: quod aduerſarii īterpretant̃ ecōtrario: nec eē ābigue ſcriptū: cū itelligatur utra ſentētia uera ſit. Sūt qui arbitrant̃ hāc cām tractandā uehementer ptinere cognitionē amphibologiaꝝ eā quæ a dialecticis ꝓfert̃. nos āt arbitrant̃ non mō adiumēto eē: ſed potius maxīo impedimēto oēs eni illi dialectici amphibologias aucupant̃ eas ēt quæ parte ex altera ſentētiā nullā poſſunt īterpretari. Itaq; & alieni ſermonis moleſti īterpellatores & ſcripti ſui: tū odioſi: tū obſcuri interpretes ſūt: & dum caute & expedite loqui uolunt ī fantiſſimi reperiuntur. Ita dum metuūt in dicendo neqd ābiguū dicāt nomē ſuū ꝓnūciare nō poſſunt. Verū hoꝝ pueriles opiniōes rectiſſimis ratiōibus cū uoles refellemus. Impræſentiaꝝ hoc iterdicere nō alienū fuit: ut huius īfantiæ garulā diſciplinā cōtēneremus.

## De diffinitione.

c Vm diffinitiōe utēur primū afferēus breuē uocabuli diffinitōnē: hoc mō: maieſtatē is miuit

Honeſte: dedecus certe fuiſſet pr̃is maximiū ſi ꝓ uxore filiū obliuiſceret̃ & recte officiū ſuū fuit bñ facere bñ merētibus: nā filius ſeper ei bonus & obſeqns fuit. More: nunq̄ cōſuetudo fuit ut filius hæreditate priuaret̃. Lege: leges iubēt ut hereditas uiciniori det̃: oſtēdit. n. honeſtatē iuris ꝑ partes legis: uñ iuridicialis adiuuat legitimā ſicut ſupra. Natura: quia pater & filius eadē ꝑſona cenſeant: uñ Ver. perite dixit: Proiice tela manu ſāguis meus. Ex æquo & bono: iniquum eēt & cōtra bonū ciuitatis ꝙ pater filiū priuaret hæreditate & uxorē aliū de natā diuitē efficeret. Ecōtrario: qdam bona ſua legauerat hac lege: hæres meus eſto q ſtatuā aureā haſtā ī manu tenentē fecerit. moritur teſtator & orit̃ cōtrouerſia utꝝ de haſta dicet an de ſtatua. accuſator ſtatuā aureā fieri dbere q̄ defenſor a cōtrario ſi dicat nil prebet. Nec ambiguū eēt dictū: qd dubitat teſtatorē haſtā & nō ſtatuam aureā fieri uoluiſſe: cū ipſe ſciret paruā eē hereditatē. ſtultus. n. eēs de ſtatua ītelligere. Recte: nō rectū eſſe plura īpare: quam ualeat hæreditas. Natura nuſq̄ poſſet facere pluſq̄ eſt poſſibile.

Sūt quidā: carpit opinionē quorumdā magiſtriculorū græcoꝝ nō ueterū ſcriptoꝝ artis quos ipſe ubi laudauit dicebat: n. multū ꝓdeſſe ad has ābiguitates cognoſcēdas audire argumēta ſophiſtica. Sed īpedimento: qa oīa īuoluit ſuis argumētis: nec ſinūt oratōem hēre effectū ſuū ad ꝑſuaſionē auditoꝝ ipſis ita eē iudicātibus. nā īpedit̃ ille effectus ꝑ argumēta. qa dialectici cogūt ſine iudice: nā ſæpe cōtendūt & tamē nō aīo cōſentiūt: aucupant̃: de oī uerbo conātur piſcari aliqd ad dubitationē faciēdā. Ex altera parte: quia uolunt ꝓ ſnīa ſua oīmodo: ita ut ipſi dicāt ītelligātur: & ſi nullo mō poſſit: & aliā partē ītelligi uolūt. Odioſi: qa nō ē ad ueritatē hiſtoria ſed fictū. Interpellatores: qa alios ſeq nō ſinūt. tā ſunt obſcuri: qa magis faciūt dubitationē. Infantiſſimi: neſciētiſſimi & imperitiſſimi loquēdi: quia neſciūt qd dicāt. Nomē ſuū: qa ſiqs īterrogat qūo uocent̃: timētes errare ſubiiciūt q̄ris de gēte uel de patria: aut dicūt ſe reuera neſcire: qm̄ parui erāt cū nomē ſibi īpoſitū fuit: ſed tamen uocari ab aliīs Gulielmus. Refellemus: hoc feci poſtea ī libro triū chartaꝝ: quē ſcripſit ad Trebatiū: quē cōmentatus eſt Boeti. pluribus chartis: puta quatuordecim.

Vm diffinitōe utemur: thema ſupius poſitū ē. Saturninus tribunus plæbis uolebat ferre legē

c frūmētariā ī hūc modū. placeat ſenatui populoq; romāo ut frumētū diuidat̃ ī plæbē: uerū ꝓhibēte cepione: pontes & oīa diſtributa ſunt: accuſat̃ læſæ maieſtatis qd ꝓhibuerit tribunū facere officiū ſuū: ex quo naſcitur cōtrouerſia: ꝙ ſit iædere maieſtatē: hoc autē ſæpe contingit & in ſermonibus quottidianis hoc modo: fortiſſimus quidā uir fuit: īmo potius temerarius difiniuit qd ſit fortitudo. Afferemus breuē uocabuli diffinitionē: ponit̃ ꝓ deſcriptōe: ſignificat. n. utrūq; ſane dialectici quæq; ita diſtinguūt: diffinitiōem eē eā quæ declarat res ꝑ eſſentialia: ut hō eſt aīal rōnale mortale. Deſcriptio uero ē declaratio quædā alicuius rei ēt ꝑ accidētalia: ut homo ē aīal bipers comatū & barbatū: ſed utraq; tamē debet eē talis ꝙ cōuertatur cū definito: puta idē ſit id quod ē poſt uerbū eſt cū eo quod precedit: dialectici diffinitū & diffinitionē appellant: breuē autē inqt ꝓ neceſſaria tamen: ut homo eſt animal: non autem eſt res quædam habens in oībus mēbris animā. Et ratione: non autem habens deſcriptionē ī omni re cōfidenda: dicūt autē: deſcriptio a græcis

uel

Maieſtatē is minuit: intellige ex parte Saturnini accuſantis: qa cepio ni nō cōucit.

Amplitudo: ciuitatis: bene autē ciuitatis nō urbis: quoniā maieſtas a maioribus dicta in ciuibus & magiſtraribus nō in mœnibus. amplitudo aūt ut ſemp a doctis notata eſt ꝑ potētia cū dignitate Suffragia & magiſtratus: & ſi maieſtas cōſtat in libertate dādi ſuffragia & ī conſiliis magiſtratuū: ergo læſiſti maieſtatē cū diſturbaſti pōtes & ciſtellā. tu īterpellaſti ciuē ne daret ſuffragia ad hāc legē appellandā: & me tribunū uetuiſti aperire cōſiliū meū populo de legis utilitate. Suffragia: dicunt̄ libertas deſignādi p fabas uel teſtulas & nō deſignādi uolūtatē. Suffragatio uero exercitatio & actus neq; ſignificat auxiliū: ut īqunt multi.

Nempe igitur ita: diffinitio hæc ī modum ſylogiſmi facta eſt nā hæc ē tan q̄ una minor: diffinitio uero maior ē. Itē ex cōtrario: ex parte defenſoris. Detrimento affecit: negat maiorē. Ille enim dicit: q̄ tollit potentiā ſuffragandi maieſtatem lædit. hic uero qui detrimēto afficit. Ego nō affeci: negat minorem. Detrimētū dictū a detero: ſicut dānū a deo. Sētentiam uocabuli breuiter deſcribet: maieſtas eſt defendere rēp. ab omni icōmodo. Itē prudens qdē eſt hic uir. nam cautelā habet magnā in decipiendo alios & lucrando. Factū noſtrū cū deſcriptione cū ita ſit ego remp. ab icōmodo ſeruaui cū potēs diſturbauerī. ea. n. res maximū incōmodum erat allatura. Ratio refelletur: uidet̄ tibi ſeruare maieſtatem: cū eā dāno afficis: quis diceret Gracchū maieſtatē ſeruare: cū ipſe remp. peſſundabat. Si aut falſa: q̄a aliter dicis quā res ſeſe habeat: ut ſi dicam: ſapientia eſt habere cautelā ī decipiendo: mō aliqd lucret̄. Itē ſi ſeruaret̄ cū detrimento reip. ad quod creati eēnt cenſores & dictatores ad īperium malorū & libidinem cōprimēdā aut ītutilis: ut ſapientia eſt cautela lucrādi p fas & nefas. Turpis q̄ affert: infamia magna prudentia eſt curare: ut corpus bene ſe habeat quo ſeruato etiam animus ualet. Aut iniurioſa: cōtra partes iuris bonū eſt qd̄ patres exhæreder filios: puta ſi diceret feciſti cōtra morē o Cepio: qm̄ officiū cēſoris ē uetare malos: nō tuū.

qui ea tollit: ex quibus rebus ciuitatis amplitudo cōſtat. Hæc ſunt ea quæ capiūt ſuffragia populi & magiſtratus cōſiliū. Nēpe igit̄ tu & populum ſuffragio & magiſtratū cōſilio priuaſti: cū pontes diſturbaſti. Itē ex cōtrario maieſtatē is minuit qui amplitudinē ciuitatis detrimēto afficit. Ego nō affeci: ſed ꝓhibui detrimēta: ærariū cōſeruaui: libidini maloꝝ reſtiti: maieſtatē oēm interire nō paſſus ſum. Primū igitur uocabuli ſentētia breuiter & ad utilitatē cauſæ accōmodata deſcribetur. Deinde factū noſtrū cū uerbi deſcriptione cōiunget̄ & deſcriptiōis ratione aptabitur. Deīde contrariæ deſcriptiōis ratio refellet̄: ſi aut falſa erit: aut iutilis: aut turpis: aut iniurioſa. Id quoque ex iuris partibus ſumetur de iuridiciali abſoluta: de qua iam loquemur.

## De tranſlatione.

q Værit̄ ī tranſlatiōibus: primū nū alii quis ei⁹ rei actōem: petitionē: aut executionē habeat quā non oporteat. Nū alio mō: alio tpe: alio loco: nū alia lege: nū alio quærente: aut agente. Hæc legibus & moribus de æquo & bono reperiuntur: de q̄bus dicetur in iuridiciali abſoluta.

## De ratiocinatione.

i N cauſa rationali primū quærit̄ qd ī rebus

q Værit̄. ſ. diſputādo: tā ab accuſatore q̄ a defenſore. In trāſlatiōibus: ī dilatōibus & cōmutatōibus thema ſupius fuerit poſitū de eo q̄ ſubſtulerat uaſa ſacra de loco priuato: q̄ cū accuſatus eſſet ſacrilegii dicebat ſe nō ſacrilegiū: ſed furtū cōmiſiſſe: qm̄ ea de loco priuato ſubſtuliſſet. Actionē: ut ſi filius a debitoribus patris iā mortui exigeret pecunias: illi negarent ſibi q̄cq̄ deberi: qm̄ nihil unq̄ eis mutuaſſet. ille aūt ſe hæredē: & filiū: & eandem pſonā eſſe diceret cū patre: q̄a pecuniæ ſibi iure mutui debeant̄. Actio aūt nihil aliud eſt quā uis & modus pſequēdi ī iudicio qd̄ ſibi debet̄. Petitiōem: ut ſiq̄s ꝓcurator uel alter īſtitutus dicat ꝑ altero: & petat ut ſibi debeant̄ pecuniæ noīe ipſius litigātis. Aut executōem: ut ſi duo litigarēt; & lite adhuc pendente alter recederet: & aliū ꝑ ſe dicentem reliqueret q̄ cauſam ſuam exequeret̄. Alio mō hēat: ut ſiq̄s pignus tollat alteri priuſq̄ uocet̄ ī ius. Alio tpe: ut ſiq̄s petat a debitore pecunias ī calendis maiis q̄s debeat calendis auguſti. In altera lege: debeo tibi pecunias noīe penſionis: nō mutui: q̄a nō mutuaſti q̄cq̄. Nū alio loco: petis apud ædiles: cū clericus ſim: & ad epm ius meū pertineat. Nū alio quærente: hic nō pōt petere q̄a ſeruus eſt. Agente: quia tu es ī aliena poteſtate: nō poteſt cauſam agere ꝑ quoquam: uel ſerui non poſſunt eſſe teſtes. Moribus: ſunt adhuc aliquæ ciuitates: in quibus epiſcopus dat iura tam epiſcopalia quam ſecularia. Dicit ergo moribus & legibus repetientur. quia per leges & conſuetudines q̄uo hæc fieri debeant cognoſcetur.

i N cā rationali: ī q̄ multæ leges nō ꝓpriæ ſed a ſimili ſumptæ afferebant̄ hoc mō. Maleolus matrē occidit: ī carcerem conīicit̄: teſtamentū facit: & adeunt hereditatē externi: & priuatur: eā ipſe petit his legibus ſūptis a ſimili. primo quod furioſus ſit: qm̄ furoris eſt matrē occidere. inde quia teſtamentum furioſi nullum eſt: & pro nihilo reputatur. Poſtremo quod ſi

maioribus: aut minoribus: aut ſimilibꝰ ſimiliter ſcriptũ aut iudicatũ ſit. Deĩde utrũ ea res ſimilis ſit ei rei de qua agitur. an diſſimilis. Deĩde utrum cõſulto ea de re ſcriptũ nõ ſit: quod uoluerit cauere: quod ſatis cautũ putarit propter cæterorũ ſcriptorũ ſimilitudinẽ. De partibus legitimæ conſtitutõis ſatis dictũ eſt. Nũc ad iudicialẽ reuertãur.

De iuridiciali abſoluta.

ABſoluta iuridiciali cõſtitutione utemur: cũ ipſã rem quã nos feciſſe cõfitemur: iure factã dicemus ſine ulla aſſũptiõe externę defenſiõis In ea cõueĩt quę iure ne factũ ſit. De eo cã poſita dicerẽ poterimꝰ: ſi ex qbꝰ ptibꝰ ius cõſtet cognouerimꝰ. Cõſtat igĩt ex his ptibꝰ natura: lege: cõſuetudĩe: iudicato: æquo & bono: pacto. Natura ius eſt: quod cognatiõis aut pietatis cauſa obſeruatẽ: quo iure pẽtes a libris & a pẽtibꝰ liberi colunt lege ius ẽ id qđ populi iuſſu ſancitũ ẽ: quod

moritur quiſpiam ab inteſtato: puta ſi teſtamentũ non ualet: hæreditas uiciníoribus datur. Siqđ ĩ rebus maioribus: ĩ maioribus teſtamentis ſemp quod iudicatũ ẽ: aut quod ĩſtitutũ ẽ a teſtatore: uel ꝙ ſeruari debeat: & hæreditas perueniat ad eos quos teſtator ĩſtituerat. Aut mĩoribus uult quod ſi qs occiderit ſeruũ iudicetẽ furioſus: q̃to magis q matrẽ. Aut ſimilibus: qdã olim occidit patrẽ & reus patricidii iudicatus ẽ, ergo q matrẽ negat a ſimili iudicãdus eſt. Aut iudicatũ: ſecũdũ eas leges: q̃s nõ quærimus fieri. Vtrꝙ ſimilis: qa ſiqs occiderit matrem nõ minus peccat quã ſi occiderit patrem. Vtrꝙ conſulto: noluerunt facere tot leges de re. Eadẽ: cõſulto .n. cõſtitueretur facere legem de matre: qm̃ de pr̃e ſatis ſcriptũ erat: q̃ res æque ad matrẽ q ad patrẽ ptinere putauerunt In his aũt partibus is plus poſſe uidebatẽ q plus habuit eloquentiæ cum & ad accuſatorẽ & defenſorẽ ptineant. De partibus legitimæ .ſ. q̃ eſt deſcriptio & ſnĩa. Reuertamur .ſ. tractãdo p regulas artis diffinitionẽ ſupius breuiter & loco deguſtatiõis datum.

a Bſoluta iuridiciali: ea parte iuris q̃ eſt p ſe pfecta & alieno nõ ĩdiget auxilio ĩ quo cõcedimus factum & ſcriptum. Feciſſe confitemur: in hoc differt a cõiecturali. Sĩe aſſũptiõe: p hoc excludit partẽ iuris aſſũptiuã. Iure ne ſit factũ: ut ait Quĩ. ius q̃ritur p hæc uerba iure an iniuria: oportet uel non oportet: recte uel nõ recte: decet uel nõ decet ergo hæc ps maxĩe uocatur q̃litatiua uel generalis qm̃ genus apud oratores p ſpecie ponitur. Quæri conuenit: tam ab accuſatore: quam defenſore hoc modo occidiſti filium occidi: & recte feci: ideo non recte feciſti. De eo cauſa poſita: ideſt præpoſita controuerſia de iure: ideſt utrum aliquid iure: an iniuria factum ſit. Notandum autem eſt quod ut a iuriſconſultis diffinitur. Ius eſt ſcientia & ars æqui & boni quod ad homines pertinet: unde hæc conſtitutio græce uocatur dicæologia: fas uero deorum eſt. Præterea ſciendum quod duplex eſt ius: ſcilicet ſcriptum & non ſcriptum: ſcriptum ius ex iis partibus conſtat ſcilicet legibus quæ ſunt ad rempu. gubernandam & continendam & plæbiſcitis: quæ ſunt ſtatuta facta per tribunos & ſenatuſconſulta: quæ a ſenatu inſtituta ſunt. item ex decretis principiũ quæ ſunt ab imperatoribus ex auctoritatibus prudentum: quæ a iudicibus ab reliquis a magiſtratibus facta ſunt. Ius autem ſine ſcriptis eſt quod de more conſtat & ſic diffinitur. ius ex more eſt: quod lõga uetuſtate comprobatum eſt. & differt a ſuperiori quod illud in ſcriptis: hoc ſine ſcriptis: illud poteſt nouũ hoc ſemper uetus eſſe debet: illi nunq̃ contradicitur: quia pœna conſtituta facit aſſentiri: huic omnes ſponte ſequantur: neqꝫ quicquam cogit. Præterea aliud ius eſt quod appellatẽ ciuile quod ad ciues pertinet: ut ſi dixero: nemo in nocte ambulare ſine candela audeat. aliud ẽ quod dicitẽ ius gentium: ut ſi dicat: nemo poſſit ducere pluſq̃ unam uxorem. Naturæ ius eſt. i. naturale ius quod quadam natura ingenitum eſt unicuiqꝫ animali: ut appetere ſolem. Cognationis: ſicut patris ad filiũ uel econuerſo: qm̃ filius obligatus eſt patri: iure naturali impellente aut pietatis: ſicut erga maiores & maxime erga deum. unde ẽt pro religione ſæpe ponit: quã græci uocãt euſebia. Obſeruatẽ: cuſtoditẽ uel ueneratur. Quo iure: applicat ad ꝓpoſitum. A parentibus liberi colũt: puta ſi pater pp filios paſcendos in furto deprehẽſus eſſet: is poterit ſe tutari iure cognatiõis: quod amor ei ĩgenitus erga filios eum impulerit. Aut parentes a liberis: ut ſi quiſpiam pater per uim littorum traheretur in carcerẽ: & filius uetuiſſet. Accuſatur igitur filius: quod magiſtratus uiolauerit: poterit ſe excuſare iure naturali: quod pietas patris eum coegerit a pietate etiam ſeruata erga deũ hoc modo. Si aliqs ſacerdos: uel uir religioni deditus uiderit alium res ſacras furantem ciuem occiderit: cũ eas res deponere nollet. Lege ius eſt: cũ lex ſit: quod filius moritur inteſtatus forte patruus hæreditatẽ occupat: uetatur a filio: q uocatus in iudicium excuſat ſe lege: & filius nõ frater mortui patris poſſideat. Lex autem eſt: quæ ſit in ſcriptis concedente ſenatorio ordine: & populo per hæc uerba ferẽtis legẽ ſic uelitis: iubetis ne. Sancitum: pœnas ſanguinis firmatũ: inde cogit ſemper: cũ nos ipſe pmittat ut ſi dicatur: quicũqꝫ hominem interfecerit capite priuetur: unde magiſtratus quibus ẽ poteſtas: ea ſacroſancta uocantẽ: ut erat poteſtas tribũitia: cuius reuerẽtiã ſiqs læſiſſet pœnã ſanguinis dediſſet.

genus eſt ut in ius cas cū uoceris. Cōſuetudie ius ē id quod ſine lege æque ac ſi legitimū ſit uſitatū eſt: quod genus ē id quod argentario obtuleris ex penſū a ſocio eius recte repetere poſſit. Iudicatū ē id de quo ſententia lata eſt: aut decretū ipoſitū eſt Ea ſæpe diuerſa ſunt: ut aliud alii iudici: aut p̄tori aut cōſuli: aut tribūo plæbis placitū ſit: & fit, ut d̄ eadē re ſæpe alius aliud d̄creuerit: aut iudicauerit quod genꝰ. M. druſus p̄tor urbanus quod cū hæ rede mādati ageret. Iudiciū reddidit. Sextus Iulius nō reddidit. Itē Caius Gelꝰ iudex abſoluit iniuriaꝝ eū q Luciliū poetā i ſcœna noiatū læſerat: Publius Mutiꝰ eū q L. Actiū poetā noiauerat cō demnauit. Ergo qa poſſūt res ſimili de cā diſſimiliter iudicatæ proferri: cum id uſu uenerit iudicem cum iudice: tempus cum tempore: numerum cum numero iudiciorum proferemus. Ex æquo & bono ius conſtat quod ad ueritatē & comunē utilitatē uidet pertinet. Quod genus eſt:

Quod genus: uerbi gratia: ut i ius eas cū uoceris: quidā uocat ſeruum in ius: quoniam i crim ine dephenſus ſit negat his: qm̄ ſerui ſub iure p̄torio nō ſunt cū alterius ſit p̄tātis ille eū coegit ꝑ legē q̄ dicit: ut oēs qui uocati ſint i ius ꝙprimū ueniāt. Cōſuetudie: ut ſupra diximus multis modis differt ius a more: a iure ſcripto: ſed addit hoc aliud ꝙ locus legis ē uel tabula: uel charta: uel codex: ſed locus cōſuetudinis ē ipſa memoria. Ac ſi ſit legitima. i. i lege ſcriptū. Vſitatū: i hoc frequētatiuo iclуſit ꝓpriā naturā cōſuetudinis quæ ex lōga uetuſtate continet. Quod argētario. i. ꝙ uni trapezitæ uel mēſario: ut appellat ſæpe Tullius depoſiti lege cōmiſeris. Repetere poſſis: quidam trapezita centū depoſuit aureos: & i mercaturā ꝓficiſcit: interea morit is q pecunias ſuas a ſocio poſcit: qui cū neget ſe ab eo qcq̄ accepiſſe iura conſuetudinis allegare pōt: & dicere quod mos ſemꝑ ſeruatus eſt ꝙ qui hæreditatē teſtatoris hēt. is pro omni re paretibus reſpondere debeat De quo ſnīa lata ē: hæc ē declarata in aliqua cā ꝑ uerba iudicis uel prætoris: uel alterius magiſtratus allegauit i ſimili cā ut idē i præſenti cā iudicent: ꝙ et in illa præterita iudicatū dicāt. Hoc modo nō recordamini iudices iā tribus annis cōtrouerſiam apud prætorē urbanū agitatā: & iudicatā hoc modo fuiſſe: ut fratri tanq̄ filio hæreditas cælata ſit: quare ueſtrum ē ut maioꝝ noſtrorū ſentētiā imitemini: aut decretū quod ꝑtinet ad ſenatores: & fiebat hoc modo: ꝓuinciales qui i ſingulas prouincias mittebantur: ꝑſæpe putabant prætores ciuitatū ſententias ſuo arbitrio ſemper ferre: quapropter ipſe ad ſenatum perſcribebat: ut de ea re ipſa iudicarent: quā prouinciales uetuiſſent: quo facto decretum interpoſitum eſſe dicebant. Aut prætori: quia poteſtatē hēbat ferendi & tollēdi: leges ſuſpendendi: & reliqua quæ ipſis placuiſſent: unde catexochin ius honorariū uocatū eſt ius prætoriū. Aut cōſuli: ꝑꝑ maximam eaꝝ poteſtatē: quia ipſi nihil a regibus differebāt: niſi quod annui tantummodo erant cum illi perpetuo eēnt: aut tribuno plæbis qui cōſtituti ſunt: ut plæbem tuerat a conſiliis ſenatus. Vnde nihil: licebat fieri ſine tribunis: quoꝝ potentia ꝑꝑ multitudinem plæbis & dignitatē ſignificauit Ci. i epiſtola ad Thermetē legatū: ubi ait: cur ego te ueli incidere in terrores tribunitios: quapropter Valerius quoq; antias erim magiſtratū facem tribunitā ſæpe commemorat. Aliud decreuit: quantum ad decretum ſenatus iterpoſitum iudicauit ad reliquos: ut magiſtratus & iudices. Cum mandati ageretur: quidam aureos cētum cōmiſerat mercatori i mercaturam proficiſcenti: is itinere mortuus eſt: is qui cōmiſit ab hærede pecunias repoſcit: neq; ille quicq̄ ſibi debere lis ad. M. druſū defertur: qui pro petente ſentētia tulit: unde uero ad ſextum Iuliū delata aliter iudicata fuit. Iudiciū reddidit: pro uoluntate petentis iudicauit hoc ē: dixit aureos petitori reddendos. Mandatum autem eſt officium gratuito ſuſceptum: unde mandatarii ſunt quibus illud cōmittit. Luciliū poetam: ſcilicet ſatyricum: Nominauit. i. nomine proprio appellauit: apud maiores uetitum fuit & pœna cōſtitura his qui maiores ſe ſine nomine dignitatis uocaſſet. Vſu uenerit: hoc eſt cum hoc contigerit. dicunt autem rationes ad exercitationem docet eni quomodo debeamus oſtendere per regulas iuris aliquid fieri uel non fieri debere quamuis ſcit aliter ab aliquibus iudicatum iudicem: cum iudicem conferemus alteꝝ altero præſtantiorem eſſe dicemus hoc modo. imperitus qdē ille iudicandus ē iudex q hoc ita iudicauit cū cōſtet ꝑ textū ipſum iuris uel legē alio pacto fuiſſe iudicatū: quia huic potius qui excellentior hētur fides eſt adhibenda. Tempus cū tempore: nondū condita erat lex ꝙ filius ſuccederet patri: quoniam illud iudicatū fuit quod fratri deberent: aut tempora turbulenta erant & bellicoſa. itaq; cū leges ſilcant inter arma illi iudicato credere nullo mō debemus. Numerū cū numero: quāquam uno iudicatū ſit fratrem ſuccedere debere: tamen credere nō oportet: qm̄ multi inumerabiles aliter ſe habere rem iudicarunt. Ex æquo: & bono hoc genus iuris ex æquo & bono: quādo ꝑ diſpenſationē nouæ legis mitioris mitigamus ſeueriorem legem ad utilitatē cōmunem ciuitatis hoc modo: lex erat: ꝙ nemo crearetur imperator ante uigeſimumquartū annum. forte cōtingit ꝙ duo ſcipiones i hyſpania ꝓfligati ſunt: Cui rei: niſi romani ꝓuidiſſent ſtatus eoꝝ peſſime ſe habuiſſet. itaq; facta eſt mitior ꝙ licebat ante

uigeſimū quartum annū imperatorem creari. electus igitur eſt. Scipio qui ſi accuſaretur quod contra legē creatus eēt: & lege æqui & boni pōt accuſari: græci. n. uocāt hoc genus iuris epichia: & bene latini uocāt æquū & bonū qm̄ ex legis unius fractiōe ius aliquādo ſeruat̄ & utilitas cōſeq̄t̄. Maior ānis. lx. cū lex ſit ſupra ꝙ ſenes & ægroti ꝑ eā legē coherent̄. Itaqꝫ mitigamus & ſcriptū ē ꝙ iter ſexagenariū ānū liceat nō ire ī ius. mō cognito rē pro ſe det. diſtinguūt aūt iuriſcōſulti cāꝝ defenſores hoc mō q· procurator ē cām alienā agi ī loco abſenti: puta ſiquis exiſtēs ferrariæ mittit bononiā

ut maior ānis. lx. & cui morbus cauſā cognitiorē det. Ex eo nouū genus cōſtitui cōuenit ex tēpore & ex hominis dignitate. Ex pacto ius eſt ſiqd iter ſe pepigerunt: ſiquid iter quos cōuenit. Pacta ſūt quæ legibus obſeruanda ſunt hoc modo. Rē ubi pangunt: orationē pangunt ī comitio: aut in foro ante meridiem cauſam cōiicito. Sunt item pacta quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu: quæ iure præſtare dicuntur. His igitur partibus iniuriam demonſtrari ius confirmari conuenit: idque in abſoluta iuridiciali ſeruandum uidetur.

## De comparatione.

¶ Vm ex cōparatiōe quęret̄ utꝝ ſatiꝰ fuerit agere id quod reꝰ dicat ſe feciſſe: aut id qͩ accuſator dicat oportuiſſe fieri: primū quęri cōueīt utrū fuerit utilius ex cōtētione: hoc eſt utrum uenuſtius

quēpiam ꝗ pro ſe cauſam dicat. itaqꝫ pro abſenti dat̄ cognito alicui p̄ſenti & ꝓpinquo: ut ſi qs cām dicat ꝓ altero utiqꝫ in eadē ciuitate exiſtēte patronus ē: ꝗ pro alio orat & uadit ad aduocatū: aduocatus aūt ē ꝗ recipit cām Nouū ius cōſtituti cōuenit: hoc ē cōuenit concedere nouā legē quæ diſpēſet & mitiget priorē ſeuerā. Ex tpe: ꝓ incōmoditate tēporis: ut dē exēplo Scipionis ſupra dicto: uel unicuiqꝫ ex neceſſitate ius petere diebus ſanctis & nō faciatis. Ex dignitate hoīs: ut ſi diſpēſet lex ſuperius dicta in ius eamus cū uocē hoc modo liceat uxori ī ius uocare nō ad ius ſeculariū: ſed ad epātū cauſam ſuā dicere. nā uidebāt īhoneſtū matronā ad p̄torē ire. Itē ſi lex eēt talis principis: liceat unū ꝗ pro ſe ius dicat ex hiberno tēpore eē p̄icipē quot diebus in publicū prodire. Ex pacto ius eſt. i. ex priuata conuentione. ē. n. duoꝝ uel plurium in idem conſentiens. ideo a pace dictum putant ꝙ eo facto inter diſcordes cōcordia facta ſit. Pepigerit: q̄tum ad ſolēnitatem uerborum & ſcripturarum Conuenit: pertinet ad pactum quod ſine ſolēnitate fit: puta ſine teſtibus ſtipulationis & legitima uerborum ſtipulatione. Pacta ſunt: quæ legibus ſeruanda ſunt: alias pacta ſunt quæ leges ſpōte cōſeruāt: quia cū ipſis legibus cōueniunt & ſuper legibus fundata ſunt hoc modo. lex eſt ꝙ nemo operarius pluſquam decem ſolidis operam unius diei exiſtimet: uenit unus eius operam petens & ambo conueniunt ut decem ſolidi ſoluantur: ſicut lex præcepit: & nō eſt contrarium. Rem tibi pangunt: orationem pangunt: hoc genus pacti quod fit ſecundum leges: nō eget aliqua ſolēnitate nec teſtium: nec alterius ſtipulationis: ſed nudis tantum uerbis: & ſimpliciter componitur quoniā propter leges uideri nō poteſt. Itaque cum rem paſcitur ſola oratio requiritur & uidetur pertinere ad illud quod dixit: pepigerit. hoc uerbum autem pango antiquum eſt: nam nos dicimus pāgo. In comitio aut in foro: per exempla ipſe quo Romulus & Titus tatius in unū regnum cōuenere: fecerūt hoc pactū quod licitū eſſet eis dare iura ſiue ī comitio: ſiue in foro iuridiciali: cum tamen ea loca diuerſis officiis conſtituta eſſent. nam comitium erat locus ubi cōueniebant cū aliquid de ſtatu ciuitatis erant tracturi. Forum autē iuri dando conſtitutum eſt. Hoc autē pactum ſine aliqua ſine ſolēnitate ſtipulationis uel teſtium: uel ſcripturaꝝ obſeruant: quia nō eſt contrarius. Coniicito: conducito. Sunt autem pacta: hoc eſt alterum genus pacti: quod fit: licet cōtra leges: tamen ſeruat̄ ꝓpter ſolēnitatem teſtium ſtipulatiōis ſcripturæ hoc modo de utroqꝫ pacto. Exemplū oſtendendum eſt quod accedit ad operarium: & uno die eius operā cōducit decem ſolidis: ſicut ē ex more: hoc ē pactū quod ſeruatur legibus; uerū ſi penuria eſſet operariorū: & unus pereret uiginti ſolidos: cū de iure non dentur niſi decē: tunc ſtipulatione & ſolēnitate opus eſt: & tunc ſeruatur hoc pactū ſine legibus: quoniā pacta ſolēnitate facta dicuntur frangere leges. His igitur partibus: cōcludit partes iuris per quas nos poſſumus demonſtrare utrum aliquid iure an iniuria factum ſit.

c Vm comparatione: exequitur nunc ſecundā partē iuridicialis: quæ dicit̄ aſſumptiua: quā in plures partes diuiſerat: thema ſuperius poſitū Pompilii fuit: ꝗ cum in anguſtias mōtiū deueniſſet a gallis obſeſſus eſt. & tandem ut exercitum liberaret īpedimenta reliq̄t: accuſat̄ ꝙ ſtatum romanū prodiderit: quod romanū eſt ſemper in armis eſſe: nec unquā quieſcere: quod cum arma perdiderint neceſſe eſt ut romani hoſtibus ſuccumbant. Quæretur. ſ. improbando: defendendo facta Pōpilii. Vtrum fuerit ſatius: quæro a nobis iudices: utrū fuerit melius arma dumtaxat: aut uiros ſimul cū armis perdere. Contra ſi exercitus totus cum hoſtibus egregie pugnaſſet licet cum armis interiſſet ſtatus romanus maiorem laudem & fructum reportaſſet. primū poſito caſu ad utrunque litigantem pertinet. adhuc oſtendit regulas perfuſas. quibus uterque utatur. Ex contentione: ideſt comparando utilitatem & damnum reipu. permiſſionem armorum tātum aut

armoꝝ cū uiris ſimul: hoc extat expoſitiue. exponit .n. quid ſit utile. Sciendū eſt .n. ſecūdū philoſo
phos utile ab honeſto ſeparari nō poſſe. Venuſtius: ad laudē & formā: q̄ romanis fuit ingenita.
Egdē nō uideo q̄ honeſtas ſit cū incōmodis maximis pugnare: qn potius temerariis īfamia affert
facilius pugnando exercitū adduxiſſe. Cōducibilius: maior utilitas reip. acceſſiſſet ſi gladius ſtri
ctis iter feciſſes quā arma turpiter dimittere: cū romanū ſit pugnādo penitus mori quā turpiter ui
uere. Oportuit iudicare: fuit ne cōceſſa licētia iudicādi utꝝ fuerit magis utile illud q̄d feciſti: etenī
ad ſenatū ptinebat. Interponet̄ ſuſpi
tio: ñ ē mirandū ſi hoc fecerit: qm̄ ſep
habuit odiū militū ſuoꝝ: itaq; cōten-
tus fuerit hoc eueniſſe: ut iracūdiā cū
incōmodis militū exaturare potuiſſet
uel ſiqs dubitet eū grandē pecuniā ab
hoſtibus accepiſſe cū ſep auariſſimus
fuerit. Sed dolo malo: cū odiū habue
rit: ī oēs milites arma dimiſit: non ut
utilius putaret: ſed ut irā ſuā exaturaret
Poterat ne uitari: nō debuiſti cōſidera
re ſi ī anguſtias iuiſſes te nō ide poſſe
ſine īcōmodis excēptuꝝ. itaq; nō pote
ras potius collē aſcēdere quā ī uallē &
anguſtias deſcendere. Ad defenſorē
cā refellet̄: qūo q̄d pecuniā & ꝑ parua
utilitate ſubiſſē īgēs damnū & uitæ pe
riculū: nōne ſciebā ſi id feciſſē romæ
poſtea puniēdū fuiſſe: aut qūo ꝑ odio
militum id feciſſem nōne fuiſſet mihi
maior ignominia ex turpi deditione
quā utilitas & iracūdia exaturata. His
ſic tractatis: poſitis regulis ab utraq;
parte & confuſas & ſeparatas adiūgit
locos cōes ꝑ utroq;. Accuſator utet̄
loco cōi: ſi dimittitis iudices Pompili
um īpunitū: conſiderare q̄tū periculū
ſtatui romano factū ſitis. eteni oēs im
peratores paruo piculo audebunt de
utili iudicare & ſtatū noſtrum ī picula
conīicerēt pmaxima cū ad ſenatū pti-
neat. Per cōqueſtionem: duo ſignifi-
cat & locū miſericordiæ & ſit cōſide-
rare q̄ ſtatus īperatoꝝ ſit hñt multos
fatores cū fortunā habēt proſperam:
ſi uero perdūt oēs pſequūtur. habenda certe nobis miſericordia cū de tāto culmine poteſtatis & ho
noris ad tam īfimū ſtatū puenerim: ut per cōqueſtionē hoc ē per lamētationē hoc mō īfelices certe
ſunt imperatores oēs qui licet oīa pericula pugnādo ꝓ repu. ferant: tamē nō poſſunt ciuibus ſuis ſa
tiſfacere. Quod facturi eſſent. quæro ab oībus ueſtꝝ quid faciendū putauiſſetis ſi ī eo ſtatu fuiſſe
tis. Tempus ante oculos: cōſiderate incōmoditatē tēporis: erat mēſis auguſti: nō erāt pluuiæ: ari
ditas maxima: uel erat hyems. Itaq; cum non poſſemus ſtare ſub aquis neceſſe erat diuertere in eo
loco ubi omnia erant parata ad hyemandum. Rem: eramus omnes bello fameq; confecti: unde
milites minabantur ſe ad hoſtes fugituros. Locos: locus erat ſterilis: ſaxoſus: aquis immunis neq;
fontes: neq; flumina habebat: quibus equi homineſq; uti poſſent.

facilius cōducibilius. Deīde oportebit quæri ipm
ne oportuerit iudicar̄. utꝝ fuerit utilius: an alioꝝ
fuerit utilius ſtatuēdi poteſtas. Deinde iterponet̄
ab accuſatore ſuſpitio ex cōiecturali cōſtitutione
quar̄ putet̄ nō ea ratiōe factū eē: quod melius de
teriori anteponeret̄: ſed dolo malo negociū eē ge
ſtū de aliqua probabili cā. Deīde quęret̄ potuerit
ne uitari ne ī eū locū uēiret̄. Ab defenſore contra
refellet̄ argumētatio cōiecturalis: de qua āte di-
ctū eſt. His ita tractatis accuſator utemur hoc lo
co cōi in eū q̄ utile utili ꝓpoſuerit: cū ſtatuēdi nō
haberet ptātem. Defenſor cōtra eos q̄ æquū cēſe-
ant rem pnitioſam utili preponi: utetur loco cōi ꝑ
cōqueſtionem: & ſimul quæret ab accuſatoribus
& ab iudicibus ipſis quid facturi eſſent ſi ī eo lo-
co fuiſſent: & tēpus: locū: rē deliberationē ſuā po
net ante oculos.

De tranſlatione.

t Rāſlatio criminis ē cū ab reo facti cā ī alioꝝ
peccatū trāferet̄: ī qua primū quærēdū ē ue
re ne ī alteꝝ crimen trāſferatur: deinde ſpectandū
eſt an æque magnum ſit illud peccatū quod ī aliū
tranſfertur. ac illud quod reus ſuſcepiſſe ſe fateat̄
deīde oportuerit ne ī ea re peccar̄ ī q̄ alius ante pe
carit. deīde oportuerit ne iudicium āte fieri. deide

Ranſlatio crimīs: ab aliis dr̄ relatio: uel ſtatus cōpēſatiuus: eoq; par pari uideat̄ referre is q̄
t dicit ſe occidiſſe quēpiā: qm̄ ēt ipe ī ſimili crimīe peccauiſſet. thema pōt eē duplex uel Ho-
reſtis q̄ Clytēneſtrā occiderat: aut oratiæ a fr̄e occiſæ qm̄ ī publica lætitia ſola plorabat ma
ritū: & nō fratris ſalute lætabat̄. hiſtoria ē nota: hoꝝ aūt exēploꝝ alterutro utemur: & textus reqrer̄
uidebit̄. Cā facti: puta mors agamēnonis: aut lachrymæ oratiæ. In alioꝝ peccatū trāſferre: ī hac
aūt cā nō defendius peccatū: ſed cām ꝑ cōpēſationē alterius facti. In qua primū q̄rendū eē ueꝝ ne
det regulas tractādi. dicit ergo: uidendū ē prīo ſi ille q̄ occidit aliū moriat̄ morte. Aut illa q̄ deflet
maritū & nō fratrē: ſicut oratia. Atq; an magnū ſit: occidi matrē. nā ipſa patrē meū occiderat: q̄d
æque īdignū fuit. Cōtra uero debuiſti oratiā occidere: q̄a lachrymæ ñ ſunt uere cā occiſiōis. In q̄
alius peccauerit: licet Clytēneſtra occiderit patrē tuū: nō tn̄ debuiſti eam punire: cū turpiſſimum ſit
eos imitari: quos improbas. Item non eſt imitandus malus mos: ut hæc tm̄ pro lachrymis occide
rat. Iudicium ne ante ferri: leges ſunt cōditæ: ut ſiquis peccauerit puniat̄ a iudicibus & nō ab aliis.

Cum factũ iudiciũ nõ ſit: ſunt hic duo peccata cõſiderāda: & mors matris: quod ē cõtra oēm pietatē: & ꝙ eā indēnatā occidiſti: factũ. ſ. ex culpa tua: q̃a tu occidiſti eā. Locus cõis: nõ dubiũ ē: ꝙ quotiēs uiolētia regnat. & nõ ius: ꝙ ciuitas nõ eſt ciuitas: ſed latrociniũ. nā ad q̃d ergo ſũt iuētæ leges & magiſtratus. Percũctabit: cũ dicas recte abs te occiſam eē matrē. Quæro abs te: ſi tu dicas recte te occidi añq̃ iudicaris: ualidũ q̃dē hoc argumētũ ē. Quid credis alios. ſ. facturos hoc tibi cõcederēt. Oia iura cõfũderent: & oēs inimicos ſuos occiderit. Si ipſe accuſator: q̃d diceres: ſi ego eadē rõe te occiderē indēnatũ! nõne eēt ꝓcedere ĩ ĩfinitũ. Defenſor facti atrocitatem: cõſiderate iudices q̃d ſit occidere regē! q̃d occiderẽ maritũ ſuũ & nõ ſolũ nõ dare pœnas ſuas: ſed ēt regnare cũ adultero. Rem cõſiderare q̃tus dolor: q̃ta ignominia ſit uidere occiſorē patris regnātē. Locũ: regina erat & ĩ arce ſe cõtinebat. Itaꝗ in ius uocari nõ potuiſſet. Tēpus: ea hora ſola erat: cũ mox ſtipatorꝫ copia acceſſiſſet. Itaꝗ ſi diſtuliſſem fruſtra poſtea in ius uocaſſem. Vtile in iudiciũ uenirē: utiliſſimũ iudices ē ad reprimend ĩ malorꝫ mores: ſi ubiꝗ ĩueniant: puniāt potius q̃ in ius uocare.

p Er q̃ ignoſci puſtulāus: ſi poſt cõceſſionē. facti. uñ poſſit oriri dubitatio: q̃uo ſit cõſtitutio cũ nulla ſit cõtrouerſia. Si ſoluit aũt ſic: ꝙ ĩ iuridiciali nõ orit cõtrouerſia de facto: ſic in cõiecturali: ſed orit ᵭ recto: uel de uenia dāda: uel nõ danda. Reus. n. dicit ueniā eē cõcedēdā: q̃a factũ ē nõ ſpõte: aliter negat id fieri oportere. Purgatio: dat diffinitionē: ſed poſterius tractabit. negamus eni apud Ci. ſemꝑ expõet ꝓ dicimus nõ. Cõſulto factũ negabimus: ſentiebā neſcio quē ſternētē: itaꝗ cũ uox eſſet credēs eē carnē hoīem ꝑcuſſi.

n Eceſſitudinē: q̃ dr̃ ĩpellēs nolente fortuna: q̃ dr̃ caſus imꝑmeditatus: q̃ ĩpedit ne facias: ꝙ uolebas. Imprudētiā capit ꝓ ignorātia. Primũ cõſiderādũ eſt. Erat lex apud rhodios: ꝙ nulla nauis roſtrata ueniret ad portũ: ꝙ ſi fieret ĩpune caperēt: & publica eſſet: euenit ꝙ nauis cyprũ cõtēdēs ꝑ tēpeſtate ĩ portũ rhodiorꝫ appulſa eſt: ſupuenit q̃ſitor & eā petiit: ad iudiciũ differt: itaꝗ his regulis utendũ eſt. Num culpa uētũ ſit ĩ neceſſi. unũ ꝑꝑ tēpeſtatē excuſandus nā anteq̃ uētus eēt nõ debebas appropinquare ad portũ. Nā culpa cõtra excuſandus ſum: quia longe erā a littore & nauis erat uerſa in cyprũ: ſed uis tēpeſtatis nauim uicit: & huc impulſa eſt nobis inhibentibus. Quomodo uitari potuerit: ſunt alia loca: per quæ poteras nauigare: itaꝗ cum ſcires periculũ eſſe tempeſtate ſurgēte: ne amitteres nauim aliud quærendum fuit. Leuari: nõ fuit tāta tempeſtas quā remis cõtra nitētibus & uellis nõ potuiſſetis ſuperare. Expertus rei ſit: multis modis potuiſſes euitare: ſed neꝗ tentaſti: neꝗ curaſti uitare: itaꝗ excuſandus nõ es. Que ſignificēt id quod cõſulto factũ: tu ſemꝑ exercuiſti practicā: & cũ ſcires multas naues circa littora nr̃a uerſari ueniſti ut ꝑdareris nõ ĩpulſus a tēpeſtate. Si maxima neceſſitudo: puta ſi fuiſſet ſeuera tāta tēpeſtas: ꝙ nullo mõ reſiſtere potuiſſes. Cõueniat ne cām: q̃d ad nos tēpeſtas fuerit uel nõ fuerit quouis pacto puniēdus es: nā lex noſtra nõ nominat tempeſtatem.

ſ I aũt ꝑpter imprudentiam: at qui duplex eſt: imprudentia ſcilicet facti & iuris facti. Item duplex. ſ. facti ꝓprii: uel alieni ĩprudentia: facti ꝓprii nõ meret ueniā: puta ſi q̃s negaret ſe

cũ factũ iudiciũ nõ ſit de illo crimine: quod ĩ aliũ trāſferat. Oporteat ne de ea re iudiciũ fieri: q̃ res in iudiciũ nõdũ uenit. Locus cõis accuſatoris cõtra eũ: q plus ceſeat uim q̃ iudicia ualere oportere & ab aduerſariis pcũctabit accuſator qd futurũ ſit ſi idē cæteri faciāt: ut de indēnatis ſupplicia ſumāt: quod eos idē feciſſe dicat. Quid ſi ipſe accuſator idem facere uoluiſſet. Defenſor eorꝫ peccati atrocitatē ꝓferet in quos crimē trāſfert: rē: locũ: tēpus: aň oculos ponet: ut hi q audiũt exiſtimēt: aut ñ potuiſſe: aut iutile fuiſſe rē ĩ iudiciũ uenir.

De conceſſione.

c Onceſſio eſt: per quā nobis ignoſci poſtulamus. Ea diuidit in purgationem & deprecationem. Purgatio eſt cũ conſulto a nobis factum negamus. Ea diuiditur in neceſſitudinem: fortunā: imprudentiā. De his partibꝰ primũ oſtēdendũ ē deide ad deprecationē reuertendũ uidet.

De neceſſitudine.

p Rimũ cõſiderādũ ē: num culpa uētũ ſit ĩ neceſſitudinē: nũ culpa ueniēdi neceſſitudo fecerit. Deide quærēdũ eſt: q̃uo uis illa uitari potuerit: ac leuari. Deide is q ĩ neceſſitudinē cām cõferet exptus ne ſit qd cõtra facere: aut excogitare poſſet deinde num quæ ſuſpitiões ex cõiectura li cõſtitutione trahi poſſint quæ ſignificent id cõſulto factũ eē quod neceſſario accidiſſe dicit. Deinde ſi maxime neceſſitudo quæpiā fuerit: conueniat: ne eā ſatis idoneam cauſam putari

De imprudentia.

ſ I aũt ĩprudētia reꝯſe peccaſſe dicet primũ quærit utrũ potuerit ſcire an nõ putuerit

UNIVERSITA

quicq̄ debitori cū pecunias nō meminerit ſe accepiſſe. Facti alieni mereẽ ueniā: ut ſi qs in alienā patriā ꝓficiſcēs cōtra mores eius patriæ arma geſtaſſet. Imprudētia quoq; iuris duplex. ſ. ſcripti & nō ſcripti. Nō ſcriptū ius mereẽ ueniā: ut ſi filius dicat ſe ignorare eẽ cōtra pietatē: q̄ ei cōtradicit. Scriptū uero nō mereẽ. ut ſi qs cōfiteaẽ p īprudentiā ſe pulſaſſe patrē: qm̄ nō ſciret legem eẽ: ꝙ q̄ prēm pulſat hæreditate priueẽ: hæc aūt de q̄ nūc agiẽ eſt īprudētia facti: & mereẽ ueniā: tñ ut īqt Ariſtoteles ī ethicis: debet ſubſeq̄ dolor utrū potuit ſcire an nō. Notādū ē ēt: ꝙ aliqua ignorātia ē craſſa: q̄ ignorat ea: q̄ oēs ſciūt: puta ꝙ nō comedanẽ carnes ſabbato: & hæc nō excuſaẽ. Si aūt aliq̄s ueniēs rure portauerit arma: q̄ ipo abſēte ꝓhibita fuerāt: is ueniā mereẽ. Erat ergo lex ꝙ nemo occideret ciuē: & oīs ſeruus factus liber eſſet ciuis. Quidā habuit ſeruū: quē moriēs liberꝝ facit abſente fratre: is cū reuertiẽ īter aperiēdū teſtamētū: ueniūt ad cōtentionē: & ſeruū liberū & ciuē occidit. ergo lis ſic tractaẽ ex pte rei rure erā: cū factus ē liber: nec potui ſcirẽ ꝙ frater teſtatus ſit. nā claudebanẽ teſtamēta ſcripta p teſtatorē: & teſtes nō ſciebāt q̄d īſcriberēt: niſi ꝙ eo facto ſcribebāt ſe audiſſe illud teſtamētū ī ſcriptis nūcupatū. Itē pōt eē aliud exēplū. rhodii lex erat: ꝙ nemo ſacrificaret de uitulo. forte q̄dā ī tēpeſtate uouerẽ ſe ſacrificaturos de uitulo cū eēnt ī littore: ē ergo īprudētia facti alieni. Vtrū data ſit opera: potuiſſe ſcire a multis cū ingreſſus es ciuitatē: ꝙ arma nō ferebātur: ſi q̄ ſiuiſſes: q̄a lex erat publicata. Vtrū caſu nō potui ſcire: q̄a interfectus fuit auus: & ſubito facta eſt lex: q̄ nōdū audita erat ab oībus. An culpa: q̄a ſi cā pricipalis in nos fuerit nō mereẽ ueuiā: & appellatur peccatū uiolentū. Sed culpa: ergo duplici pœna mulctādus erit: & pp crimē: & pp ebrietatē: uel amorem: ut ſi dixiſſet ſe uoluiſſe ingredi ad amicā riualē īuidiſſet. Iracūdia ſi riualis cōtēdiſſet: & ad iracūdiā ꝓuocaſſet. Cōiecturali cōſtitutiōe: ꝓfecto ſciebat eū ciuē: ſed ſimulabat. nā ſemper fuit ſibi inuiſus. Ne ſatis præſidii: occidiſti hoīem & ciuem romanum: itaq; non ignorantia excuſat peccatum.

Deinde utrū data ſit opera: ut ſcireẽ: aut nō deide utrū caſu neſcierit an culpa. Nā q̄ ſe ꝓpter uinū aut amorē: aut iracūdiā fugiſſe rōnem dicet: is aī uitio uidebiẽ neſciſſe nō imprudentia: quare non imprudentia ſe defendet: ſed culpa cōtaminabiẽ. Deinde cōiecturali cōſtitutiōe quereẽ utrū ſcierit an ignorauerit: & cōſiderabiẽ ſatis: ne īprudentia præſidij debeat eſſe cū factū eſſe conſtet.

## De fortuna.

Qvm in fortunā cā confereẽ: & ea re defenſor ignoſci dicet reo oportere: eadē oīa uidenẽ cōſiderāda: quæ de neceſſitudine præſcripta ſūt. Etenim oēs hæ tres ptes purgatōis īter ſe finitimæ ſunt: ut in oēs eadē fere poſſint accōmodari Loci cōes in his cauſis accuſatoris contra eū q̄ cū ſe peccaſſe cōfiteaẽ tamē: orōne iudicis cōmoreẽ Defenſoris humanitatem miſericordiā: uolūtatē in omnibꝰ rebꝰ ſpectari cōuenire: & quæ cōſulto facta nō ſunt in eis fraudem eſſe nō oportere.

## De deprecatione.

q Vm in fortuna: q̄ diciẽ accidentale īpedimētū ad res humanas ciues cā ab oībus ignoraẽ. Caſus uero generalis ptinet ad res inaīatas: ut mari domibus. Eſt āt uocabulū mediū: ſicut græci dicūt demonē tā felicē q̄ īfelicē: thema hoc īperator q̄dā in monte caſtra metatus pp uicinitatē hoſtiū in uallē deſcēdit: ut tutus eēt: uenit ꝙ pp nimiā pluuiā ſubitā magna pars exercitus periit. Accuſatus: eſt & quæriẽ utrū dignus an nō dignus ſit pœna. unde poſſet q̄ri ſicut ſupra q̄ūo ſit cōſtitutio: ubi nō eſt cōtrouerſia. Soluiẽ aūt licet nō ſit ī prima pte: hoc eſt ī facto: tñ eſt in defenſiōe. In fortunā cōferaẽ: hoc tātū dicit īperator ſe amiſiſſe exercitū pp ſubitā: & īpræmeditatā pluuiā. Defenſor: īperator: qui amiſit exercitū. De neceſſitudine: primo num culpa uentū ſit: ut quare caſtra metatus ſit: es in uallibus nō debebas cōſiderare fortunā: q̄ fieri poſſet. Num neceſſitudo: ego diſceſſi de mōte in uallē: ut eſſem magis remotus ab hoſtibus & tutior: tū īpellēte fortuna effugere nō potui. Vitari: nō potuiſti ſtare in monte: q̄s īpediebaẽ. Aſt leuari: tum potuiſſes effugere: uel defendere a pluuiis aliquo mō: ſi uoluiſſes. Expertus ne ſit: cū ſenſiſti pluuias tēpore noctis tentaſti: ne ſi poſſes euitare. Inter ſe finitimæ: ꝓpīq̄næ partes. nam ut in ueteri ait diuerſis reſpectibus fortuna pōt neceſſitudo eſſe: & ecōtra. Tamē iudices cōmoraẽ. confitenti ſe peccaſſe cōdēnatur: datur qui cū hoc ipſe fateatur: & tamē uerbis ſuis indiciū tardat nullā meretur ueniam. uerūtamen licet cōfiteatur ſe peccaſe: nō tamen fatetur punitionē: quoniā eſt ex fortuna peccatum.

Defenſoris humanitatem. ſ. locus cōmunis. Conſiderate iudices nullam eſſe rem in rebus humanis: quæ non ſit ſubiecta caſibus & fortunæ: quæ profecto in oībus dominatur. Miſericordia: ueſtrum eſt miſereri non ſponte peccantiū: ſed qui a fortuna miſerabiliter decepti ſunt. Volūtatem ſpectari: cōſiderādū eſt in omni peccato: quo animo: & quo cōſilio quis peccat: etenim ego id feci ut ab hoſtibus ſepararer: & exercitū ſeruare incolumē. In his fraudē: nō cōuenit igitur iudices eos puniri: qui ſponte non peccarent: & digni ſunt uenia. Sciendū eſt differentiā eſſe inter malū facere

& malefecere ꝙ malefacit aliqs cũ mala præceſſerit uoluntas. Malus aũt fecit cũ bonus præceſſerit animus: & inde a fortuna decepti ſunt famulus & dominus inter bonũ facere & benefacere.

c Vm fatebimur nos peccaſſe: in hoc cõuenit cũ purgatiõe: puta ſi dicat Cato uel legarius fateor me fuiſſe pompeianũ: & Cæſarem offendiſſe: & hoc ſciẽter: prudenter: & ſpõte feciſſe. Hic ignoſcendi cõquerit̃: ex hac parte dependet cõſtitutio.ſ. in danda & nõ danda uenia.

d Eprecatione utemur: cum fatebimur nos peccaſſe neque id ĩprudenter: aut fortuitu aut neceſſario feciſſe dicemus: & tamen ignoſci nobis. poſtulabimus. Hic ignoſcendi rõ quærit̃ ex his locis. Si plura aut maiora officia q̃ maleficia uidebũtur cõſtare ſi qua uirtus: aut nobilitas erit ĩ eo. q ſupplicabit: ſi qua ſpes erit uſui futura: ſi ſine ſupplicio diſceſſerit: ſi ille ſupplex: & mãſuetus & miſericors in poteſtatib9 oſtẽdet̃ fuiſſe: ſi ea quę peccauit: nõ odio: nõ crudelitate: ſed officio & recto ſtudio commotus fecit: ſi tali de cã aliis quoq; ignotũ ſit: ſi nihil periculi nobis futurũ uidebit̃: ſi eũ miſſum faciemus: ſi nulla a noſtris ciuib9 aut ab aliqua ciuitate uituperatõ ex ea re ſuſcipiet̃. Loci cões de humanitate: fortuna: miſericordia: rerũ cõmutatione. His locis oĩbus ex cõtrario utemur is: q contradicet cũ amplificatione & enumeratione peccatorũ. Hec cã iudicialis fieri nõ poteſt: ut in primo libro oſtendim9 ſed quod poſt: ſed poteſt: uel ad ſenatũ uel ad conſilium uenire: non uiſa eſt superſedenda.

De remotione criminis

c Vm a nobis crimẽ remouere uolem9 aut in rẽ aut ĩ hoĩem noſtri peccati cãm cõferem9

Si plura officia: ad numerũ maiora: ad quantitatem hoc modo. Cõſidera Cæſar quot Laberius uictorias: tibi q̃plures ciuitates exercitus cõparauit: eo adiuuãte magnã gloriã cõſecutus es. Nobilitas: Cato dignus eſt uenia Cæſar: cũ e tanta familia: q̃ta fuit portia ſolus ſit ſupſtes: is. n. eã cõſeruat: auget: & amplificat. Virtus ſolus in urbe cõſtãs: ſolus ſeuerus: ſolus excẽplũ cõtinẽtiæ. Si qua ſpes: cõſidera q̃ta ex eo uiro tibi futura ſit utilitas. Potes eo uti in magiſtratibus: in cõſiliis. in legationibus. Si ſupplex: dimittẽdus eſt: legarius benignitate tua Cæſar: ꝓſertim cũ florebat miſeris ipſe fuerit benigniſſimus: mãſuetus: miſericors: afflictis oĩo cõpatiebat̃: ſed officio & recto cõſidenter ſe ſecutos eẽ Põpeiũ: & te deſeruiſſe: Verũtamẽ ſi factũ cõſideras: nõ odio aut crudelitate ulla in te: aut ĩ tuos id fecerũt: ſed ut libertatẽ tueret̃: quam Põpeius ſequi uidebatur. Aliis quoq; ignotũ eſt: nõ debet eſſe Cato peioris conditionis q̃ Brutus: q̃ ligarius: quibus peperciſti. qm̃ nullo odio: ſed libertatis gratia id fecerũt. Nõ periculi nõ eſt dubitandũ de ſalute Catonis: uel laberii: & . n. nõ uidet̃ tam potenſ quod uideatur tibi: aut nocere: aut illo modo impedimento eſſe poſſe.

A noſtris ciuibus aut ciuitates: magna eſt tibi futura gloria: ſi Laberium abſolueris: omnes enim te laudabũt: pium: miſericordem: clemẽtiſſimũ appellabũt. Loci cões: de humanitate: nihil intereſſe uident̃ inter hoĩem & beluam: niſi quod homo in cõmodis hominũ mouetur benignitate: nihil humani alienum a ſe putat. Fortuna: cõſidera cõmunem omnibus eſſe fortunã: nemini parcit: & cui dominari cœpit penitus euertit. Miſericordia decet quẽquam fortiſſimũ: & imperioſum uirũ eſſe clemẽtiſſimũ: benignum in ſubditos: atq; humanitate plenũm: miſericordẽ. Rerum cõmutatione: memẽto te eſſe hominem: & caducũ: & fortune ſubiectum: quæ omnia pro uoluntate cõmutat. Conſidera quantus fuit Cato: quantus Pompeius: & quo tandem eos fortuna perduxit. In his locis ex contrario: quæ ſupradicta ſunt ad defenſorem pertinent: nũc uero docet omnino ſupradicta per contrarium ab accuſatore eſſe tractanda: puta nulla beneficia contuliſſe: ſed potius offendiſſe non eſſe nobilem: ſed degenerem. Cum amplificatione: conſidera quam crudelis fuit Domitius erga te Cæſar: quã ĩpius: quã tibi ſemper aduerſus ſiue Romæ: ſiue apud Maſſiliam: & ubicũq; geſta ſunt bella. Gerebatur enim quando ſciebat ſe Cæſarem offendiſſe. Hæc cauſa: ponit apud quos tractari poſſit hæc pars: quæ dicitur conceſſio. Nam nõ poteſt eſſe iuridicialis: nec a iudicibus tractari: quoniã iudices ſunt irati & eos oportet iudicari ſecundũ argumenta allegata: & cũ ſeueritate iuris. Ideo ad eos defertur: qui ſunt domini legum: puta ſenatus: populus: imperator.

c Vm a nobis crimẽ: differt trãſlatio ſupior a remotiõe criminis: quod ĩ trãſlatiõe dat̃ male merẽtibus: ut cædes ꝑ cæde. unñ dicta ẽ relatio: uel ſtatus cõpẽſatiuus. In remotiõe aũt criminis reddit obediẽtiã maiori imperãti. & excuſatio criminis pp potẽtiã maioris ĩperãtis: ĩ qua qdẽ duplex notat̃ thema. Gracchus ſeditioſus uir habuit Blaſiũ cumanũ amiciſſimũ & cõplicẽ cõiuratiõis: q cũ ĩ crimĩe ipſo cõiuratiõis dephẽſus eẽt: ad iudiciũ ductus: ſi in capitoliũ Gracchus inq̃t faces ferre uoluiſſet: ꝓbuiſſem. Item Sp. melius ꝓpter inopiã frumẽti: quã plebs afficiebatur: u ɔm ipſe magnam copiam haberet: regnũ affectauit: & arma parauit: ſenſit ſenatus & ciuicinarũ.

dictatorē creauit: & ſeruilius ala datus ei magiſter equitū: q ei obtēperauit. Iuſſit ergo ſpuriū citari
& niſi uellet cōperet: ut occideret factū ē: & in iudiciū uocat̃. Sciēdū ē uero: ꝙ Seruilius neceſſario
obligat̃ obedire dictatori. Blaſius uero nō neceſſario: ſed ſpōte obediebat Graccho. Cū crimē re
mouere uel mortis ſpurii melii factæ p Seruiliū alā: aut cōiurationis Blaſii p obedientiā Gracchi.
Aut ut in teſtamētū: ſtatutū: pōtē: tēplū: & deniqꝫ oīa. q̄ ſūt extra hoīem. Idoneā: puta ī obediē
tiā dictatoris uel amicitiā Gracchi. Querēdū: rōe accuſatoris: uel defēſoris. Quātū reus demō
ſtrabit hoc fuerit: ne cautæ prātis ille ī
quē cā cōferẽ: ꝙ ei parere neceſſe fue
rit. Is dictator: uel Gracchus. Cā
peccati: q̄ ꝓceſſit: uel ab imperio: uel
amici: uel imꝑatoris uel dictatoris.
Aut honeſte: potuit obſiſti ꝑfecto ho
neſte poteras recuſare amico tuo obli
uiſci: & dicere te īfirmū: uel nō eē ho
neſtū cōtra patriā. nā ab amicis hone
ſta petēda ſūt. Nulla. n. excuſatio ē: ſi
amici cā peccaueris. Cōtra Seruilius
ala certe nō potuiſſem hōeſte recuſar̃
īperiū dictatoris. Sine ꝑiculo: ſi re-
cuſaſſes Blaſi ñ erat timēdū: ne ille te
offēdiſſet. Nō. n. obligatus erat. cō
tra Seruilius: ſi dictatori ñ paruiſſem
fortaſſis me occidiſſet. non. n. dicta-
tori ſine ꝑiculo reſiſti pōt. plus. n. po
terat q̄ ſenatuſcōſul. & oēs magiſtra-
tus. Num ea re cōueniat: cōcedi qua
licūqꝫ cā īpulſus es ad parendū Grac
cho puniēdus es. Nā potius erat diſci
dēda Gracchi amicitia: quā cōtra pa
triam ire. cōtra melius Seruilius fuit
obedire dictatorē: & occidere hoīem
q̄ ſuā patriā īterire. Deīde ī cōiectu
ralē: ñ uideris excuſādus o Seruili pp
hoc nā nō īperio dictatoris motus es
ſed odio in Sp. meliū: & ut eū occide
res: & exaturares ſub ꝓtextu obediētie
eū libēter occidiſti. Itē in obediētiā amici tui hoc faciebas: ſed ut urbē diripes & lucrareris: uñ nō ī
perii gratia: ſed pecuniæ corruptiōe cōiurabas. Si cā ī rē: qdā hoc mō teſtamētū cōdiderat. hæres
meus eſto: qcūqꝫ ſtatuā Aeneā in foro locauerit: qdā hæreditatē adiens ſtatuto publico ſtatuā ī pu
blico loco ꝓhibet: & ab hæreditate depellūt: res in iudiciū delata hoc mō pōt tractari: q̄ de neceſ-
ſitudine ꝓcepimus: puta utrū culpa fecerit neceſſitudinē: uel econuerſo hoc mō: iniuſte hæreditatē
poſſides: imo iuſte. Nā nō culpa mea ſtatua in foro nō eſt: ſed īpediēte ſtatuto. cōtra imo tua cul
pa neceſſitudo facta ē: q poteras audire ſenatū afferre aliqd ærario: ut īpetrares: ſed nō teſtamēti.

Si cā ī hoīem cōferet̃: quærēdū erit primū potue
rit ne tātū quātū reus demōſtrabit is: ī quē cā cō
feret̃: & qm̄ mō: aut honeſte: aut ſine periculo po
tuerit obſiſtere: ſi maxīe ita ſit nū ea re cōcedi reo
cōueniat quod alieno īductu fecerit. Deīde ī cōie
cturalē trahet̃ cōtrouerſiā: & differet̃ nū cōſulto
factū ſit. Si cā in rē quādā cōferet̃: & hæc eadē fe
re: & oīa: quæ de neceſſitudine ꝓcepimus conſide
rāda erunt.

### De argumentis.

q Voniā ſatis oſtendiſſe uidemur: quib⁹ ar
gumentatiōib⁹ in unoquoque genere cau
ſæ iudicialis uti cōueniret: conſequens ui
detur: ut doceamus quemadmodū ipſas argumē
tatiōes ornate & abſolute tractare poſſumus. Nā
fere nō difficile eſt inuenire qd ſit cauſæ adiuumē
to: difficillimū uero ē iuuētū expolire & expedite
ꝓnūciar̃. Hæc. n. res facit: ut neqꝫ diutius q̄ ſatis
ſit ī iiſdē locis cōmoremur: neque eodē idētidē re
uoluamur: neqꝫ īchoatā argumentationē reliqua
mus: neqꝫ incōmode ad aliā deinceps trāſeamus.

q Voniā ſatis: hucuſqꝫ tractatū eſt de materia cauſarū: hoc eſt argumēta: qbus poſſit quis li
tigator uti: nūc oſtēdit formā argumentādi: ita ꝙ hucuſqꝫ uidet̃ exorditū fuiſſe: nūc aut cō
texere. Sciendū ꝙ duplex ē modus argumētādi. ſ. more philoſophico & dialectico & ora
torio. Illi. n. habēt ſylogiſmos: nos uero argumētatōes. Videmur: more ſuo extenuat. Quibus
argumētatiōibus: nūc capit̃ argumētatio ꝓ argumēto & rōne: & eſt quātū ad ipſam materiā. pau-
lopoſt ꝓ ipſa collectione argumentoꝝ in modū ſylogiſmi: & eſt quantū ad formā. Cauſæ iudi-
cialis: hæ aūt cōſtitutiones apud iudices ut plurimū tractant̃. Cōſequi uident̃: cōtinuādū ē apud
Ariſtotelem dicitur habitū: cū uolunt dicere cōtinuandū: qm̄ græce dicit̃ echomeon. i. cōtinuatū
ab . i. habeo. Argumentationes ſylogiſme rhetorico ornate ad exornationē co
lorū. Abſolute: ad uim ſuadēdi & ꝓbādi ut nihil deſit. Expedite: ꝙ ꝑtinet ad uim ſuadendi: ut
oīa ſuo loco collocari: nō q̄ in tertio lo co eſſe debēt. ponant̃ ī primo. Hæc. n. res: ponit factū hu
ius argumentatiōis: & ex ꝑte oratoris & iudicis audientis: dicit aūt qdā rector hāc particulā utilio
rem eſſe in tota rherorica: ſiue orādo: ſiue quouis modo dicendo: nā p hāc argumentationē oſten
dit: quod de breui materia grauiſſimā & copioſiſſimā orationem poſſumus facere: & prædicatio
nem multarū horarū: ſed primo oſtendit: que uitia in ea uitanda ſunt. Neqꝫ diutius cōmemore-
mur: quia non eſt tempus conſeruandū in ſolo argumento: ſed uno finito ad ſecundum tranſeū-
dum eſt. Ne in eadem re: ſæpe. n. recitatio ad eandem rem magis obtunditur quā ꝓficiſcatur ad
uictoriam. Identidem crebro: inchoatam: & non perfectam: ut ſi poneremus: & non confirma
remus per rationes incōmode. ad aliā: ut nō bene finita oratione trāſiremus ad cōfirmationem.

Itaq̧ hac rõne:hic eſt fructus argumẽtationũ.ſingula argumẽta in omni parte ſylogiſmi. Percipere & meminiſſe:hæc duo maxime in ingenio ꝑfecto neceſſaria ſunt.ſ.ut bñ apprehẽdãt:& optime recordenẽ. Ergo hæc particula eſt inceptiua:uel illatiua ad ꝓcedẽtia. Aſolutiſſima:in qua ſũt oẽs ptes.nã põt etiã cõſtare ad minus a tribus & ex quattuor. Propoſitio:cũ multa ſint quæ ĩ hoc ſtudio laudãda ſunt ſũmatim dicã:de philoſophia ſeruãdũ eſt:ii qui artẽ legũt cõmodius ẽ exẽpla ſequẽtia ad unãquãq̧ partẽ ſubiicere. Ratio eſt cauſa:ex qua pẽdet ꝓpoſitio. Intendimus quod in propoſitioue poſuimus. Breui ſubiectione. Propoſitio enim & rõ breues eſſe debẽt. Plurimis argumẽtis:ĩ hac enim licet expãdere totã eloquẽtiã.

Rei honeſtãde:hẽt exornatio duos effectus.ſ.amplificãdi & exornandi:niſi pertineat ad partẽ argumẽtatõis:quãtũ ad ꝓbationẽ. Verũ res ꝓbatas & amplificat.& exornat. Ideo nunq̃ in cõplexiõe repetimus ea:quæ dicta ſunt in exornatiõe & ſine ea facilis eẽ põt argumẽtatio. Cõplexio:hoc eſt in argumẽtatione ſicut cõcluſio in tota orõne. Cauſam oſtẽdemuſ Vlyxi:oſtendit exẽpla uniuſcuiuſq̧ partis:q̃ tñ in legẽdo unicuiq̧ p̱ ſe applicandæ ſunt:ergo ſic intelligi põt de uocato ĩ iudiciũ Vlyxe p̱ Teucrũ potuiſſet in hũc modũ argumẽtatio tractari. Occidiſti Aiacẽ Vlyxes:ĩmo uero occidi:ꝓpoſitio uero ſubiicietẽ. Ego uero oſtẽdã cãm illius occidẽdi tibi fuiſſe.

Inimicũ:rõ ꝓpoſitionũ:a quo ſibi cõfirmatio rõnis ſumpta a ꝓbabili p̱ cauſam & uitã. Perite aũt dixit:a quo ꝓ qua ab ipſo ut artẽ occultarẽ.&.n.ut ait Quin. multæ particulæ ſunt:p̱ quas ars oſtẽtaẽ.ſ.q̃a ꝙ.n.& ſimilia quæ ſi in aliquo recludunẽ ars tegitur quod orator maximus maxĩe debet efficere uideaẽ euitatio periculi. Sperabat:aſſecutio cõmodi. Conſueuerant:argumenta a uita. Iniuria quauis per fas & nefas. Mors indigna Palamedis:Telamonius filius fuit:cui cum eſſet inimicus Vlyxes litteras ficticias fecit:in quibus continebatur nomẽ Priami:ut q̃primũ poterat facinus occiſionis maturaret & pecunias factas ſe ꝓmittere. Noctu uero Vlyxes in tẽtorio Palamedis pecunias offerri iuſſit accuſaẽ mane Palamedes:q̃ cũ negarunt ſedulo ſubiecit Vlyxes hoc facile cognoſci poſſe:ſi ĩ tẽtorio pecunias ĩ lr̃is ſcriptas hr̃et ergo & metuas epilogus ad ſupradictaſ tres ptes q̃ ꝓprie ſunt neceſſariæ in argumẽtatiõe:fit aũt ad memoriã iudicis loq̃t ãt Ci. Oẽs.n. exẽplũ exornatiõis & arguit ad maius hoc modo.ſi hoĩes ſolẽt ꝓ parua ſuſcipe ĩgẽtia picula & q̃d mirãdũ ẽ:ſi Vlyxes ꝓ ſalutæ uitæ uoluit fratrẽ meũ occidere. Certo emolumẽto:utilitate:fructu:& eſt hoc maius:ſi multos argumẽt ĩ:quod appellant inductio:quod fit per aliqua ſingularia. Spes pecuniæ:ut facere teſtamenta falſa. Cupiditate ĩperii:ut facere beneficium:ne regnum habeas. Compẽdiũ:utilitatem:Sed fraude cõmutarunt.ſ:cõmunicati ſunt paruã utilitatem:cũ magno periculo uel ſcelere. Propter accerrimã fortitudinem bene iunxit uitam cum cauſa dicendo timidũ uoluiſſe ſe liberare & periculo:ſicut auarũ furatũ eſſe.

Itaq̧ hac rõne:& ipſi meminiſſe poterimus quid:quoquo loco dixerimus:& auditor cũ totius cauſæ:tum uniuſcuiuſq̧ argumentationis diſtributionẽ percipere:& meminiſſe poterit. Ergo abſolutiſſima ac perfectiſſima argumẽtatio ẽ ea:quæ in quinq̧ partes eſt diſtributa ꝓpoſitionẽ rõnem:rõnis confirmationẽ:exhorationẽ:cõplexionem. Propoſitio ẽ per quã oſtẽdimus ſũmatim q̃d ſit:q̃d ꝓbare uolumus. Rõ eſt cã quæ demõſtrat id uerũ eẽ:q̃d itendimus breui ſubiectiõe. Ratiõis cõfirmatio ẽ ea:quæ plurib⁹ argumẽtis corroborat breuiter expoſitã rõnem. Exornatio ẽ qua utimur rei honeſtãdæ:atq̧ locupletãdæ cã cõfirmata argumtatiõe. Cõplexio q̃ cõcludit breuiter colligens partes argumẽtationis. Hiſce igitur qnq̧ partib⁹:ut abſolutiſſime utamur hoc mõ:tractabim⁹ argumẽtationẽ. Cauſam oſtẽdimus Vlyxi fuiſſe quare interfecerit Aiacem. Inimicum enim accerrimũ de medio tollere uolebat:a quo ſibi nõ iniuria ſũmũ periculũ metuebat. Videbat illo incolumi ſe icolumẽ nõ futurũ:ſperabat illius morte ſalutẽ ſibi cõparare cõſueuerat:ſi iure non poterat iniuria quauis inimico exitum machinari:cui rei mors idigna Palamedis teſtimoniũ dat. Ergo & metus periculi ortabatur eũ interimere:a quo ſuppliciũ uerebatur:& conſuetudo peccãdi maleficij ſuſcipiendi remouebat dubitationẽ. Omnes enĩ cũ minima de cauſa peccata ſuſcipiunt:tũ uero illa quæ multo maxima ſunt maleficia aliquo certo emolumẽto iducti ſuſcipe conãtur. Si multos iduxit in peccatũ pecuniæ ſpes:ſi complures ſcelere ſe cõtaminauerunt imperij cupiditate. Si multi leue compendium fraude maxima commutauerunt:cui mirum uidebitur iſtum a maleficio propter accerrimã formidinẽ non ſe temperaſſe.

Virum fortem: cõtentio colore ur/
bis locis plurimũ ualeas: & ſæpius tẽ
das. Iniuria laceſſitũ: quia cum arma
Achilis iure ꝓpinquitatis ad Aiacem
peruenirẽt Vlyxes intercepit. Beſti/
as: feras: puta: equus: taurus. Ani/
mũ ferum: ſtat in ſimilitudinẽ in hac
parte argumẽtationis maxime faciũt
hi colores: exemplũ: cõtentio: ſimili
tudo: contrariũ. Si ergo: facit comple
xionẽ colligens ſũmatim: quæ ſupius
dicta ſunt: uti quinqꝫ ptita & pfectiſſi
ma. Supſedendũ: omittẽdum: & re
git datiuũ. Vt facile memoria. nihil
enim ptinet: & ad rẽ ꝓbandã: ſed ad
memoriam tantũ iudicis: ergo ſi bre
uis eſt materia non eſt neceſſaria quia
ſublata cauſa remouet̃ effectus. Sin
breuis, & res teinus: aut humilis: qui
dam uolens laudare aliquem in hũc
modũ dixit: cũ uires & naturã terræ
contemplor: uideo multas res cõmo
das produxiſſe: inter quas roſa princi
patum obtinet: illa. n. magnũ cõmo
dum attulit rebus humanis: ſiue odo
rem uelis. nullus præſtãtior: ſiue uim
naturalẽ multis in rebus uitæ noſtræ
ſalutaribus admiſcetur: ſiue odorem
Nullus gratior aut pulchrior reperiri
poteſt adeo ſi quis rem pulchrã debet
ſignificare: ſicut roſam eſſe dicimus
hucuſqꝫ eſt argumentatio neceſſaria:
poſſet tñ dilatari hoc mõ: poetæ ro/
ſas plurimũ cõmendant: roſeum co/
lorem plærũqꝫ uſurpãt: ut apud Sta/
tium: Illius in roſtro flãma erat pur/
pura uultu. Hæc rõ: hic reſpectus utẽ
di ſolum cũ eſt opus: nõ aũt ſi res eſt
breuis. hic aũt argumẽtatione nõ uti
mur: niſi ĩ cõfirmatiõe & cõfutatiõe.

q Vod ab aduerſario reprehen
di poteſt: hoc genus themati ſ
cũ uitioſum ſit tñ quia ptinet
ad cãm oñdemus quõ rephendi põt:
quale ẽ hoc oẽ aĩal eſt bipes. nã hæc
diuiſio & diffinitio nõ cõtinet oĩa aĩa
lia. ſolet. n. fieri: qñ ď ſpecie fit genus
ſic: qdã mercatores multa lucrati ſũt
itaqꝫ uidet̃ oẽs brixianus eẽ lucratos.
Alterũ nugatoriũ: qa ad cãm nullo
mõ pertinet. Nõ eſt dignus reprehẽ
ſione: nõ indiget ut de ea tractem &
reprehendam: quoniã ita aperte fal/
ſum eſt ꝙ omnibus paret: ſic uidetur
philoſophia utilis. nam homines ſe/
gnes uitioſos efficit. Quæ caute cõ/
temni poſſit. ſ. quæ non tractando p
ſe itelligunt̃ uitioſa: ſicut hæc dãnoſa
eſt medicina: quia multos medici ue
nenis occidunt. Hæc cognitio parat
duplicẽ fructum. Que uitia ui ãda:
facit docilẽ. Vt & ipſi: facit attentũ.

Virum fortiſſimũ. integerrimũ: inimicitiarũ per
ſequẽtiſſimũ: iniuria laceſſitũ: ita exulcitatum:
homo timidus nocens: cõſcius ſui peccati: iſidio/
ſus inimicũ incolumen eſſe noluit: cui tandẽ hoc
mirũ uidebit̃. Nã cũ feras beſtias uideamus ala/
cres & erectas uader̃: ut alteri bæſt e noccãt: nõ ĩ
credibile eſt putãdũ iſtius quoqꝫ animũ ferũ: cru
delem: atqꝫ inhumanũ cupide ad inimici pniciem
ꝓfectũ: pſertim cũ in beſtijs nullã: neqꝫ bonã: ne
qꝫ malã rõnem eſſe uideamus in iſto plurimas &
peſſimas rões ſemper fuiſſe itelligamus. Si ergo
pollicitus ſum me daturũ cãm: qua iductus Vly
xes ad malefciũ acceſſerit: & ſi inimicitiarũ acer/
rimã rõem: & periculi metũ iterceſſiſſe demõſtra
ui: nõ eſt dubiũ qn cõfiteat̃ cãm maleficij fuiſſe.
Ergo abſolutiſſima argumẽtatio ea eſt quæ qnqꝫ
partibꝰ cõſtat: ſed ea nõ ſemp eſt neceſſe uti. Tũ
eni cõplexione ſupſedendũ eſt: ſi res breuis eſt: ut
facile memoria cõprehẽdat̃: tũ exornatio pmittẽ
da eſt: ſi parũ locuples ad amplificãdũ: & exornã
dum res uidet̃ eſſe. Sin & breuis erit argumenta
tio: & res tenuis: aut humilis: tum exornatiõe &
cõplexione ſup ſedendũ eſt. Ideo in oĩ argumenta
tione de duabus partibus poſtremis: hæc quã ex
poſui ratio eſt habenda. Ergo ampliſſima ẽ argu/
mentatio quinqꝫpartita. Breuiſſima eſt tripartita
mediocris ſublata: aut exornatione: aut cõplexio
ne quadripartita.

De argumentis.

q Vo ſunt genera uitioſarũ argumentatio/
nũu nũ quod ab aduerſario reprehẽdi po/
teſt. idqꝫ pertinet ad cauſam. Alterũ quod
tametſi nugatorium eſt: tamen non indiget repre
henſione. Quæ ſint quæ reprehenſione confuta
re conueniat: quæ tacite contemni: atqꝫ uitari ſine
reprehenſione: ſi exempla ſubiecero dilucide intel
ligere non poteris. Hæc cognitio uitioſarum ar/
gumentationũ duplicem utilitatem afferet. Nam
& uitare in argumentatione uitium amonebit: &
ab alijs non uitatum cõmode reprehendere doce/
bit. Quoniã igitur oſtendimus perfectã & plenã
argumentationẽ ex qnqꝫ partibus cõſtare: in una
quaqꝫ parte argumẽtatõis: quæ uitia uitãda ſunt
cõſideremꝰ: ut & ipſi ab his uitijs recedere: ac ad
uerſariorũ argumẽtatiões hac præceptõe in oĩbꝰ
ptibꝰ tẽtare: & ab aliq̃ pte labefactare poſſumus

e Xpoſitio ponit̄ p ipſa propoſitione: licet ponatur quandoq; narratione cum aliqua. Aut maiore: ut dicunt dialectici ad ꝓpoſitionē uniuerſalē eſſe uerā inqrit̄ & pticularē eſſe uerā ut ſi dixero ois hō eſt bipes: ſi autē contra fiet eſt uitioſa q̄lis hæc: oēs hoīes ſunt rubei: Neceſſario oībus attributa: falſum. n. eſt oēs hoīes eſſe rubeos: q̄a licet multi ſint rubei uiſi. Officio. honeſtate ſi q̄s adaptat uitium cū exēplo & apit ipſum. Qualis rō: q̄ facit propoſitionem talē: nec cōſulerent q̄ rationē as lataturus ſit facile reprehendet̄. Falſo: q̄a multi pauperes ſunt ac philoſophi

## De uitioſa expoſitione.

e Xpoſitio uicioſa: ē cū ab aliqua aut a maiori pte ad oēs cōfert̄ id qd̄ ñ ē neceſſario omnibus attributum. ut ſi quis hoc modo exponat. Omnes qui in paupertate ſunt malunt maleficio parare diuitias: q̄ officio paupertatē tueri. Si qs hoc modo expoſuerit argumentationē: ut non curet querere qualis ratio: aut rationis confirmatio ſit: ipſam facile reprehendemus expoſitionē: cum oſtendimus id quod in aliquo paupere improbo ſit: in omnes pauperes id falſo & iniuria conferri Itē uitioſa expoſitio ē cū id qd̄ raro fit fieri omnino negat̄ hoc mō. Nemo pōt uno aſpectu neq; p̄teriēs i amorē icider̄. Nā cū nō nemo deuenerit in amorē uno aſpectu & cū ille neminē dixerit oio nihil differt raro id fieri dūmō aliqñ fieri: aut poſſe fieri intelligatur. Item uitioſa expoſitio eſt cum omnes res oſtendemus nos collegiſſe: & aliquam rem idoneam præterimus hoc modo. Quoniam igitur hominem occiſum conſtat eſſe: neceſſe eſt: aut a prædonibus: aut ab inimicis occiſum eſſe aut abs te: quem ille hæredem teſtamento ex parte fecerat: prædones in illo loco nunq̄ ſunt uiſi: inimicum nullum hēbat: reliquitur ſi neq; a prædonibus neque ab inimicis occiſus eſt: quoniam alteri nō erāt: alteros ñ habebat: ut abs te ſit iterēptus. Nā in huiuſmodi expoſitiōe rephēſiōe utemur: ſi quos præter eos quos ille dixerit potuiſſe ſuſcipere maleficium oſtendimus. uelut in hoc exemplo cum dixerit neceſſe eſſe: aut a predonibus: aut ab inimicis: aut a nobis occiſum eſſe: dicemus potuiſſe uel a familia uel a cohæredibus noſtris. Cum hoc modo ipſorum collectionem diſturbauerimus: nobis latiorem locum defendēdi relinquemus. Ergo hoc quoq; uitandum eſt in expoſitione: ne quando cum omnia collegiſſe uideamur aliquam idoneam partem relinquamus. Itē uitioſa expoſitio eſt quæ conſtat ex falſa enumeratione: ſi cum: aut plura ſunt: pauciora dicamus hoc modo. Duæ res ſunt iudices quę homines ad maleficiū compellunt. luxuria & auaritia. Quid

Itē uitioſa: hoc uitiū ē cōtrariū ſuperiori: illud. n. eſt qñq; a parte aliq̄ uel maiori pte maiori dominis: hæc aūt eſt qñ a pte negamus totū: ad hāc aūt partē multum affert ratio dialectica. Nemo pōt: erāt q̄dā q̄ accuſabant in honeſti moris: ipſe excuſat ꝗ nō debita opera amauerit eā: ſed qd̄ in tranſitū euenerit: ut & amaret. & amaret̄: nā cū nō nemo. i. cū m l̄ti ſubito amauerint ſicut legit̄ de cypriano carthaginenſi: q̄ in tēplū amauit quandam ſubito q̄ cū ui demonū conſequi non poſſet chriſtianus factus eſt: aperit in quo autem ſit uitium. Nihil: differt quaſi dicat q̄q̄ pauci inueniātur tamē cum ipſe dicat neminem oportet eſſe falſum. Item uitioſa eſt: hæc pars dimīuta appellat̄ collectio ꝗ ī ea colligamus aliq̄ & aliq̄ neceſſaria omittamus Idoneam: aptam ad probandum: propter hoc autem uitioſa: quia cœperit uiam & rationē cōfirmādi aduerſariis: nam potuerūt ipſi hoc mō contradicere. oſtendit tres eſſe cauſas oſtendā ergo quatuor. Quoniā igit̄ in hoc exemplo intelligamus quendā fuiſſe teſtatorē p hæreditatem multis dederat: q̄a caſu uenatus fuit unus ex hereditariis accuſatur & contra eū ſic arguit̄ur neceſſariū eſſe uideat̄ ab eo fuiſſe occiſum. Quē hæredem fecerat: q̄a ipſum ac ſi diceret: q̄a hereditas pendet̄ a morte teſtatoris & teſtamenta poſſunt reſcindi timens ne mutaret ꝓpoſitū: tu. n. occidiſti. Prædones in illo loco: prima pars quæ mouet̄: Alteri nō erant. ſ. prædones alteros. ſ. inimicos: nam in huiuſmodi aſſignat rōnem uiri. Reprehenſionē: quia dicit̄ cōfutatio. A familia: puta a ſeruis libertatē q̄rentibus. Ab hæredibus: quos multos reliquerat. Collectionem diſturbauerimus: ſimilitudo eſt multorum collectorum ī aciē cui rei rem pſere ars confutandi comparat̄. Latiorē locū: quia cum oſtenderimus alios occidere potuiſſe excuſari nos poterimus in ea re probanda occupari. Ergo quoque hoc uitandum eſt: corrigit uitium & dat remedium contra notauit etiam alibi Ci. in oratione quod neceſſe eſt ad hoc uitandum: ut orator colligens argumenta ſumat perſona iudicis & aduerſarii: & cogitet quid uterq; obiice-

amor inqt quiſpiā:quid ambitio:q̄d irreligio: qd metus mortis:quid imperii cupiditas:qd denique alia permulta. Itē falſa enumeratio eſt:cū paucio/ra ſunt & plura dicimꝰ hoc mō. Tres res ſūt quę omnes homines ſollicitāt:metus:cupiditas:ægritudo. Satis fuerat dixiſſe metū & cupiditatē:quādo ægritudinē cū utraq; re cōiunctā eē neceſſe ē Itē uitioſa expoſitio eſt quę nimiū lōge repetitur hoc mō. Omniū malorū ſtultitia eſt mater quæ prę ceteris parit imenſas cupiditates:imenſæ porro cupiditates infinite imoderate ſunt:hæ pariunt auaritiam. auaritia porro hominē ad quoduis maleficiū ipellit:igitur aduerſarii noſtri inducti auaritia hoc inter ſe facinus admiſerunt. Hic id quod extremum dictum eſt fuit ſatis exponere:ne Ennium & cæteros poetas imitemur:quibꝰ hoc mō loqui cōceſſum eſt. Vtinā ne in nemore pelliæ ſecuribus ceſæ cecidiſſent abiegne ad terram trabes: neue inde nauis inchoande exordiū cœpiſſet:quæ nunc nominatur argo: in qua argiui delecti uiri necti petebāt pellē illam iauratam arietis colchis imperio regis pelliæ per dolum : nam nunquam hæra mea errans Medea pedē efferret domo egra amore ſaucia. Nam hic ſatis erat dicere ſi id modo quod ſatis erat curaſſet poeta. Vtinā ne hæra mea errans pedem efferret domo medea : animo ægra & amore ſaucia. Ergo hac quoque ab ultimo repetitione in expoſitione magnopere ſuperſedendū eſt non enim reprehenſione ſicut alie complures ſed ſua ſponte uitioſa eſt.

### De uitioſa ratione.

u Itioſa ratio eſt que ad expoſitionē nō ē accōmodata uel pp ifirmitatē uel pp uanitatem Infirma ratio eſt que nō neceſſario oſtendit iſta eē

re poſſet. Itē uitioſa expoſitio i ſuperiori peccat i partitione diminuta: hic in falſa enumeratione. Luxuries omnium rerꝫ ſuperflua copia. Auaritia aliarū rerꝫ cupiditas. Quid amor. ſ. laſciuus hic aperit uitiū ābitus: honoris cupiditas. Quid metus mortis: pp quē Vlyxes dicebat occidiſſe Aiacē: iperii cupiditas: ſicut Romulus: de quo ait Lucanus: Fraterno primo maduerūt ſanguie muri Plura dicimus: hoc ē cōtrariū ſupiori: & fit qñ nō itelligit: cōprehēdāt ptē cū toto. Sollicitus: cō mouet. Metus: expectatio mali. Cupiditas: expectatio boni ſic ſpes. Quādo ægritudinē: q̄tuor ſūt paſſiōes aī q̄s Cic. ægritudines uocat. itaq; generale ē: & ſpes unde falſo ad ptes ipſas adiūgimus: eſt autem ægritudo aīus aliq̄ paſſiōe affectus. Quæ nimiū repetit: hoc quoq; uocat Hora. ubi ait: Nec bellū troianū gemīo exordiat ab æuo: qđ Sta. facit de Cidippi natiuitate tractaturus & ſic iqt lōga retro ſeries. Quoniā malorꝫ: uolebat qdā pbare ꝙ alter furatus erat uel occiderat hoīem pp auaritiā. Materies put ab ea naſcitur materies prout ab ea mutatur & uerſatur Ad quiduis malum impellit Verg. Quid nō mortalia pectora cogis: & Sal. Auaritia fidē: pbitatē: cæteraſq; bonas artes puertit. Apoſtolus: radix oīum malorꝫ eſt cupiditas. Admiſerūt: peccauerūt: uñ admiſſū. Quod tñ admiſſum: q̄ ſit uindicta docebo: hic id qdē oñdit uitiū in exēplo. Qđ extremū. ſ. auaritia hoīem ad qđ uis maleficiū īpellit. Ne imitemur. ſ. nos quos oportet loqui emēdate. Cōceſſum ē. ſ: p artē poeticā: nā cōceſſus ē cis color qdā & decorū poeticū quo loquunt ſecundū dignitatem perſonarꝫ: ſic Vir. Et quis fuit alter : quod intelligens oīs tanq̄ exprimens utilitatem uitioſe locutus eſt. Vtinam ne uerba Ennii de ancilla conquerente ꝙ hæra ſua in græcia a iaſone abducta ſit: nam cum aliquod annos uixiſſet cum iaſone incidit inter eos diſcordia: qua illa irata filios occidit & de turri præcipitauit itaq; digne conquerebatur ancilla. Trabes abiegnæ: de abiecte q̄ naues optimæ fiunt. trabes autem dicitur & trabs : quem textum allegat priſcianus. Argo: dicta & a uelocitate quæ dicitur argos ſignificat. n. cādidum aut argilla. Colchis: populi ſunt quibus imperabat. Oeta medeæ pater. Imperio pelliæ regis Eſon & Pellias fratres fuere : mortuo autem Eſone patre iaſonis: uolens ſolus imperare pellias: callide iubeat iaſonem gloriam appetere & ad pericula incedebat eum ut ſolus imperaret. Nam id ſatis: oſtendit ubi ſit uitium & corrigit illud. Ergo quoq;: hac cauendum eſt ne in hac propoſitione qua fit uitium in me repetitionis: quē admodum docuimus etiam in narratione ſuperius. Nunc eget reprehenſione: ac ſi diceret non uitioſum eſt ſicut ſuperiora uitia: quæ omnino falſa ſunt: ſed etiam nugatorium: itaq; percepit quæ ſupra pollicitus fuerat cum dixit: ſi exempla ſubiecero intelligere dilucide poteris.

u Itioſa rō ē: ſecūda ps argumētatiōis accōmodata: cōglutiata: hoc ē q̄ nō cohæret cū ſēſu ipſius ppōis. Quæ nō neceſſario: oñdit hoc uitiū fit qñ iuito nō ieſt rōni q̄ differimus: ſed i nobis ipſis hoc mō nullus debet appetere amicitiā: qm̄ ego nō ſoleo multū ea delectari.

quemadmodum expoſitũ eſt:uelut apud Plautũ Amica ob meritam noxã in mane caſtigare ẽ facinus:uerũ in ætate utile & conducibile. Hæc propoſitio eſt:uideamꝰ quæ ratio afferat̃. Nam ego amicũ meũ hodie nõ caſtigabo pro cõmiſſa noxa ex eo qđ facturũ:nõ ex eo quod fieri cõuenit: utiſe quid ſit ratiocinatur. Vana ratio ẽ quæ ex falſa cã cõſtat hoc mõ. Amor fugiẽdus nõ ẽ: nã ex eo ueriſſima naſcit̃ amicitia:aut hoc modo:Philoſophia fugienda ẽ. affert.n.ſecordiã & deſidiã. Nam hæ rationes niſi falſæ ẽẽnt:expoſitiões quoq; eaꝝ ueras ẽẽ cõfiteremur. Iteq; īfirma rõ ẽ q̃ nõ neceſſariã cãm affert expoſitiõis uelut pacuuius fortunã inſaniã ẽẽ & cæcã & brutã pħibet philoſophi:ſaxiꝗ ad iſtar globoſi ꝑdicant ẽẽ uolubile iõ dicãt ẽẽ uolubilẽ:qa quo ſaxũ īpulerit ſors eo cadere fortunã autumat. Cæcã obeam rem eſſe uocant: qa nil cernant quo ſeſe applicet. Incaniã autẽ aiunt quia atrox:incerta:inſtabiliſq; ſit. Brutam: quia dignũ aut indignum nequeat internoſcere. Sunt item philoſophi qui fortunam negant ullam eſſe ſed temeritate omnia regi autumant. id magis ueriſimile eſſe aiunt quod uſu res ipſa a ſe experiendo edocet:uelut Horeſtes modo fuit rex:factus ẽ mendicus modo naufragio nempe res iſta obtigit Ergo id non forte nec fortuna obtigit. Nam hic Pacuuius infirma ratione utimur cum ait uerius eſſe temeritate quam fortũa res geri. Nam utraq; opiniõe philoſophorum fieri potuit:ut is qui rex fuiſſet:mendicus factus eſſet. Item firma ratio eſt cum uidetur pro ratione afferri id quod in expoſitione dictum eſt hoc modo. Magno malo eſt hominibus auaritia:iccirco quod homines magnis & multis incõmodis conflictant̃ propter immenſam pecuniæ cupiditatem. Nam his aliis uerbis idem per rationem dicitur quod dictum eſt per expoſitionẽ. Item īfirma ratio eſt quę minus idoneã q̃ res poſtulat cauſam ſubiicit expoſitioni hoc mõ Vtilis ẽ ſapiẽtia propterea quia qui ſapiẽtes ſunt pietatẽ colere conſueuerunt. item utile eſt amicos ueros habere:habeas enĩ quibus cũ iocari poſſis

Apud Plautum: in comedia trinũmo loquitur autem ſuperius Ennius ſecundum aliquoꝝ pſonã.

Caſtigare inmane: corrigere amicos in adoleſcẽtia. ſolebãt.n. maiores appellare ætates partibus diei. Cõducibile: utile cũ facilitate. Ex eo qđ ipſe oſtẽdit uitiũ ĩ ipſa rõe fuiſſe aliq̃lis rõ hoc modo adoleſcẽtes caſtigãdi nõ ſunt: qm̃ ea ætas nõ ẽ capax morũ: ad philoſophiam inepta & exps rõnis. Ratiocinat̃: rõnẽ affert. Vna rõ quæ mẽdaciũ habet: nã illa ſuperior licet ſit infirma: tñ nõ ẽ falſa. Amor fugiendus. ſ. inhoneſtus: erat autẽ quidã filius qui a patre caſtigabat̃: qm̃ amoribus nimium icũbebat cui ipſe hanc rõnẽ affert Veriſſima amicitia: quia aliqui pp libidinẽ ita uiuunt quod nunq̃ eorum ſuperatur: & omnia amicitiæ munera exequũtur falſa quippe qm̃ ex libidinibus & uitiis nunq̃ conſtat amicitia. Secordia: ẽt ſocordia & ẽ ĩ animo deſidia ĩ corpore. Itẽ ĩfirma: non dicit uitioſa: ſed tm̃ leuis. Non neceſſaria: qa illa rõ nõ cogit ꝓportionẽ ita eſſe ut dictum eſt uelut pacuuius de fortuna tractans duas opiniones ĩqt philoſophoꝝ eſſe de fortuna quorũ aliqui ſentiunt oĩa fortuna gubernarĩ ſed cæca eſt & inſania: & bruta. alii uero dicũt nullam eſſe fortunam ſed temeritatem quandam in qua res potius omnes carent quam proueniant. Inſanam: cæſam: brutam: hec eſt una opinio philoſophorum quæ eſt tripartita: itaq; triplex ſubiicitur ratio. Brutam: tanq̃ ſine ulla ratione & diſcretione faciendi. Sed temeritate: hæc eſt ſecunda opinio & propoſitio philoſophorum cui ſubiicitur rõ ſequens ꝙ ideo magis uideatur temeritas q̃ fortuna: qm̃ in experiẽdis rebus ex nobis ipſis uidemus omnia euenire & ſine ulla ratione gubernantis: ſicut Oreſtes: qui ꝑ naufragium temerarium de ſummo culmine ad miſeriam deſcendit: nã utraq; opiniõe oſtẽdit pacuuiũ erraſſe ĩ ſecunda opiniõe qm̃ nõ ſequit̃ neceſſario fortunã non eſſe temerariã eo ꝙ multa temere homini eueniunt: qm̃ poteſt ẽẽ qđ ita fuit uoluntas ipſius fortũæ aut eã rẽ nõ curauit quæcũq; eueniret. Quid magis incõmodis cõflictant̃. hæc rõ eadẽ ẽ cũ ꝓpoſitione ſed diuerſis uerbis ſubiecta. bene.n. cõfirmaſſet ſi dixiſſet auaritiã ideo malã hoĩbus ẽẽ: qa oẽs bonas artes ſubuertit. Itẽq; minus idonea: puta ſiq̃d confirmat̃ uili rõne quæ non ſit digna magnitudĩe ꝓpoſitionis. Quia pietatẽ cõlere conſueuerũt: hæc ratio uera ẽ: ſed nimis exilis & tenuis. oportuit enim dixiſſe ideo ſapientiã utilẽ: qa ꝑ eã ciuitates gubernant̃. homo bene uiuit & bene conſulit. preterea ſciendũ ẽ ꝙ huiuſmodi rõnes ueras & exiguas ſi ꝓponuntur: maiores rationes optime cõuenire poſſunt. hoc modo ſapientia ideo utilis: quia per eam homines bene & ſancte uiuunt & æqui efficiunt̃.

Non uniuerſali: nam bene rationes ſunt: quæ uniuerſaliter ad oēs ptinere poſſunt ut amici utiles ſunt: qm̄ mediante amico qui pauperes ſunt opibus abundant' & neq; ad illam miſeriam perueni-re poteſt. Vel alii: ēt alteri expoſitio ſuperius uitium eſt: quando idem in ratione dicitur: quod in expoſitione dictū ē: hoc uero fit cū eadem ratio poteſt conuenire cū diuerſis ꝓpoſitionibus q̄ cæca q̄ bruta: nam pp eā rōnem pp quā fortuna ē cæca p eandē poteſt uocari etiam bruta.

Nā huiuſmōi i ratiōio⁹ n̄ uniuerſalis neq; abſoluta: ſed extenuata rōne expoſitio cōfirmatᷣ. Itē infirma rō eſt quæ uel alii expoſitioni poteſt accommodari: ut facit Pacuuius qui eandem affert rationem quare cæca: eandem quare bruta fortuna dicitur.

De cōfirmatione uitioſa.

i N cōfirmatiōe rōnis multa uitanda i nr̄a & obſeruāda i aduerſarioꝝ rōne ſunt uitia pp ea que diligētius cōſiderāda ſūt quod accurata affirmatio rōis totā uehemētiſſime cōprobat argumentationē. Vtuntᷣ igitᷣ ſtudioſi i cōfirmanda rōe duplici cōcluſiōe hoc mō. Iniuria abs te afficior indigna patet nā ſi iprobū eē treſpontē exiſtimabas: cur me hui⁹ locabas nuptiis: ſin ē ꝓbus cur talē inuitā iuitū cogis relinquerᷣ. Eaq; hoc mō cōcludentᷣ: aut ex cōtrario cōuertentᷣ: aut ex ſimplici parte rephendentᷣ. Ex cōtrario hoc mō. Nulla te idigna nata afficior iniuria: ſi ꝓbus ē: collocaui: ſin autē eſt iprobus diuortio te deliberabo in cōmodis. Ex ſimplici parte reprehendetᷣ ſi ex duplici cōcluſione alterutra pars diluitᷣ hoc modo. Nā ſi iprobū eſſe treſpōtem exiſtimabas: cur me hui⁹ locabas nuptiis: duxi probū: erraui: poſt cognoui: & fugio cognitū. Igitᷣ reprehenſio huius concluſionis duplex eſt: acutior illa ſuperior: facilior hæc poſterior ad excogitandum. item uitioſa eſt confirmatio rationis cum ea re quæ plures res ſignificat abutimur pro certo unius rei ſigno hoc modo. Neceſſe eſt: quoniam pallet ægrotaſſe: aut neceſſe eſt peperiſſe: quoniā puerum ifantem. Nā hæc ſua ſponte certe ſigna non ſunt: ſi non cætera quoq; ſimilia cōcurrant: quæ ſi cōcurrerint nō nihil huiuſmodi ſigna adaugent ſuſpitionem. itē uitioſa eſt: quando uel in aliū uel in eundē qui dicit

N cōfirmatiōe ratiōis: tractaturus tertiā argumētatiōis pte Ci. quæ cōfirmatio rōnis appellata ē: & q̄ uitia uitāda. prio facit ſauditorē attētum oñdit momētū cōfirmatiōis i argumētatōe deiñ quō maxie corroborari pōt cōfirmatio p ſylogiſmū cornutū. Tertio docet frāgere illū ſylogiſmū. Multa ſunt cōſiderāda: facit attētionē oñdēs ea q̄ ad auditorē ptinent. Totā ꝓbat argumētatiōem: iō magna adhibēda ē diligētia: qm̄ ſi bn̄ corroboratᷣ cōfirmatio: tota argumētatio. Vtuntᷣ igitᷣ oñdit formam ſilogiſmi cornuti: ſiue duplicis cōcluſiōis ad bn̄ cōfirmādū Studioſi: uictoriæ cupidini. Iniuria te afficior: apud Enniū fuit qdā pr̄ q cū filiā locaſſet & poſt aliquot annos uitioſum generꝝ cognouiſſet diuortiū fieri poſtulauit contra quē filia arguens ſylogiſmū i hunc modū facit: aut probus eſt maritus meus: aut improbus ſi probus: cur me inuitam ſuperas. Si āt iprobus: cur illius nuptiis me tradiſti: huiuſmōi cōcluſionē fecit Ver. de creuſa rogauit Aeneā maritū ne icenſa troia ipſam reliquerit q ſic ait. Si periturus abis & nos rape in omnia tecū. Sin aliq̄ expertus ſumptis ſpem ponis in armis. Hāc primum tutare domū. Infinitā: inuitū relinquere hoc eſt ꝙ dicit abs te afficior iniuria. nā olim fiebat diuortiū: ſi altera pars inſtigabat uerꝝ: ſi ambo cōtenti erant nullo modo fieri poterat. Ea quæ hoc mō concludunt: oñdit formā ſilogiſmi: nūc docet quō pōt diſſolui aduerſarius eo uſus fuerit: i qua re apparet eū exeq ꝙ intendit. ſ. uitia quæ uitāda ſunt i hac pte argumētatiōis. Ex contrario hoc mō: ſi talis ē ꝙ poſſit ullo mō diſſolui ex cōtrariis diſſoluit ſic: nā qa dixit filia: ſi bonus cur diſſoluis: ſi malus cur cōmendaſti: nūc ita pr̄ diſſoluit capiēs ex contrario q̄ dicta ſunt & dicit: ego locaui ꝓbus: ſi iprobus te diſſoluo ꝙ apparet i hac figura X: iō appellatᷣ. ſimplici ex pte: ſecūdus modus diſſoluendi nā ſi una pars deſtructa ē: reliq̄ ēt nihil operatᷣ. Duxi: opinatus ſum ergo: rephenſio ponit effectū. Itē uitioſa: īfirma eſt cū eſt ꝓbandū aliq̄ rem utimur uno ſigno tanq̄ certo ꝙ tn̄ pōt ptinere ad plures res: puta ſi dicimus aliquē neceſſario furatū eē: qa ſit pallidus: nā hoc poteſt facile cōfutari ſi reſpōdeat accuſatus pallorē nō ſolū eē cōis timoris: ſed ēt naturæ & ægrotatiōis: uerūtamē illud ſignū ſi adhimatᷣ ab aliq̄ alia cōiectura habebit aliq̄ efficaciā: ut ſi quis dicat eē eū pallidū ob metū ſupplicii quem iuenerit cū gladio apud cadauer. Non hn̄t certa ſigna: qa pallor pertiet ad timorem & ad morbū. & quia geſtare puerꝝ ptinet ad matrem & ad ancillā. Suſpi. coniecturā. Item uitioſa: cauēdū eſt ēt in accuſando ne accuſator dicat illud ꝙ etiam ad alios pertinet uel ad ſe: quia

carere debet omni uitio q̄ i alteꝝ paratus ē dicere. Miſeri ſunt: quia auaritia eos præmit. At tu dixiſti alterā hæc eſt aduerſarii confutatio: nā accuſator ēt duas habuerat uxores: qbus multas cōparauerat diuitias: quaſi dicat tu me accuſas & i eodē tu es uitio. Depcatiões: depulſiones. Inter oīs nō conſtat: tenuis ē rō cū affert id quod i dubio a uita ſit puta reſponſio ab uxore diſſociatus arguit contra: ſoceꝝ hoc mō debes o ſocer mecū uiuere i pace: qm̄ ēt dii pacifice uiuunt i cœlo: nā hoc ēt apud antiquos dubiū hēbat̄: numero uero putatur falſiſſimū: qa nō dii: ſed peſſimi hoīes extiterūt

quod i aduerſariū dicit̄ pōt cōuenire hoc mō. Miſeri ſunt q uxores ducūt: at tu duxiſti alterā. Itē uitioſū ē id qd uulgarē hēt defenſionē hoc mō. Iracūdia duct⁹ peccauit: aut adoleſcētia: aut amore huiuſmōi. n. depcatiões ſi pbabunt̄ ipune maxīa peccata diluent̄. Itē uitioſa eſt cū id p certo ſumitur qd iter oēs nō cōſtat: qd etiā nūc i cōtrouerſia eſt hoc mō. Eho tu: dii qbus eſt poteſtas ſuperū atque inferū pacē inter ſeſe cōciliāt: cōferūtque cōcordiā. Nā ita pro ſuo iure uiſū treſpontē Ennius iduxit qſi iā ſatis rationib⁹ certis ita eē demōſtraſſet. Item uitioſū eſt quod iā qſi ſero atq3 acto negocio dici uidebit̄ hoc mō. In mentē mihi ſi ueniſſet qrites nō cōmiſiſſem ut hūc in locū res ueniret: nā hoc aut hoc feciſſem: ſed me tū hæc ratio fugit. Itē uitioſa eſt cū id quod i aperto delicto poſitū eſt tñ aliqua leui legit̄ defenſione hoc modo. Cū te expectabant omnes florentiſſimo regno relinqui. nūc deſerto ab omnibus ſūmo piculo ſolus ut reſtituā paro. Itē uitioſum eſt qd i aliā pte ac dictū ſit pōt accipi huiuſmōi ut ſi qs potens ac factioſus dixerit: ſatius ē uti regibus q̄ uti malis legibus. Nā ex hoc tāetſi rei arguendæ cā poteſt ſine malitia dici: tamen pp potentiā eius qui dicit nō dicit̄ ſine atroci ſuſpitione. Itē uitioſū eſt falſis aut uulgaribus diffinitionibus uti falſæ ſunt huiuſmodi ſi quis dicat iniuriam nullam niſi quæ ex pulſatione aut conuitio cōſtet uulgares ſunt quæ nihilominus in aliam partem transferri poſſunt: ut ſi qs dicat: quadruplator ut breuiter deſcribā capitalis ē. eſt. n. pbus & peſtifer ciuis. Nā nihilo magis qdruplatoris: quā furis: quā ſicarii: aut pditoris attulit diffinitionē. item uitioſum eſt p argumento ſumere: quod i diſquiſitiōe poſitum eſt

nam ēt Socrates diſputās ſi utile ē regi ſub ipio: & dubitās utꝝ dii haberēt ipiū ſub Ioue fecit talē argumētationē ſi Iuppiter ē: bene ē ab eo regi: ſi nō ē nec minus utile ē. Quod iā ſecūdo factū: illud ēt utile ē ꝙ tarde affert̄ puta cū diciūs ſi id feciſſē hoc ñ feciſſē uidetur nos ſero cām afferre p eo qd āte pactū ē Si i mētē ueniſſe: qdā ipator accuſatus eſt de exercitu amiſſo hoc mō ſe excuſat: uerū turpe eſt in re militari dicere non putabam. Aut hic: ac ſi dicerē: aut aſcendiſſem montem aut deſcendiſſem in locum tutiorem. Expectabāt omnes: ſeruus quidam a dño ſuo fugerat cū ipſe eēt i fœlici ſtatu: ſed cum dñs ad miſeriā perueniſſet tūc reuerſus eſt & fugā ſuā excuſat hoc mō. ego fugi: qm̄ non indigebas mei: ac nunc cū maxime opus ſit opa mea adſum: hæc rō leuis ē pro tanto peccato: qm̄ ſi ad eam miſeriā nō perueniſſet ſeruus nō rurſus fuit & dicimus tamen iniuriā priſtinā pateretur Quod in aliā partē: puta ſi diues qſpiam parſimoniā cōmendauerit: nā licet parſimonia utilis ſit tñ putabitur id dixiſſe pp auaritiā quæ in diuitibus eſſe conſueuit. Rei augendæ cā re uera ſalubriores ſunt reges boni q̄ leges ſi ppetui eēnt: nā pñt & loq & cogere & minuere pœnā p tempore ſed lex eadē ſemp ē neq3 remittet̄ neq3 cogere pōt. Sine atroci: quia agit̄ de uita apud illū: qui ad regnū aſpirat. Falſis aut uulgaribus. tangit duo q̄ maxime neceſſaria ſunt in bonis diffinitionib⁹ ideſt ꝙ diffinitio dicat totū illud ꝙ cōprehendit ſub ſe diffinitum: puta diffinitio hoīs phibet comprehendere totum illud ꝙ continet ſub ſe homo. ſ. rōnale & mortale: ſed ſi nō facit ē falſa: aliud ē ꝙ diffinitio deberet dicere talia ꝙ facit differr̄ diffinitum ab aliis rebus: puta rationale & mortale facit differre hoīem ab aliis aīalibus ꝙ ſi non faceret eſſet diffinitio uulgaris. Aut conuitio: hæc ē falſa: qa plura cōprehēdit diffinitū q̄ ipa diffinitio: qa iiuria & ex pclaris & mltis aliis rebus mors fieri pōt. Quadruplator: ei q hēt qrtā ptē accuſatōis: ut ſi qs puniat̄ pœna q̄tuor ducatoꝝ q̄druplator unū hēt. uolēs igr̄ quidā diffinire breuiter qd eſſet q̄druplator dixit eū eſſe peſtiferū ciuē: ſed ē uulgaris diffinitio: quoniā nō facit differre ab aliis malefactoribus: qm̄ oēs poſſunt eſſe peſtiferi. Sicarii a ſica: gladius eſt qui occulatur & nō apparet uel in ligno uel alio modo: quo utunt̄ plurimum germani quandoq3 ſimplex dicitur gladius breuiſculus. In diſquiſitione poſitum eſt: hoc uitium ſit ponendo firma ratione rem quæ ſit in dubio: qm̄ confirmatione eſt tota uictoria & uiget firmis rōnibus Sed ſi dubie & inepte efferūt nihil pficit argumentatio: nā ꝙ iquiritur: id ſane i dubio dicitur eſſe:

Controuerſiam ex controuerſia diſſoluere: uitioſa eſt excuſatio que affertur in aliqua controuer-
ſia per id quod non eſt punitum in alia puta cenſor non debet me punire: quia non ſum dignus: q̄
ſi hanc pœnam meruiſſem: alter cenſor puniuiſſet me: hæc ratio uitioſa eſt: quia forte nō punitus
fuerat ab alio cenſore: q̄m non erat eius reſcitū crimen. Non conuenit nobis: ſunt uerba oratoris
defendentis. erat autē in caſtris romanis q̄dam magiſtratus tribunorum qui curabant milites. & ſi
quis deerat puniebatur euenit igitur q̄ quidam miles inuentus eſt romæ cum abeſſet exercitus uo-
catus eſt ad ius cēſoriū: dicit ſe fuiſſe ī
caſtris: ſed negociis impedientibus
Romā ueniſſe. & iō nō eſſe puniēdū
q̄a ſi ī pricipio cū exiuit exercitus in ca
ſtris nō affuiſſet: ipſe a tri. ple. pūitus
fuiſſet: hoc uitioſū ē: q̄a dubiū ē an re
ſciuerīt tribuni: an forte īuentus nō ē.
& ī ſilī cōtrouerſia q̄a nō hēt maiorē
certitudinē de illa re q̄ ipſe affert: q̄ d̄
ea ipſa q̄ agit̄ & utrunq̄ īdiget confir
matione. Quaſi tranſactū relinq̄t̄: il
lud ē uitioſū: q̄d nō magis confirmat̄
q̄ ſi de eo nullus dubitet. Apte fat̄ di
ctio: oraculū Appollinis: cum arma
Achillis ab aiace peterent̄: iudicauit
apollo eā adiudicari debere illi q̄ eēt
par Achilli. Aiax igit̄ oraculū addu-
cens dicebat ſua eē arma: q̄a erat par.
& Romulus erat cū debuiſſet ꝓbare
ſe eſſe parē ī geſtis: dixit tm̄ ſe eē Ro-
mulū & reliq̄t id tanq̄ ſi nullus dubi-
taret cū Remo eē parē. Hæc āt uerba
ſunt alicuius poete: nā nō apparet eē
ſtilā Ci. Fraternis: patruelis: q̄a the
lamō & Peleus & Phocus filii fuerūt
Eaci: & Aegiæ uxoris. Sic diſſentire:
nā ſic dicit Q uīti. oportet memorē
eē mēdacē. Vitioſū. n. ē dicere ſe uel
le aliquē accuſare: poſtea dicere ſe nō
uelle. Qua cā accuſem: uerba accuſa
toris: ac ſi diceret: nō quis accuſare:
q̄m aut eſt ꝓbus: aut īprobus. Si pro-
bus: nō eſt accuſandus: ſi īprobus ni-
hil ꝓficiā accuſare īprudentē: tā id ex
puēdo & cōtēnendo illū ſe oīno uelle
accuſare. Nō icōmoda rōne: īmo iō
ē optīa: q̄a ꝓbant p̄ dilematon. De
tectu exordio: a principio uitæ tuæ
operiā oīa tua ſcelera. Si aut p̄tes qui
bus ſtudeāt: puta ſi ī cōtentōe religio
ſoꝝ hoīum aut iudicis amātis religio
nem aliq̄s diceret ſibi nō placere reli-
gioſos: q̄m ſunt oēs hipocritæ. Item
non oēs confirmare: ſiquis diceret: di
cam uobis de fortitudine: religione
continentia. deinde ſic omittam unā
dicens fortitudo q̄ppe & religio oēs
exuperat alias uirtutes. nā hoīem fa-
moſum atq̄ beatum efficiūt. In aliā
cām deriuet̄: ut ſiq̄s laudans litteras
tm̄ ꝓcedat q̄ in arte muſicā orationē
terminet: hoc mō optimū eſt ſcire lit
teras: q̄m a litteris oēs aliæ artes pro
ficiſcunt̄: cū etiā muſica quæ q̄dē magnū hūanæ uitæ cōmodū affert. Zethus & amphion: ābo fi
lii Iouis & optimi muſici aliud defenſoris rō purget: puta ſi q̄s accuſatus de auaritia excuſet ſæpius
ab amicis ſuis donatū fuiſſe: ab eo ex parte defendētis reū: coacti cū deſunt ſibi rōnes tergiuerſant̄.

ut ſiq̄s furti quē arguat dicat eū eē hoīem īprobū
auaꝝ: fraudolentū eiꝰ rei teſtioniū eē q̄d ſi furtū
fecerit itē uitioſū ē cōtrouerſiā cōtrouerſia diſſol
uere hoc mō. Nō cōueīt cēſores iuſtū uerbis ſatiſ
facere ex eo q̄d ait ſe n̄ potuiſſe adeſſe: ita ut iura
tꝰ fuerat: q̄d ſi ad exercitū nō ueīſſet id tribūo mi
litū dicer̄: hoc iō uitioſū ē: q̄a nō expedita aut idi
cata res ē: ſed īpedita & ſilī cōtrouerſia poſita exē
pli loco ꝓfert̄. itē uitioſa ē cū id de quo ſūma cō-
trouerſia ē paꝝ expedit̄: & q̄ſi trāſactū ſit reliq̄tur
hoc mō. Apte fat̄ dictio ſi ītelligā tali da armare
q̄lis q̄ geſſit fuit iubet potiri ſi ſtudeāus ꝑgamo q̄
ergo ꝓfiteor eē mea me. n. ē æquū frui fraternis
armis: mihiq̄ adiudicarier: uel q̄d ꝓpiquꝰ: uel q̄
uirtutis æmulus. itē uitioſa ē ipm̄ ſibi ī ſua orōne
diſſentire & cōtra ea q̄ ante dixerit dicere hoc mō.
Qua cā accuſē hūc tū id diſputādo euoluer̄. Nā
ſi ueret̄ q̄d eū accuſē q̄ ē ꝓbus ſi uerecūdū ianimi
ingeniū poſſidet: q̄d cū accuſem qui id parui au-
ditu exiſtimet. Non in commoda ratione uidetur
oſtendiſſe quare non accuſaret quid quod poſtea
ait. Nunc ego te a ſūmo iam detexā exordio. item
uitioſum eſt quod dicitur contra iudicis uolunta
tem: aut eorum qui audiunt: ſi aut partes quibus
illi ſtudent: aut homines quos illi caros habent
lædant: aut aliquo huiuſmodi uitio lædatur audi
toris uoluntas. Item uitioſum eſt non omnes res
confirmare quas pollicitus ſis in expoſitione. itē
uerendum eſt ne de alia re dicatur: cum alia de re
controuerſia ſit: inque huiuſmodi uitio conſiderā
dum eſt: ne aut ad rem addatur quid aut quidpiā
de re detrahatur: aut tota cauſa mutata in aliam
deriuetur. Vt apud Pacuuium Zethus cum am-
phione quorum controuerſia cum de muſica idu
cta ſit diſputatio in ſapientiæ rationem & uirtu-
tis utilitatem conſumit̄. item conſiderandum ē ne
aliud accuſatoris crimiatio cōtineat: aliud defēſo
ris purgatio purget: q̄d ſępe cōſulto multi ab reo

ſaciũt anguſtíís cãæ coactí. Vtí cũ q̃s accuſetur
ambitu magiſtratũ petiſſe ab ĩpatoribꝰ ſæpenũe
ro ſe apud exercítũ donatũ eẽ dícat. Hæc ſi dilígẽ
ter in aduerſariorũ oratíõe obſeruauerimus ſæpe
deprehẽdemus: & in eiuſmodi deprehenſíone oſtẽ
demus eos de ea re q̃d dícatur nõ hr̃e. itẽ uitioſum
ẽ artẽ aut ſcientíã aut ſtudium quidpíã uitupera/
re propter eoꝝ uitía qui in eo ſtudioſí ſunt: ueluti
qui rhethorícã uituperant: ꝓpter alícuius orato/
ris uituperandã uítã. item uitioſum ẽ ex eo quod
perperã factũ eſſe cõſtat putare oſtendi a quo ho/
mine factũ eſt: hoc modo. Mortuũ: deformatum
tumore præditũ: corpore decoloratũ conſtat eſſe.
Cõſtat ergo necatũ eſſe ueneno: deíde ſi ſit uſque
adeo in eo occupatus: ut multi faciunt uenenum
datum uitio non mediocri cõflictet̃. Non eni fa/
ctum ne ſit quæritur: ſed a quo factum ſit. item
uitioſum eſt in cõparandis rebus alterã rẽ afferre
de re altera mentionẽ nõ facere: aut neglígentius
diſputare: ut cõparet̃ utrum ſatius ſit populũ fru
mentum accipe an nõ accipere: quæ cõmoda ſint
in altera re curet enumerare quæ in altera re incõ/
moda ſint: uel ut depreſſa præterea: aut ea quẽ mi
níma ſunt dícat. Item uitioſum eſt in rebus cõpa/
randis neceſſe uituperari alterã. cũ alterã laudes.
Quod genus ſi quæratur: utris maior honor ha/
bendus ſit albenſibus: an uegẽtinis qui reipublí.
& populo ro. profuerũt: & is qui dícat alteros læ/
dat. Nõ. n. neceſſe eſt ſi alteros præponas: alteros
uituperar̃. Fieri. n. põt: ut cũ alteros magis lauda
ueris alíquã alteriꝰ laudis ꝑtẽ attribuas ne cupi/
dius pugnaſſe cõtra ueritatẽ puteris. itẽ uitioſũ ẽ
de noíe & uocabulo rei cõtrouerſiã ſtruere: quã
rẽ cõſuetudo poteſt optíe iudicare: uelut Sulpiti/
us q̃ itercefferat ne exules q̃bus cãm dícere nõ li/
cuiſſet reducerent̃. Idẽ poſterius imutata uolunta
te: cũ eãdẽ legẽ feret: alíã ſeſe ferre dicebat ꝑꝑ no/
minũ cõmutationẽ: nã nõ exules: ſed ui eiectos ſe
reducere aiebat. Proíde quaſi fuiſſet i cõtrouerſia
quo illi noíe appellarentur a po. ro. quaſi nõ oẽs
q̃bus aqua & igni iterdíctũ eſt exules appellen/
tur. Verũ illi fortaſſe ignoſcimus: ſi cum cauſa fu
it nos tamen intellígamus uitioſum eſſe intende/
re controuerſiam propter nominũ cõmutationẽ.

De exornatione uitioſa.

Q Voníã exornatio cõſtat ex ſiĩlibꝰ & exẽplis

& cãculũ tranſeũt in alíam cauſam.
Ambitus: crimen petiti magiſtratus
ꝑ pecuniã. Nõ hr̃e q̃d dícat: q̃a oſten
demus eũ apte deuiaſſe a p̃nti cã: &
nihil ad alíud ꝑtinere. Artẽ aut ſcien
tiã: artem dicit nõ manualẽ ſcientiã
quæ ĩ aĩo ẽ: hoc uitiũ autẽ eſt in artifi
ce qui eã exercet. Ex eo ꝙ ꝑperã factũ
eſt: uitioſum eſt ẽt ꝙ orator credat ſe
demõſtraſſe auctorẽ ſceleris: cũ ſce/
lus ipſũ uituperauit. Præditũ habẽs.
Ergo ueneno: hoc ẽ q̃d dixit ex eo q̃d
propriũ factũ eẽ cõſtet. nã ſigna ſunt
ueneni: tumor & pallíditas. Non. n.
factũ: oſtendit uitium. Vtrũ ſatius ſit
ſolebant Romani frumenta diſtribue
re in plæbeios: ex quibus populares
comparabant fauores: ſed alíquãdo
uetabat: alíquando ſuadebat ſenatus.
itaqꝫ magnæ cõtentiones naſcebant̃.
Quæ cõmoda ſunt: ac ſi multi facti/
oſi ſurgunt pauore popularium. Itẽ
uitioſum eſt. ſ. cũ alíquæ res inuicem
cõparantur unã laudare: & alterã ui/
tupare q̃d iõ uitioſũ ẽ: q̃a mĩor laus ẽ
q̃ tu laudes ſi cõparas eã cũ re uitupe
rata nã de ꝑcio uicti pendet uictoria
ut uel quia uideris affectuoſe loq̃: &
cum ĩuidía cũ orator bonus eẽ debe/
at. Vtris maior: cũ Romani in angu
ſtiis eẽnt uenientes: & albani auxiliũ
albanoꝝ uituperabãt uenientes fieri
enĩ poteſt: ponit quid in tali compa/
ratione ſeruandum ſit: nam nõ uitu/
perandi ſunt uenĩẽtes: ſed minus lau
dandi quam albani. Alĩq̃: nõ tantã
quantam albanis: quam rẽ conſuetu/
do: quia latinitas faci le iudicat idem
exules eſſe: & ui eiectos: uelut Sulpi/
tius hic orator fuit qui cum oraſſet ne
quis exules reduceret: & alter poſtea
perſuaſiſſet. utile eẽt: ut reduceretur
contra primã ſuã oratõem a te orauit
in contrariũ ꝓbans utile eſſe: ut redu
cerent̃: ſed ne uideat̃ dicere cõtra id
quod prius orauerat mutauit diffini/
tionẽ uocabuli: quia eos quos primo
uocauerat exules: nunc uocabat ui eie
ctos. Nõ licuiſſet: qui ꝓpter abſen/
tiam defendere ſe nõ poterant. Si fa/
cit cũ cã. ſ. ne nominãdo exules po pu
lus dolore ſuoꝝ afficeret̃ ciuium.

q Voníã exornatio: ut oſten/
dat quæ uitia in hac parte ui
tanda ſunt: repetit ex quibus
rebus exornatio cõparatur:
ut in unaquaqꝫ parte ſua uitia decla/
ret. Ex ſimilibus ſimilitudinibus:
ſed uitauit uocabuli longitudinem.
Exemplis: exemplum eſt ſimilitudo
cum certi auctoris nomine. Similitu
do aũt cõparatio ſine certo nomine.

UNIVERSITA

Q uæ ptinẽt: ĩ hoc. n. differt ab argumentatione dialectica ſimilitudo: nec habet rem. Rationẽ
ut ſi qui de defendenda pr̃ia dicat: cũ hoſtes mœnia nr̃a circũcidẽt: tanq̃ lupi rapaces mœnia nr̃a
defendamus: cũ aptius tanq̃ leones dicere debuiſſet. Aut ſibi obeſt: ut ſi aliqs Catoni ſimilis uo-
lens exhortari ciues: nõ tã ad bonã rẽip. gubernationẽ quã ad ꝑpriã utilitatis ipſoꝝ: dicat ĩ ciuitate
gubernãda bonos paſtores imitatuꝝ q pecudes mulget: atq; tõdet ad ſui utilitatẽ. nã hæc dicere cõ
tra ſe: qm̃ bonus paſtor prius curat bonũ pecudis quã ſuum. Aut falſum: ut ſi quis pſuadens ſenes
ſpernendos eẽ a filiis: ĩducat æneã pa
tris cõſilia fugitantẽ cũ piiſſimus ſep
fuerit unus honorẽ ſẽper ĩ rebus faciẽ
dis tribuebat: ut Ver. Et pater anchi-
ſes dare uẽtis uela iubebat. Aut ĩpro-
bũ: ſi quis ſuadens uirgines eẽ rapien
das; oſtẽdit Claudiũ neronẽ cũ nepte
cõcubuiſſe. Aut maius: ſi dñs ſuppli-
ciũ de ſeruo fugiẽte dicat eũ eẽ occidẽ
dũ: q cõtra dominũ coniurabat ſicut
etiã cõiuratores ciuitatũ ſua pœna cru
ciãtur. Aut minus: cõuertat̃ exẽplum
ut ſi accuſator cõiuratorũ dicat: iõ cõ-
iuratores ciuitatis punire debet: quo-
niã etiam ſerui a ſuis dominis fugien
tes puniuntur. De re ſimili: quidam
pater mortuus ab inteſtato erat: & iu
dices filiũ hæredẽ iudicauerunt. Pau
lo poſt maritus ab inteſtato mortuus
eſt: & eius uxor hereditatem petẽs di
cit hæreditatẽ ſuã eẽ debere: qm̃ pau
lo ante iudices filio cuiuſdam idẽ ius
tribuerunt: diſſimilis eſt iudicatio de
filio ad patrẽ: & uxoris erga maritum
De qua cõtrouerſia non ẽ: uitioſũ ẽ
ad confirmationẽ rei incertæ abduce
re certã: puta ſi uxor dicat: mea debet
eẽ hæreditas: qm̃ moriente patre ab ĩ
teſtato filii ſemp hæredes iudicantur
aut ſi improba: ſi adulter ad iudiciũ
ductus petat ſibi ignoſci: quia in eodẽ
peccato Clodius liberatus eſt nõ iure.
Aut plures: plures enim in uitio adul
terii damnati ſunt q̃ liberati: aut ma-
gis idoneæ: puta cũ petit reus ſibi ue-
niam dari: qm̃ & princeps eodem ui
tio liberatus ẽ: rñdet aduerſarius ma-
gis idoneũ fuiſſe ignoſcere principi q̃
priuato: qa princeps poſſet ẽt ſi uellet
leges & iura tollere. De eo argumẽta
ri cũ reus fatet̃ ſe peccaſſe uitioſũ ẽ di
cere ſe teſtes hr̃e: qũo peccauerit auge
ri tm̃ oportet: ut ſi qs cõtra milonem
dicat: cõſiderate q̃tũ ſcelus cõmiſerit
Milo q hoĩem occidit utilẽ patriæ: &
ĩ omni uirtute pſtãtẽ. Itẽ uitioſũ: hoc
ẽ cõtrariũ ſupiori: nã ĩ ſupiori peccat̃
in demõſtrando reũ cũ ipſe ſe fateat̃ ĩ
hoc demonſtrat q̃ ũ mali ſit peccare:
cũ ipm peccatũ q̃le ſit demonſtrauit:
ſic puta ſi qs augeret peccatũ ueneficii ĩ cadauere pallido cũ ĩterdũ ſcit eũ ueneficio eẽ extinctũ. Vt
qcq̃ primũ: hæc cõcluſio ẽ q̃dã argumẽtatiõis epilogatio: q̃ uitioſa erit: niſi eo ordĩe colligat̃: quo
ẽt ĩ orõne dictũ fuit. Nõ breuiter: cauẽdũ. n. oportet ſũmã: cõſtãs: & certũ qd uitabit̃ ſi p ordinem
oĩa cõcludunt̃: qa auditor q notauit oẽs pticulas: nũc ĩ repetitiõe recapitulat ĩ memoria: qd ſi non
ordĩe diceret̃: memoria cõfunderet̃: & nihil certũ: & cõſtãs reliqueret̃ auditoris memoria.
c Oncluſiones: ultima pars orationis: quæ eſt artificioſus orationis terminus.

& amplificationibꝰ: & iudicatis: & cæteris rebus
quæ ptinent ad exaggerandã: & locupletãdã argu
mentationẽ: quæ ſint his rebꝰ uitia cõſideremus
Simile uitioſũ eſt qd ex aliq̃ pte diſſimile: nec ha
bet parẽ rationẽ cõparatiõis: aut ſibiipſi obeſt qui
affert. Exẽplũ uitioſũ eſt: ſi aut falſũ eſt: ut repre
hendat̃: aut ĩprobũ ut nõ ſit imitãdũ: aut maius:
aut minꝰ: quã res poſtulat: res iudicata uitioſe ꝓ
fert̃: ſi aut diſſimili de re ꝓfert̃: aut de ea re: de q̃
cõtrouerſia nõ ẽ: aut ĩproba: aut eiuſmõi: aut plu
res: aut magis idoneæ res iudicatæ ab aduerſariis
ꝓferri poſſint. itẽ uicioſũ eſt: qd aduerſarii factũ
eſſe cõfiteant̃ de eo argumentari & planũ facer̃ fa
ctũ eẽ nã id augeri oportet. Itẽ uitioſũ ẽ id auger̃
qd cõueĩt doceri hoc mõ: Vt ſi qs quẽ arguat ho
minẽ occidiſſe: & anteq̃ ſatis idoneas argumẽtati
ones attulerit: augeat peccatũ: & dicat nihil indi-
gnius eſſe quã hominẽ occidere. Nõ. n. utrũ indi
gnum ſit an non. ſed factum ne ſit quæritur.

De complexione uitioſa.

c Omplexio uitioſa quæ non: ut quodq; pri
mũ dictũ eſt cõplectit̃: & q̃ nõ breuiter con
cluditur: & q̃ non ex numeratione certũ: & con-
ſtans aliquid: ut intelligatur quid propoſitũ in ar
gumentatione ſit: quid deinde ratione: quid con-
firmatiõe: quid tota argumentatiõe demõſtratũ.

De cõcluſionibus. totius argumenti.

c Oncluſiões quæ apd græcos epilogi nõiãtur tripartitæ ſũt: nã cõſtat ex enumeratiõe
ãplificatiõe: & cõmiſeratiõe. ĩ q̃ttuor locis uti poſ
ſumꝰ cõcluſionibꝰ. ĩ prĩcipio ſecũdũ narrationẽ
ſecũdũ firmiſſimã argumentationem in concluſi-
one. Enumeratio eſt per quam colligimus & com
monemus quibus de rebus uerba fecerimus bre-
uiter: ut renouetur nõ reitegret̃ oratio & ordĩe: ut

Amplificatio: ē cōmotio ad īdignationē. quor. n. locis docti ſentiūt hunc textū additū eē. nam ſi cōcluſio eſt terminus totius orōnis cōſtat ī exordio eſſe non poſſe: qd̄ ſi excuſari pōt talis excuſatio: qm̄ illæ breues ſunt: hæ lōgæ: ī qbus licet totos effundere effectus colligimus q̄tū ad ratiōnē facīedæ cōcluſiōis mōemus ad effectū. Amplificatio duplex ē: una q̄ ē ꝓpria oratoris cōtraria dialecticæ: pp q̄ nō uno uerbo: ſed pluribus rē ītelligimus: & de hac nō ītelligiť hic: alia ē p quā id qd̄ parū prius putabať: ſcelus īgens exiſtimatū ē: & diffiniť quo mō īdignatiōis. Per locū cōem: p ſniam generalē quæ ad oēs ptinet eiuſdē generis. Primus modus ſumiť ex auctoritate. ſ. qn̄ dicimus id quod accuſamus eſſe factū: præter auctoritatem: uel deorū, uel maiorū: diis īmortalibus Socratem apollo ſapientiſſimū iudicauit: & tamen a uitiis: & melius tā quā improbū accuſarunt: cōtra quos hoc mō dici poſſet: ſinite iudices ad tytū & melitū impune eum accuſaſſe quē tantæ curæ diis fuiſſe conſtat: ut ante ſapientiſſimus iudicatus extiterit noſtris maioribus regibus nationibus creſcit oratio Cæſari ob uictas gallias triumphum petenti Cato maxime aduerſabatur: contra quem ſic dici potuiſſet: non patiamini iudices de triūpho priuari: quem maiores noſtri: ciuitates: natiōeſq; oēs inſtituerūt: ut p̄miū eſſet laboꝝ periculoꝝ noſtrorū oībus ſapiētiſſimis ob occiſum Clodium a Milone ſic q̄ſpiā dicere poſſet: cū ſapientiſſimi ſenatuſq; noſter inſtituerint: ut nemo ciuē occidat: ne ciuitas ſit latrociniū: ſinetis Milonem impune abiere: qui ciuem præſtātē occidit. Legibus ſancitū ſit: dāda eſt hæreditas filio: ñ externo. nā ſēp leges cauerēt ut filius hæres ſit. Secūdus locus ſecundus modus amplificationis ē de comparatione. Cū dicimus aūt paruos offendiſſe magnos: aut pares uel ecōuerſo: utrum ad oēs hoc modo nulla eſt habenda miſericordia cōiuratoꝝ: qui huic urbi inſidiati ſunt: & p quos nō ſolū magni cines: ſed mediocres: īfimi: ſenes: pueri: mulieres & q̄cquid ī urbe eſt: pereundum fuit.

An ad ſuperiores: compatiendū: ut priuatus ciuis iudicem: aut ingratum lædat: pro quo tota ciuitas guberneť

An ad pares: turpe ē: ut ſenes cū ſenibus pugnent: ut magiſtratus cū magiſtratibus nam quod exemplum aliis ſtatutum credetis: ſi prætor offendat prætorē. In eiſdē ptibus animi: declarat quō ſint partes: ut ſunt hi qui iiſdē rebus ſtudent: ut condiſcipuli: legiſtæ: aut medici. Fortunarum: ut mercatores. Ad inferiores: ut ſi diues minať pauperi: magiſtratus priuato. His rebus: quas dixit partibus animi: corporis: & fortunaꝝ. Quid ſit euētuꝝ: quæro a uobis iudices nōne periculū impendet ciuibus noſtris: & rebꝰ ſi cōiuratores impunitos dimittitis. Periculorū: ad hominum morem. Incōmodorum: ad res pertinet. Multos alacriores: multi ſunt iudices qui ꝓpter metum iuſticiæ a furtis ſe continuerunt quos q̄dē ꝓmptos & ſecuros facietis ad peccatū: ſi hūc furē impunitū abire ſinetis. Si aliter iudicatū ſit. ſi cōiuratoribus pciris ea icōmoda huic urbi euētura ſunt: quibus nullo modo remediū afferri poterit: ut ſupra mores: q̄ nunq̄ reuocari pñt: quo ī loco dat unā admōitionē. Ceteraꝝ reꝝ cōparatione: multæ res ſunt perperā factæ: q̄bus ueuiſtas: aut conſiliū remedium affert: ſicut iniuriæ

q̄cquid erit dictū referamꝰ: ut auditor ſi memoriē mādauerit: ad idē qd̄ ipſe meminerit reducať. itē curādū ē: ne aut ab exordio: aut a narratiōe repetatur oratōis enumeratō. Ficta. n. & dedita opera cōparata oratio uidebať eē artificii ſignificādi: ingeniique uendicādi: et memoriæ oſtentādæ cā: q̄ pp initiū enumeratiōis faciendū ē a diuiſiōe. Deī de ordīe breuiter exponendę ſūt res q̄ tractate erūt ī cōfirmatiōe: & cōfutatiōe. Amplificatio ē res q̄ p locū cōem inſtigatiōis auditorū cā ſumitur. Loci cōmunes ex decem pręceptis cōmodiſſime ſumuntur ad augendi criminis cām. Primus locus ſumitur ab auctoritate: cum cōmemoramus quātæ curæ ea res fuerit diis imortalibus: aut maioribus noſtris: regibus: magiſtratibus. natoībus hominibus ſapientiſſimis: ſenatui. itē maxime qūo de his rebus in legibus ſancitū ſit. Secūdus locus eſt cū cōſideramꝰ: illę res de q̄bus criminamur ad quos ptineant: utrū ad oēs: quod atrociſſimū eſt an ad ſuperiores quod genus hi ſunt: a quibus auctoritatis locus cōis ſumiť: an ad pares: hoc eſt in eiſdem partibꝰ animi corporis: fortunaꝝ poſitos an ad iferiores: q omnibꝰ his rebus antecelluntť. Tertius locus eſt quo pcūctamur qd ſit euēturū ſi oibus idem cōcedatur: & ea neglecta oſtendeus quid periculorum aut incōmodorum conſequať Quartus locus eſt quo demōſtratur ſi huic ſit remiſſum: multos alacriores ad maleficia futuros: quos adhuc expectatio iudicii rmorať. Quitus locus eſt cū oſtendemꝰ ſi ſemel aliter iudicatū ſit nullā rē fore q̄ icōmodo mereri. aut perperā factū aut erratū iudiciū corrigere poſſit: quo ī loco non incōmodū erit uti cæterarū rerum comparatione:

cõuitioꝝ: aut alicuius furti: ſed neq; mala q̄ ĩ cõiuratiõe fiũt reuocari nõ poſſunt: neq; iudiciũ re-
medio ullo corrigi ĩprudẽtia. Iuſtã deꝑcationẽ: facile dignus eſt uenia: q ꝑ ĩprudentiã peccat: ſed
q cõſulto peccauit nullo mõ parcẽdũ eſt. Tetꝝ: turpe: crudele a cruore fuſo. Nefariũ: qđ ſit con
tra fas: uel qđ facile expiari nõ poſſit. Iniuria moueri: cõſiderate iudices q̄tũ ſcelus: q̄ ĩdignũ: q̄ fi
liã de cõplexibus arripuit ipſã detraxit: matrẽ cructauit: anne iniuria dignus putãdus ẽ: Bella ſuſci-
piunt: ſicut ĩtercipe aliena: hoc mõ nõ leue putãdũ ẽ ꝙ hic diuitias meas uxorẽq; arripuerit: cũ ex
huiuſmõi ĩiuriis bella pr̃iæ ĩferri ple-
rũq; uidemus ſicut greci obraptã He
lenã: nõ uulgare uirginẽ ſtuprari: ra-
pi aliena nõ admiror iudices: qm̃ uſi
tatũ ẽ: ſed q ſuũm uidit amicũ ĩ ꝓpria
domo occidi filios coctos appõi: aut
ſanguinẽ humanũ ad potãdũ: ꝓp qđ
ſcelus malignitate eximiã celeriorem
& aſꝑiorẽ meret̃ pœnã. Ex peccatoꝝ
cõꝑatõe nullã ueia dignus ur̃ q uirgi-
nẽ ſtuprauit ꝑſertim cũ magnitudini
ſceleris nõ cõparandus ſit q ſacrilegi
um cõmiſerit: nã q ſacra furatus ẽ ali
q̄ ueniã meret̃ qđ ꝓp egeſtatẽ ĩpulſus
ẽ: hic uero nõ neceſſitate: ſed peſſima
uoluntate ciuiũ hoc facinus deſignat
quæ negocio gerẽdo acta qñ ĩ expo-
nẽdo neſcio q̄ facta ſunt ordine ante
rẽ: ĩ re: & poſt rẽ hoc mõ hoĩem pul
ſauit: de lectica traxit: in uia occidit:
mẽbratĩ ſecuit: deĩñ ĩſepultũ auibꝫ re
liqt. Miſericordia cõmouebit̃: dicta
ẽ eo ꝙ ſi dolor cordis ſuꝑ miſericors
quã appellãt alii cõmiſerationẽ: & ꝑ
tinet ad reum ipſum cũ ãplificatio ꝑti
neat ad auditorẽ: qm̃ ex ĩdignatione
auditoꝝ cõtra aduerſarios ſeqt̃ miſe
ricordia accuſati. Si uariã cõmutatio
nẽ: cogitate iudices ĩ q̄to honore fue
rit: hic cũ paulo añ triũpharet: quem
mõ ĩ tãta calamitate uideris adductũ
Si oñdimus qbus cõmodis põt eum
expoſitio regulæ ꝓcedẽtis. Cõꝑatõne
cõparãdo p̃ñtia mala cũ ꝓteritis: ſi q̄
a uobis futura cõmoda ſint: niſi cõdẽ
natis milonẽ iudices oĩbus eritis deri
ſioni: ĩimici eius ĩſurgẽt cõtra eũ ma
ledictis ĩficient: atq; eum de ciuitate
eiiciẽt. Si ſupplicabĩus: ecce iudices
milo ad pedes ur̃os ꝓuolutus orat &
obſecrat: ut nobis cõmiſſus ſit uitãq;
ſuã ĩ uobis poſitã eẽ dicit. Nã ſic qdẽ
pẽtibꝫ: ñ tm̃ dolet milo calamitatem
ſuã q̄ dolorẽ p̃ris ſui mr̃is lachrymãs
filioꝝ dſtitutionẽ: ĩiuriaſq; qbus tota
domus: ſe abſẽte ab ĩimicis ſuis ẽ affi-
cicẽdã q ĩ alios uſi ſumꝫ aliqñ iudices.
ego quoq; ĩ magiſtratibꝫ cõſtitutꝫ ſed
nulla maior gloria mihi fuit. q̄ ea q̄ đ
hũanitate mea: clæmẽtia: miſericordiaq; ſuꝑ miſeros cõſecuta ẽ. Sẽp. n. clemens & miſericors fui
erga accuſatos. Diu uero malis. credo eqdẽ ab ĩgenio ad miſeriã eẽ natũ: quẽ nunq̄ calamitates
deſeruerant: quẽ nunq̄ auxit ipſa fortũa. Patiẽtẽ incõmodoꝝ: milo ꝓfecto nullo mõ mortẽ time
re: uidet̃: qa nullas emittit lachrymas qn ſe facile oĩa q̄ ſors tulerit paſſuꝝ eẽ dicit: uerũ ur̃a hũani
tas aut eũ uiꝝ tã ꝓſtãtẽ q̄tũ ẽ ĩ uobis ſeruetis defẽdatis: nihil lachryma citiꝰ areſcit tñ ſcit a ꝓceptoribꝫ
cõis: & reuera nihil dabit̃ citius q̄ miſericordia quæ itaq; debet eẽ breuis: q̄re cõtinuatio ĩ miſeri-
cordia mouẽda obdureſcit cõſuetudine. Obſcuriſſimos locos: quia genus iudiciale difficilius.

ut oſtẽdamus alias res poſſe: ut uetuſtate ſedari:
aut cõſilio corrigi. huiꝰ rei: aut laniẽdæ: aut corri
gẽdæ nullã rẽ adiumẽto futurã. Sextꝰ locꝰ ẽ cum
oſtẽdẽus & cõſulto factũ: & dicemꝰ uolũtario fa
cinori nullã excuſationẽ ĩprudẽtiæ iuſtã deꝑcatio
nẽ paratã. Septimꝰ locꝰ ẽ cũ oſtẽdemꝰ tetrũ: fa-
cinus: crudele nefariũ tyrãnicũ eẽ qđ genus ĩiuriã
mulieꝝ aut eaꝝ reꝝ aliqd: q̄rũ reꝝ cã bella ſuſcipi
unt & cũ hoſtibꝰ de uita dimicat̃: Octauꝰ locꝰ ẽ
quo oſtẽdimus nõ uulgare: ſed ſingulare eſſe ma
leficiũ: ſpurcũ: nefariũ: & inuſitatũ: quo maturi
us: & atrocius iudicãdũ ſit. Nonus locus cõſtat
ex peccatoꝝ cõparatiõe: q̄ſi cũ dicimus maius eẽ
maleficiũ ſtuprare ĩgenuã quã ſacrũ lædere. quod
alteꝝ propter egeſtatẽ: alteꝝ ꝓp intẽperantẽ ſuꝑ-
biã fiat. Decimus locus eſt per quẽ oĩa quæ ĩ ne-
gocio gerendo acta ſunt: quæque rẽ cõſequi ſolẽt
exponemꝰ acriter: & criminoſe. & diligenter: ut
agi res: & geri negociũ uideat̃ rerũ cõſequẽtium
enumeratione. Miſericordia cõmouebit̃ auditori
bus: ſi uariã fortunarũ cõmutationẽ dicemus: ſi
oſtendemꝰ: ĩ quibus cõmodis fuimus: & quibus
incõmodis ſcimus cõparatione. Si quæ nobis fu
tura ſint: niſi cãm obtinuerimus: enumerabimus
& oſtendemꝰ. Si ſupplicabimus: & nos ſub eorũ
quorũ miſericordiã captabimꝰ ꝑtãte ſubiicimus
Si qđ nr̃is parẽtibꝰ liberis: cæteris neceſſariis ca
uſaꝝ ſit ꝓp nr̃as calãitates apiẽus: & ſimul oſten
demꝰ illorũ nos ſolitudiẽ: & miſeria ñ nr̃is ĩcõmo
dis dolet̃. Si de clemẽtia: humanitate miſericordia
nr̃a: q̄ ĩ alios uſi ſumꝰ apiãus: ſi noẽ ſẽp: aut diu ĩ
malis fuiſſe oſtẽdẽus. Si nr̃m fatũ aut fortunã cõ
querẽur. Si aĩum nr̃m fortẽ: patiẽtẽ: ĩcõmodorũ
oñdẽuſ futuꝝ. Cõmiſeratõem breuẽ eſſe oportet.
nihil. n. lachryma citiꝰ arẽſcit. Fer̃ locoſ obſcuriſſio

totius artificii tractauimus i hoc libro. Q uapro
pter huic uolumini modus sit: reliquas præcæpti
ones quoad uidebit in tertiū librū transferemus.
Hæc si ut conquisite conscripsimus: ita diligēter
fueris consecutus: &nos industriæ fructus: & tua
scientia capiemus: & tute nostrā diligentiā lauda
bis: tuaq; præceptiōe lætaberis: tu scientior eris
pceptorꝝ artificio: nos alacriores ad reliquū psol/
uendū. Verꝝ hæc futura satis scio. te. n. non igno/
ro: nos deinceps ad cætera præcepta transeamus:
ut quod libentissime faciemus: tuæ uoluntati re/
ctissime morem geramus.

D omnem iudicialē cām: queadmodū con/
ueniet inuētionē rerꝝ accōmodari satis abū
danter ut arbitror i supioribus libris demō/
stratū ē. Nūc earū ratione rerū iueniendarꝝ quæ p
tineant ad cās deliberatiuas. & demonstratiuas in
hunc librum transtulimus: ut oīs inueniendi præ
ceptio tibi quāprimū persolueret. Reliquæ quat
tuor partes erant artificii: de tribus partibus i hoc
libro dicemus: dispositiōne: pnunciatione: & me/
moria. De elocutiōe: quia plura dicenda uideban
tur i quarto libro cōscribere maluimus: quem ut
arbitror tibi librū celeriter absolutū mittemꝰ: ne
quid tibi rhetoricæ artis deesse possit. Interea pria
quæq; & nobiscū cū uoles: & iterdū sine nobis le
gendo cōsequere: ne qd ipediare qn ad hāc utilita
tē piter nobiscū pgredi possis. Nunc tu fac: ut at
tentū te pbeas: nos proficisci ad istituta pergemꝰ
Deliberationes partim sunt huiusmodi: ut quæra
tur utrum potius faciendum sit: partim huiusmo
di: ut quid potissimum faciendum sit consideret
hoc modo: V trum potius carthago tollenda: an
relinquēda uideatur. Q uid potissimū hoc pacto
ut si Hannibal consultat cum ex italia carthagi/
nem: accersitur. an in italia remaneat an domum
redeat: an in ęgyptum profectus occupet alexan/
driam. Item deliberationes partim ipsę propter se
consultandę sunt: ut si deliberet senatus captiuos
ab hostibus redimat: an non: partim pter aliquā
extraneā causam ueniunt in deliberationē: & con
sultationē: ut si deliberet senatus bello italico sol
uat ne legibꝰ Scipionē: ut eū liceat āte tps cōsu/
lē fieri: parti & propter se sūt deliberādę. & magis
pp extraneā cām ueniunt i consultationē: ut si de
liberet sēatꝰ bello italico sociis ciuitatē det an nō

Artificii: artis. Q uoad uidetur: qā
non reliquas partes orationis tracta/
bit in tertio: sed transierit in quartū.
Locutionem: ut id quod p
e quid qui mos Ci. nunc earꝝ
rerum rationem inuenien/
darum transitio color: & di
cit hoc in superioribus libris ostendi/
mus: quomodo eadem inuentio fieri
debeat in demonstratiuo: & delibera
tiuo: & dicit. transtulimus in præteri
to tempore quoniam boni oratores
priusq̄ scribunt aggrediuntur omnia
secum excogitant ut inueniendi præ/
ceptio: ut ipsa in medio expleatur q̄ ē
prima pars officiorum oratorum no
biscum: quia coram tibi declarabo.
Si quis ignobilis: perite progredi pos
sis: uidelicet ut ita pergas: discendo si
cut & ego scribendo. Vtrum potius
omnia deliberanda uersantur: aut cir
ca duas: hoc fit interrogādo per utrꝝ
& potius quasi de duabus rebus: qua
rum una sit eligibilior: aut si de pluri
bus hoc fit per quod & potissimum.
Cartago tollenda: suadebat hoc fabi
us arguens ꝙ quotiens carthago sup/
esset tam diu romani bellis afficerent
quoniam cū hostibus conspirabat: si
per se satis potens erit ad bellum īfe/
rendū. Aut relinquēda: hoc alii psua
debāt dicētes oportunū eē: ut romāi
iuuenes haberent ubi se exercerent ꝙ
si cessarēt bella oēs nō erāt laudibus
euasuri: ut si Hānibal cōsultet cū diu
Hannibal italiā igni ferroq; uastasset
romāi classem i africā delegarūt: q̄ ex
ipsa urgētes rē carthaginēse cogebat
Hānibalē reuocari ad primā patriam
defendēdā. Itaq; deliberāt qd potissi
mū eēt factū hūc i modū dare potuis
set: captiuos ab hostibus redimat cap
tiuos i bello cānensi ab Hānibale hos
captos si senatus redimere cōsularunt
ea deliberatio fieret cā ipsorꝝ sapienti
orum liberādorū: & nō alicui utilita/
ti extraneæ. Vt soluat legibus Scipio
nem bello quo tota italia mouit cōtra
romanos liberatur de Scipione in im
peratore eligendo uerū quoniā uige
simum: quartum agebat annum: le/
ges nō sinebant inter uigesimūquintū
id fieriq; deliberatiuo non causa sci/
pionis erat: sed propter libertatē de/
fendendam partim aliquæ socium ci
uitatem: det finito bello italico. ciui/
tates auxilio romanis fuerant ciues fi
eri uolebant eoq; cōsulrauit senatus:
nō tam causa ipsorꝝ ciuiū qui ī auxilio
fuerant: ut premiarentur: sed & prop
ter propriam utilitatem: ut res roma
na munitior esset & ciuibus plenior.

In quibus cauſis: poſt diuiſionē factā applicat unicuiq; modum tractandi. Rei natura faciet deli
berationē: incōſultationibus: q̄ pp ſe tm̄ ſiūt: debēt oratores dirigere totā orationē; ut tota uerſet
circa naturā ipſius rei pp quā ſit deliberatio: ut ē circa utilitatē ciuiū captiuoꝝ redimēdoꝝ re natu-
rā utilitas naturaliſq; ē ei rei de q̄ deliberamus ſit utilitati captiuoꝝ: q̄ ieſt tm̄ ipis captiuis redimē
dis. Ex ipa cā erūt agēdæ: ī ipſis cāis q̄ aliū deſumit orōnē: debemus dirigere ad ipſas cās augēdo
eas ñ ad rē pura & de eligēdo laudāda ē uirtus Scipiōis q̄tū ad utilitatē ciuitatis: nō ad utilitatē Sci-
piōis hoc mō eligēdus ē. Scipio hēt ſe
milē orōnē: & cōſilio pluſq̄ ætas eius
exigat: ualet ꝑterea audaciā iuuenilē:
uel ſimul ſciam rei militaris: adeo: ut
uictoriā ſperare facile poſſumus. Iun
gēdæ: ex pte pſuadētis aut deponēdæ
ex pte diſſuadētis hoc mō nō ē eligen
dus Scipio. Quod ſi reſpueritis iuue
nē: mlto plus ualet ſenex: quā iuuenū
mltitudo: & ſtāt ī urbe ciues ꝑſtātiſſi
mi. Cōueñiet utilitatis: ī oī cā delibe-
rāda eiuſmōi iuſſit: diſtiguēda ſūt oīa
argumēta ad finē utilitatis: ſiue pſuade
mus ſiue diſſuadēus ī ciuili cōſultatōe
q̄ ptiet ad utilitatē citatis oīo q̄q̄ & d̄
aliis reb; fieri poſſit: ſed qd̄ ad uſū ci
uitatis iuēta ſit ī diſinitōe officii orato
ris ſupra poſuit. iſtātis pñtis hoc mō:
niſi creet̄ ipator mlta iſtāt picula nob
& r̄ip. obeſſe poſſēt. Cōſeq̄ntis futuri
& ſi Scip. creēus ipatorē mlta pñtis bel
li dēmus & ſūt hoſtes tardiorē ēt ad ī
ferēda: qppe cuius ñ oīb; terribile exi
ſtimat̄. In uī: agēdo nolētes. Dolū:
d̄cipiēdo: uel alliciēdo: aut ſepatī: aut
cōiūctī: hoc mō: ſi tp̄s noſtꝝ ī africā
traducim; pugnādo hoſte ſupabīus cū
ipis hoſtiū urbib; fautorē hēamus: q
ſine uobis libētes applicabūt. Reuoca
tiōes ho. ut r̄uocarē Hānibalē de italia
mittēus Scipionē ī africā. In pecuniā
alliciēdo hoſtes pecuniis. Diſſimula
tiōes: occultare: & ſimilia: ut ſi cōtra
hoſtes eūdū ſit diſſimulaī te ab hoſti
b; defeſuꝝ mutatōes: ꝑueniēdo ho-
ſtes celeritate. Mētiones: mētiēdo .ſ.
unā rē facturus ſit: alterā dicas reꝑpa
rare. Si q̄ñ te uidemus ī ſcribeī: dicūt
eū feciſſe libꝝ de re mili. ſed ad nos
nō ꝑueñit: niſi forte ī li. de rep. īſcruiſ
ſet delectū bonoꝝ & maloꝝ: o fili ñ
das operā uirtutib; p q̄s laudē & glo
riā cōparare poſſes: cū ſenex eris oībus ludibrio futurus ex multaꝝ reꝝ memoria adhibēda ē fides
Catoni q ut diu uixit ita multa uidit multa exptus ē: ex quo fit: ut p multaꝝ reꝝ memoria ſapiētiſſi
mus ſit & dignus auctoritate. Scientia cuiuſdā artificii: creādus ē Scipio impator præfatus cū ī re
militari tātopere uerſatus ſit: ut nihil iūgendis rebus ſit quod non optime caleat. Ius ſuum tribu
ens: ſumendū eſt bellū contra carthaginenſes q fœdi fragi ſunt: ut aliquando ſuoꝝ ſcelerū pœnā
patiant̄. neq;. n. digni ſuntq; debeant bonis ciuitatibus imperare. Reꝝ magnaꝝ appetitio. Roma
nū. n. fuit ſemp ardua petere quod cū ita ſit aggrediamur bellū cōtra carthaginēſes: præſertim cū
nihil minus imperitum ſit: & ex quo tantam laudem conſequi ualeamus. Humilium contentio:
nullam iacturam timeatis amittendæ claſſis: aut armoꝝ terrarumue ſeruilia exume nda ex nobis
ſunt pro tanti imperii comparatione. Moderatio cupiditatum: non moueamini contra ſociorū
iniurias: ſed eas paruiſaciatis: quoniā nihilominus melius eſſe poteſt coniect ura. Partibus utemur
ideſt argumenta facta a prudentia hoc modo pſuadere poterimus. Si cōmoda cum incōmodis cō
feremus danda eſt uirtutibus opera: qa qui uirtutē hēt & nihil deeſſe pōt ad bene beateq; uiuendū
qui uero uirtutis expers eſt ſeruum cum eſſe cōſtat uiliſſi mum atq; omnium rerum egentiſſimū

In q̄bus cāis rei natura faciet deliberationē: oīs rō
ad ipſā rē accōmodabit̄. In q̄bus extranea cā cōfi
ciet deliberationē: ī his ipſa erit cā adiūgēda: aut
deprimēda. Oēs rōnes eoꝝ q ſniam dicēt: finē ſi-
bi cōueniet utilitatis ꝓponere: ut oīs eo toti⁹ orō
nis ratio cōferat̄. Vtilitas ī duas ptes ī ciuili con-
ſultatiōe diuidit̄ tutā & honeſtā: tuta ē quæ cōfi-
cit iſtātis: aut cōſequētis ꝑiculi uitationē q̄libet
rōne. Hæc diſtribuit̄ ī uim: & dolū: quoꝝ alteꝝ
ſepatī: aut utrunq; ſumem⁹ cōiuncti. Vis diſcer-
nit̄ p exercitus: claſſes arma: tormēta: reuocatio
nes hoīum: & alias huiuſmōi res. Dolus cōſumit̄
ī pecuniā: pollicitatōes: diſſimulatōes: maturatio
nes: mētiōes & cæteras res: de q̄b⁹ magis idoneo
tpe loq̄mur: ſi quādo de re militari: aut de admini
ſtratiōe reipublicæ ſcribere uelimus. Honeſta res
diuidit̄ ī rectū & laudabile: rectū ē qd̄ cū uirtute
& officio fit: id diuidit̄ ī prudentiā iuſtitiā: fortitu
dinē: modeſtiā. Prudentia ē caliditas quæ rōne q̄-
dam pōt delectū habere bonoꝝ & maloꝝ. dicitur
itē prudentia: ſcientia cuiuſdā artificii: & appella-
tur prudentia multaꝝ rerū memoria: & uſus plu
riū negociorū. Iuſtitia ē æquitas ius unicuiq; tri-
buens ꝓ dignitate cuiuſq;: Fortitudo eſt rerū ma
gnaꝝ appetitio: & reꝝ hūiliū contēptio & laboris
cū utilitatis rōne ꝑpenſio. Modeſtia eſt in aīo con
tinens moderatio cupiditatū. Prudentiæ partibus
utemur in dicendo ſi cōmoda cū in cōmodis cōfe-
remus cū alterū ſequi alterū uitari cohortabimur

Aut ſi qua mihi: illud ſupra pertinet ad eam partem prudentiæ: quæ eſt ī bono ac malo eligēdo hæc uero ꝑtinet ad prudentiā: q̄ ē cuiuſlibet rei ſcientia hoc mō: hoc bellū Scipione duce tractādū ē: iō ꝙ rei militaris ꝑitiſſimus ſit: atqꝫ ī omni genere belloꝝ: ſiue expugnatōibus urbiū: ſiue ī his q̄ ad optimū imperatorē pertinere arbitramur. Diſciplinabilē: diſcibilem: aut qua ratione fieri poſſit: eo enim imperatore protinus claſſem in Africam traiicere: & Carthaginem obſidēre aut puppem. Aut audita: ultima pars prudentiæ: quæ eſt memoria rerum optimū eſſe duco patres: ut claſſis exercituſqꝫ parentur ad Carthaginem obſidendam. Memini enim noſtros patres olim hoc pacto Africam expugnaſſe: urbem tributariam feciſſe. Iuſticiæ partibus: huius iuſticiæ multæ ſunt partes: quibus genera applicabunt: quarum prima ē miſericordia hoc modo: uenerunt nuper in urbe ſocii ſaguntini fletibus repleti: rogantesqꝫ ut auxilium eis obſeſſis afferemus contra perfidam hoſtium noſtrorum fidem & īuidiam quo profecto noſtra erit humanitas adiuuare. Benemerentibus meretur: hæc pars ē deferēda gratia hoc mō: ueniſtis qui fideles nobis fiunt ſaguntini quos labores ꝓ uobis paſſi ſunt: quā obrē ſcelus eſſe exiſtimo: ſi eos ſine noſtris auxiliis dimiſerimus. Vlciſci malemeritos: ꝑſequēdi ſunt terra mariqꝫ carthaginenſes: ꝗ noſtro imperio hoſtes atrociſſimi ſemꝑ fuerunt. Fidem ſeruandam: ſcitis: uos ſemꝑ fidei conſeruandæ magnā curā ſemper habuiſſe: q̄re cū ſocii eſtis operā ī calamitatibus afferendam ꝓmiſeritis: nullo pacto cōmittere debebitis: ut noſtro auxilio priuati ſint. Leges & mores: mos fuit ſemꝑ ī hac urbe: ſocios amare colere: & adiuuare: uel ſiqs contra Scipionē diceret: iubet leges ciuitatis moreſqꝫ ſumme hucuſqꝫ ſeruati ſunt: ut nemo imperator circa uigeſimum qntū ānū crearet̄: q̄s qdē cōtēnere nō debetis. Religioſe colēdū: redimēdi ſunt ſaguntini ꝗ pro partibus: pro deorū tēplis: ꝓ omni patria conſeruanda & omnia pati incommoda. Hoſpitia amicitias externas. Affinitates: multi ſaguntinorum ſunt nobis ſanguine cōiuncti: quos adiuuare neceſſe ē: ſi nec precio: nulla res tanta īcidit. p. c. quā perſuadeat nobis ab officio recedere: quod ſi feceritis: ſolos ueſtros amicos optimos uiros & defendetis. Aequale ius: pariter tractandi ſunt ſocii. Nam ſicut alias urbes defēdere conſueuiſtis: ita hanc uobis commendandam exiſtimo. Contrariis: iniuſtum non eſt ferendum bellum carthaginenſibus: quod ad nos attinet. Si ipſi iuuentutem ſuam in armis exercent: ſi ſuum imperium ſeruire conantur: non ſunt adiuuandi ſaguntini. Nam quod beneficium nobis attulerunt ſemper perfidi: ſemper aduerſum nos extiterunt: & eſt talis ſenſus iiſdem argumentis iuſtitiæ uti poterimus: & ꝑſuadēdo & diſſuadēdo. Quare ꝑſuadēdo dicemus iuſtū eē rē adiuuare diſſuadēdo dicemus eē iniuſtū. Res magnas ſi qs ſuaſiſſet nō eē ſumēdū bellū cōtra carthaginēſes potētiſſimos: quod ſaguntini poſſent ſic refelere: immo nullo modo ceſſandū ē. Romanum enim eſt fortia pati. nā non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. In rebus autē fortibus nō appellatur magnū niſi quod alia fortia ſuperat fœda. Res humiles & dignas: nō licet hōinem romanū pecunias: aut īcōmoda magnifacere ꝓ gloria & laude cōparāda. Nulla re hōeſta: cū nobis fideliſſimi ſocii ſagūtini extiterint: adiuuandos eē cenſeo: etſi monendū eēt attigere meliorē oratōem

aut ſi qua ī re cohortabimur aliqd cuiꝰ rei aliquā diſciplinabilē ſciētiā poterimꝰ habere: qūo aut q̄ qdqꝫ rōe fieri oporteat oſtēdēus: Aut ſi ſuadebīus qdpiā: cuiꝰ res geſtæ aut ꝑſentē aut auditā mēoriā poterimꝰ hr̄e q̄ ī re facile id qđ uelimꝰ exemplo allato ꝑſuadere poterimꝰ. Iuſticiæ ꝑtibꝰ utemur: ſi aut īnocentū aut ſuppliciū dicemꝰ miſereri oportere. Si oſtēdemꝰ merētibꝰ gratiā referri cōuenire. Si demōſtrabimꝰ ulciſci male meritos oportere. ſi fidē magnoꝑe cenſebimꝰ cōſeruandā. Si leges & mores ciuitatis egregie dicemꝰ ſeruari oportere. ſi ſocietates atqꝫ aīcitias ſtudioſe dicemꝰ coli cōuenire. Si qđ ius ī parētes deos: patriā natura cōparauit id religioſe colendū demōſtrabimus. Si hoſpitia: cliētelas: cognatiōes: affinitates caſte colēdas eē dicemus. ſi nec ꝑcio nec gratia: nec ꝑiculo: nec ſimultate a uia recta oſtendemus oportere deduci Si dicēus æq̄bile ius ī oibꝰ ſtatui cōuenir̄. His atqꝫ huiuſmōi ꝑtibꝰ iuſticiæ: ſi quā rē ī cōciōe aut ī cōſilio faciēdā eē cēſebimꝰ: iuſtā eē oſtēdemꝰ: cōtrariis iniuſtā. Ita fiet ut eiſdē locis ad ſuadendū & ad diſſuadendū ſimus cōparati Si fortitudinis retinendæ cauſa faciendum quid eſſe dicemus: oſtendemus res magnas & excelſas ſequi & appeti oportere: Et item res humiles & īdignas uiris fortibus uiros fortes propterea cōtēnere oportere: nec idoneas dignitate ſua iudicare. Itē a nulla re honeſta ꝑiculi: aut laboris magnitudinē deduci oportere: antiqorē mortē turpitudīe haberi nullo dolore cogi: ut ab officio recedatur: nullius ꝓ rei ueritate metuere inimicitias: Quod

Quas iuſticia colere cogit: nullos labores tunc debemus in defendendo patriam ſocioſq; ueſtros quibus obligamur: & in ꝓſequendis hoſtibus: q ſemp nobis īfeſtiſſimi fuerūt. Si nimias libidines: comprimendi ſunt furores ui uirtutis noſtræ: qui pro cupiditatibus ſuis nihil iuſtum: nihil dignum exiſtimant. Certo naturæ termino: non. n. mihi aliud id facerē: dum cenſeo: quod uobis ipſis fieri nō uelletis: ꝙ ſi carthaginenſes ſuū dilatant imperium ſinendi ſunt: cum idem & nos facimus in dies. Cuiq; ſatis ſit: ſatis nobis uideri pōt: ꝙ ſæpius eos ꝓfligaſtis: nūc uero denuo eos ꝓſeq inimicoꝝ magis q̄ amatorū iuſtitiæ poſſetis huiuſmodi dat modū generalē tractandi a uirtutibus. Amplificando maxima ortitudo: itaq; iuſtum ē hoc ſummum bellum ſumendum: ſed qđ romanis magnis inuenit q̄ fortitudo pp imperiū cōparaſtis: ꝑ quā domini rerū eſtis: ꝑ iuſticiam uero illud conſeruatis: fautores: & adiutores ſocios habetis. Vt attenuant: nō concedendæ ſunt ſed dimittendæ: quia ſi mederet id uirtuoſum erit: ſed fieri non debere nihil ꝓfitetur: ex quo ſic attenuabunt nullam in hoc bello gerēdo uideo fortitudinē: nullā iuſticiā: nullū deniq; fructum reip. qppe remittis: q̄dam etiā audet: & gladiatoria quædā aggreſſio. In contrariis rebus potius maior eſſet fortitudo ſi huiuſmodi rebus non moueremur ad bellum inferendum: quamobrem nos eſſe in tantis periculis: quippe fortitudo eſt aggreſſio periculorum cum utilitate: ſed hic plura ſunt dāna. Demonſtrauimus ignauiam: dicitis prius mittēdos eſſe legatos ſecundum leges: ne quid cum iuſticia fiat. Videtur hoc mihi ex ignauia eſſe: non ex iuſticia. Præterea dicitis iniuſte fieri bellum contra carthaginenſes: ſed aperta eſt ignauia præter quam nulla iuſticia. Prauam libertatem: dicitis dignum morte eſſe huius uiri: ſed non iniuſticia eſt hæc parua licentia: quam habetis in ciuibus perſequendis. Laudabile: ſecunda pars honeſti. Conſequentem: futuram apud poſteros hoc modo: ſi ſagūtinos defenditis nulla ætas ueſtras laudes conteret. Stet hic: reſpondet obiectioni tacitæ. Dixiſſet enim aliquis: hunc propter eſſe ſuperfluam cū rectum eſſe non poſſit ſine laud abili & æquo: ſicut albedo unius a frigiditate ſepa rari non poſſit. Neq; enim ſolus laudis cauſa comparabat rationem aduerſarii: ut poſt rationem confirmetur ſua: non enim conuenit quemquam ſequi rectum ſolummodo propter ipſam laudem: quam conſequitur: ſed propter utrunq;: quod ſi aliter faceret: uiderent minus ipſius recti dignitas: ſi quidem qui alicuius rei finem tantummodo ſequitur. Arbitratur ipſum ſinem minoris momenti eſſe q̄ illud: ex quo naſcitur finis: quod ſuperfluum eſt. unde apparet unum cum alio eſſe cōiunctum. Verumtamen ſi proponatur ſeparatim auditoribus creſcit ad ferendos labores audacia mihi crede ſuppliceat. Cum igitur: reuertitur ad materiam præbendam de laudabili & paulopoſt oſtendit ordinem imitandi. Laudabile eſſe demonſtrabimus: ſi bellum ꝑ ſaguntinis ſuſcipitis: nō ſolum fortes ac iuſti ab omnibus iudicabimini: ſed & laudibus oēs eos extollent honorabunt: & ꝑ totū orbē huius rei fama uolitabit. Ab idoneis: nobilibus: doctis prudentibus. Honeſtiori ordini ꝓbat q̄q̄ hæc res diſpliceat agricolis: quoꝝ ſi ita ſūt i agris: tū ciues cuncti ſenatoreſq; laudabunt

libet ꝓ patria: parētibꝰ: hoſpitibꝰ: aīcis & his rebꝰ q̄s iuſticia colere cogit adire ꝑiculū & quēlibet ſuſcipe laborē. Modeſtiæ ꝑtibꝰ utemur ſi nimias libidies honoris pecūię: ſiſiūq; reꝝ uituperabimꝰ. ſi unāquāque rē certo naturę termio definiemꝰ: ſi qđ cuiq; ſatis ſit oſtēdemꝰ: nimiū ꝓgredi diſſuadebimus. modū unicuique rei ſtatuimus. Huiuſmōi ꝑtes ſūt uirtutis āplificādæ: ſi ſuadebimꝰ attenuādæ: ſi ab his dehortabimur: ut hæc attenuent quæ ſupra demōſtraui. Nā nemo erit qui ſētiat a uirtute recedēdū: ueꝝ aut res nō eiuſmōi dicant ut uirtutē poſſumꝰ egregiā expiri: aut in cōtrariis potius rebꝰ q̄ i his uirtus cōſtat oſtēdat. Itē ſi quo pacto poterimꝰ: qđ is q cōtradiceret iuſtitiā uocarit: nos demōſtrabimꝰ ignauiā eſſe & iertiā ac prauā liberalitatē: quā prudentiā appellarit ieptā: & garrulā & odioſā ſciētiā eſſe dicemꝰ. Quā ille modeſtiā dicet eſſe eā: nos iertiā & diſſolutā negligētiā dicēus eē: quā ille fortitudinē nomiarit eā gladiatoriā & icōſideratā appellabimus temeritatē. Laudabile ē qđ cōficit honeſtā & præſentē: & cōſequētē cōmemorationē hoc nos eo a recto ſuꝑauimꝰ: nō quod hæ q̄ttuor partes: quæ ſubiiciunt ſub uocabulo recti: hāc hōeſtatis commemoratione dare nō ſoleāt: ſed quāq̄ ex recto laudabile naſcat: tamē i dicēdo ſeorſum tractandū eſt ab illo: neque enim ſolum laudis cauſa rectū ſequi conuenit: ſed ſi laus conſequitur: duplicatur recti appetendi uoluntas. Cum igitur erit demonſtratum rectum eſſe laudabile demonſtrabimus: aut ab idoneis hominibus: ut ſi qua res honeſtiori ordini placeat quæ a deteriori ordie ipro-

Aut ab aliquibus ſocits: nõ ſolum laudabunt uiri: ne ciuitates hoc faciendo: ſed | & exẽplum capi
ent ſeruandæ ĩ nos fidei. Nationibus: ſunt græci & barbari oẽs. Poſterius uiris: pp illud: ꝑnotio/
nẽ & ſequẽtẽ cõmemoratione. Breuiter tractanda: trãſitio color: huculqꝫ. n. oñdit materiã: nũc do
cet quõ ea diſponẽda ſit ꝑ totũ corpꝫ oroni dliberat. Vel a pricipio: ab exordio apto ꝑ rgulis ſupius
tractatis ab iſinuatiõe: qm̃ auditores ſunt defeſſi ꝑ Craſſo: aut cũ cã ẽ turpis. Si cuius narratõ icidet
ac ſi dicat naturaliter nulla dẽt eẽ: qa de futuro gẽus ẽ deliberaituũ: & narratio ẽ d rebꝫ ꝑteritis: ſed

bet: aut aliqb⁹ ſociis: aut oĩbus ciuib⁹ exteris na
tiõib⁹ poſteriſqꝫ nr̃is. Cũ huiuſmõi diuiſio ſit lo/
coꝝ i cõſultatiõe breuiter apiẽda ẽ toti⁹ tractatio
cãæ exordiri licebit: uel a pricipio: uel ab iſinuati
one: uel iiſdẽ rõnib⁹ qbus i iudiciali cã. ſi cui⁹ rei
narratio icidet: eadẽ rõne narrari oportebit: qm̃ in
eiuſmõi cãis finis ẽ utilitas: & ea diuidit ĩ rõnem
tutã atqꝫ hõeſtã ſi utrũqꝫ poterius: utrũqꝫ pollice
bimur nos i dicẽdo demõſtraturos eẽ: ſi alteꝝ de/
mõſtraturi erimus ſimpliciter qd dicturi ſumus
oñdem⁹. At ſi nr̃am rõnẽ tutã eſſe diceũs. Diuiſi
one uteũr i uim & cõſiliũ. Nã qd i dicendo rei di/
lucidãdæ cã dolũ appellauim⁹ id i dicendo hõeſti
us cõſiliũ appellabius. Si rõnis nr̃æ ſententiã rectã
eſſe diceũs: & oẽs ptes recti icident qdriptita rõe
uteũr: ſi nõ icident: quot erũt tot exponeũs i dicẽ
do. In cõfirmatione & cõfutatiõe uteũr nr̃is locis
quos ante oſtendius cõfirmãdis cõtrariis cõfutan
dis. Argumtationis artificioſæ tractãde rõ de ſecũ
do libro patet. Sed ſi acciderit ut i cõſultatione al
teri a tuta ratione: alteri ab hõeſta ſententia ſit: ut i
deliberatione eoꝝ: q a pœnis circũſeſſi deliberant
qd agant. Qui tutã rationẽ ſeq ſuadebit his locis
utet. Nullã rẽ icolumitate utiliorẽ eẽ. Virtutibus
uti neminẽ poſſe q ſuas rationes i tuto non collo
carit: nec deos qdem eſſe auxilio eis q ſe i conſul/
to i piculũ mittunt. Hõeſtũ nihil oportere exiſti
mari qd nõ ſalutẽ pariat: q tutæ rei ꝑponet rõnẽ
honeſtã his locis utet: uirtutẽ nullo tẽpore relin
quẽdã: uel dolorẽ ſi timeat uel mortẽ ſi ea formi/
det dedecore & iſania leuiorẽ eẽ. Cõſiderare q̃ ſit
turpitudo cõſecutura: at non i mortalitatem neqꝫ
æternã columitatẽ cõſeq. nec eẽ exploratũ illo ui
tato piculo: nullũ i aliud piculũ eſſe nos uẽturos
uirtute ultro ad mortẽ ꝑficiſci eſſe ꝑclatũ fortitu
dini fortunã quoqꝫ eſſe adiumẽto ſolere eũ tute ui
uere q honeſte uiuat. non qui i præſentia icolumis
ſit: & eũ qui turpiter uiuat incolumem in perpetu
um eſſe nõ poſſe. Cõcluſionibus fere ſimilibus in

q̃do cõtiget nõ ꝑpria ſed icidẽs: ut ſu
pra ea fũdet rõnes ꝑ ſua forma: ſicut
illa i põpeiana orone d eligẽdo ipato
rẽ ẽ: tñ oronẽ hẽt ad oñdẽdã belli gra
uitatẽ: qd iferre ſolet Mythridates ad
hoc ut oſtẽdat neceſſe ẽ ipatorẽ eliger
Q m̃ i huiuſmõi cauſis põit duo habẽ
da ſic i rõnem tutã & honeſtã: qm̃ ci/
uitũ ẽ: ut fines nr̃os tucamur oñdã hoc
bellũ tutũ eſſe nobis & honeſtũ. Nã qꝫ
ur illud qd tanq̃ rhetor & ꝑceptor ap
pellauit dolũ: quando dolus eſt uoca/
bulũ mediũ id orator: qui exercet ora
tiones debet conſilium ignorare ſigni
ficationẽ uocabuli in malã ptẽ accipi/
at. Quadriptita: diuiſionẽ ſecũdum
qꝫ q̃tuor ptes ſunt honeſti: neqꝫ occur
ratur: qd ſupius dixit triplicẽ tantũmõ
diuiſionẽ fieri oporterc: quoꝝ a ꝑce/
ptoribus parũ exercitatis ſuppreſſiſſe
ur cũ ipatore bono ieſſe oportere ſciẽ
tiam rei militaris: fortunã auctoritatẽ
Vtemur nr̃is locis: i tractanda con/
firmatiõe & cõfutatõe utemur rõibus
q̃s pauloante ſũmatim dixit de tuto &
honeſto: & a q̃tuor ptibus uirtutis. Ar
gumẽtatiõis rõ: cũ i formã ſylogiſmi
rõnes formare deberemus: ſeruan/
dus eſt ordo ſuperius datus ſcilicet ꝑ/
poſitio fiat: deide rõ: cõfirmatio rõni
& reliq̃. Sed ſi accideret: daret modũ
teſtandi: ſi euenerit: ut unus ſuadeat a
tuto ſecundũ reſpectũ honeſti & alter
ab honeſto ſecũdũ reſpectum tuti. q
a pœnis circumſeſſi hoc cõtigit. Ve
nuſinis: q̃bus cũ obſideretur ab Hãn/
nibale romani cõceſſerunt: ut q̃ uellẽt
ditionẽ Hannibalis ſeq̃rent: coacti ãt
ſunt. alter ſuadebat dedendũ eẽ cũ uo
lũtate pſonaꝝ. alter potius moriendũ
q̃ baro ſubiiceretur: & nullo mõ deſe
rendam eſſe fortitudinem. Nec deos
ac ſi dicat: Audẽtes fortuna iuuat. In
conſulto: temere. Leuiorẽ eẽ: ſubeun
dũ eſt potius iugũ ſeruitutis: aut mori
endũ ſi opus ſit q̃ ꝑpetuã infamiã ſubi
re. At nõ imortalitatẽ: quã conſequa
mur ineolumitatẽ. nũc tñ ea futura eſt
ꝑpetua: qm̃ paulopoſt me iori fortu/
na ſumus: at infamia ipſa rit ſemper
apud poſteros pmaanſura qꝫ idem cõ
tingit: ſi uirtutẽ cõplectemur. Eum
tute: q̃tum preeſt uirtus icolumitati &
hoc perſpici poteſt: quoniam qui re/
ctæ uitæ ſemper eſſe uidetur; ſed qui in præſentia eſt tutus aut ſit cui paulopoſt peccaturus ſit fa/
cere ſimiliter in mirando: amplificando & condolendo : niſi qꝫ oſtendit tantum: quare dixit fere.

q Voniā hæc cā uī: tertiū gēus cauſæ: ī quo tractādo prius oñdit materiā: ī q̄ uerſat. deiñ po
net modū diſponēdaꝝ ptiū oronis. In laude & uituparōe a qb⁹ ſuſcipit uocabuli laudatū
a nobili uel a ueteribus panagyricon: ut liber Plinii de laudibus Troiāi īpatoris uocat Pa
nagyricos: alii uero appellāt enchomiaſticō ex cōtrariis: puta ſi in aliquo laudādo dixeri-
mus eū eē ex uiliſſima ſtirpe ꝓcreatū: q̄ caſu: ut eē diuitē: educatio ſub bonis ꝑceptoribus huiuſmōi
ī clietelæ cōſuetudinis bonoꝝ. Q uæ his cōtraria ſunt: cū uidemus uitupare: dignitas pulchritudo
naturalis eſſe grādē bonæ cōplexiōis
patiētibus laboꝝ: ſi uetuſtas ī diebus:
& q̄ cōtraria: ſicut eē temerariū iniu-
ſtū: icontinentē & timidū: q̄ oia uitu
perando uti poterimus. poſuit. n. bo
na ad laudē: & mala ad uituperatio-
nē: ex qbus ipſa materia conſtat gene
ris deliberatiui ptractādi. In huiuſmo
di cā: in genere demonſtratiuo ordi-
ne diſponendo principiū: exordium
aptū. A noſtra pſona: ſicut & ſuperi-
us dixit a quatuor rebus beniuolentiā
captari oportere. Officio facere de-
bemus: ſi cui obligati ſumus p contra
ctionem ſanguinis: & aīaduertit hoc
modo: qn. p. c. huic homini ſāguine
amicitia: officio litteraꝝ tātope cōiū
ctus ſum: uiſum & officiū meū: quæ
ſint ipſius uirtutes oſtendere. Aut ſtu
dio: cupiditate: cum pp cōem eiuſdē
artis exercitationē: quæ pp uirtutē ſu-
am digna eſſet ab omnibus laudari
hoc mō: nullus ueſtrū admiret: ꝙ de
huius uiri laudibus dicturus ſum. ac-
cedā. n. uirtute preditū eſſe uideo: ut
nullo mō dignus ſit: ut ſilentio homi
num ꝑtereatur: aut ex aliaꝝ laude ea
cā hunc laudare aggreſſus ſum. p. c.
qa uelim uos intelligere nonnulli ar-
ti deditum: qui medicinæ operam: q̄
dat in hoc uiro eſſe preſtantiſſime ne
mo dubitat. Aut merito facere: con
tra illud ſuperius officio ac ſi diceret
uituperando oſtendemus eum nullā
a te laudem mereri: ſed merito eſſe
uituperandum. Q uod ita tractati ſu
mus: iniuriæ huius in me uiri: quas
uenerariōem ueſtrā ignorare credidi
effecerunt: ut eius turpitudinē tm̄ nō
ualeā. Aut ſtudio: ſūma uoluntate.
Vtile putemus: utile certe arbitror
huius hominis uitia declarari: ne ſi
occulta eēnt aliquādo uos deciperet.
Nequitia libidinis: placet oſtendi co
gitare uiri pſtantiſſimi huius libidinē
tute nō ſociaſſe ut uobis oſtendere ni
hil mihi eſſe magis alienū quam libi-
dines & mihi huius continentia: ne il
lius facta conſequi expoſitione hoc
modo: etenim non miremini ciues:
ſi me pallor occupat ora: quoniā eius
uiri laudes aggreſſus ſū: cuius tot ex-
tent pclara geſta: ut ea a me dici poſſe
diffidā laudare oportere: qs ē: q tantā uirtutem ſcire poſſit. Eloquētia: umbræ ſi adeſſent Homero
ſi uergilio: ſi Cicerōi ip ſe nunq̄ tā cōmode: tā copioſe dicere poſſent: quin eius uirtus exuperet. Cō
traria paucis uerbis commutatis: dicendo nullum eſſe: qui eius uitia oratione complecti poſſet.

his & in iudicialibus cāis uti ſolem⁹ niſi quod is
maxime cōducit q̄plura reꝝ āte geſtaꝝ exempla
ꝓferre. Nūc ad demōſtratiuū gen⁹ cauſæ tranſea
mus.

De argumentis.

q Voniā hæc cā diuidit ī laudē & uitupatō
nē qbus ex reb⁹ laudē cōſtituerius ex cō-
trariis reb⁹ erit uitupatio cōparāda. Laus igi po
terit eſſe reꝝ externaꝝ & corpis & aī. Reꝝ exter-
naꝝ ſūt ea quæ caſu aut fortūa ſecūda aut aduer-
ſa accidere poſſūt: ut gen⁹: educatio: diuitiæ: po-
teſtas: gloriæ: ciuitates: amicitie: & quæ huiuſ-
mōi ſūt: & ea quæ his ſūt cōtraria. Corpis ſunt ea
quæ natura corpi attribuit cōmoda aut icōmoda:
uelocitas: uires: dignitas ualitudo & quæ contra
ria ſunt. Animi ſunt ea quæ cōſilio & cogitatione
nr̄a cōſtāt: prudētia: iuſtitia: fortitudo: modeſtia:
& quæ cōtraria ſunt. Erit igit hæc cōfirmatio cō
futatioq; nobis. In huiuſmōi cā pricipiū ſumitur:
aut a nr̄a: aut ab ei⁹ de quo loquemur: aut ab eo
rū q audient pſona aut ab re. A noſtra ſi laudabi-
mus: aut officio facere quod cauſa neceſſitudinis
intercedat: aut ſtudio quod eiuſmodi uirtutis ſit
ut omnes commemorare debeant uelle: quod re-
ctum ſit: aut ex aliorum laude oſtendere qualis
ipſius animus ſit. Si uituperabimus: aut merito
facere quod ita tractati ſumus: aut ſtudio quod
utile putemus eſſe ad omnibus unicam malitiam
atq; nequitiam cognoſci: aut quod placeat oſten
di quid nobis diſpliceat ex aliorum uituperatione
ab eius perſona de quo loquemur: ſi laudabimus
uereri nos dicemus ut illius facta uerbis conſe-
qui non poſſumus. Omnes hominis illius uirtu
tes prædicare oportere ipſa facta omnium lauda
torū eloquētiā anteire. Si uitupabim⁹ ea quæ ui
debim⁹ cōtraria paucis uerbis cōmutatis dici poſ
ſe dicem⁹: ut paulo ſupra exēpli cā demōſtratū ē.
Ab auditorū pſona ſi laudabim⁹: qm̄ nihil noui:
nihil apud ignaros laudemus nos mouendi cauſa

pauca eē dicturos: aut ſi erūt ignoti ut talē uiꝶ ue
lit cognoſcere poterius: qm̄ i eodē uirtutis ſtudio
ſit apud quos laudemꝰ: atq; ille q laudatꝰ fuerit
ſpare nos facile his qbꝰ uelimꝰ huiꝰ facta ꝓbatu
ros. Cōtraria uitupatio qm̄ norit pauca de neqtia
eiꝰ nos eē dicturos qd ſi ignorēt petemꝰ: ut agno
ſcāt: ut malitiā uitare poſſint: qm̄ diſſimiles ſunt
q audiūt atq; ille uitupat̄. Sperare nos illiꝰ uitā
uehemēter iprobaturos. A rebꝰ ipſis icertū eſſe qd
potiſſimū laudēus. Vereri ne cū multa dixerimꝰ
plura ꝑtereāus: & quę ſimiles ſentētias hēbūt: q/
bꝰ ſentētiis cōtraria ſumūt a uitupatōe. Pricipio
ab aliq tractato harū: qs āte cōmēorauimꝰ rōnū
Narratio ñ erit ulla quæ neceſſario cōſequat̄: ſed
ſi q iciderit: cū aliqd factū eiꝰ: de quo loquemur
nobis narrādū ſit cū laude aut uitupatiōe ꝑceptio
narrādi d prio libro repetet̄. Diuiſiōe hac utemur
exponemꝰ qs res laudaturi ſumꝰ aut uitupaturi
deīde ut quæq; quoue tpe res erit geſta ordie dice
mus: ut quicqd tute cauteq; egerit itelligat̄. Sed
exponere oportebit aī uirtutes aut uitia: Deide cō
moda aut icōmoda corpis aut reꝝ externarū qūo
ab aio tractata ſint demōſtrare. Ordinē hūc adhi/
bere i demōſtranda uita debemꝰ. Ab externis re/
bus genus i laude qbus maioribus natus ſit: ſi bo
no genere parē aut excelſiorē fuiſſe ſi humili gene
re ipſū i ſuis: nō i maiorū uirtutibus habuiſſe præ
ſidiū. In uituperatiōe ſi bono generi dedecori ma/
ioribus fuiſſe: ſi malo tamen his ipſis detrimento
fuiſſe. Educatio qd i laude bene: hoēſte i bōis di/
ſciplinis educatus tota pueritia fuerit i uitupatio
ne cōtra: inde ſe retraxiſſe apte a corpis cōmodis.
A natura in laude ſi ſit dignitas atq; forma laudi
fuiſſe eā: nō queadmodū cæteris detrimento atq;
dedecori. Si uires atq; uelocitas egregia honeſtis
hæc exercitatiōibus & iduſtriis cōparata. Si uali
tudo ꝑpetua: diligentia & tēperātia cupiditatū. In
uitupatiōe ſi erūt hæc corporis cōmoda male his
uſum dicemꝰ: quæ caſu & natura tāq qlibet gra
diator habuerit. Si erunt præter formam omnia
ipſos culpa & itēperātia fuiſſe dicemꝰ. Deide fuer
tēur ad extraneas res: & i his aī uirtutes aut uitia

Pauca dicturos: qm̄ uos oēs nō ſu
git huius uirtus doceri q pauca quæ/
dā attingere: q illuſtriora nobis eē ui
debunt̄. Facta ꝓbaturos: qm̄ ſe mi/
nus nō pari uirtute cū hoc uiro eē con
iūctos nō dubitamus apud uos hono
rē habere: ſperās uos quæcūq; de eis
dixero facile ꝓbaturos. Malitiā uitari
poſſint: utile eē uobis arbitror huius
uitia copioſe: quin uidebitis q maxīa
uitāda ſint uitia q oēs hoīes īfames ef
ficiūt. Difficiles ſunt: qm̄ amicos con
tinētiæ exiſtimaui: audacius huc ueni
ſperās uos facile huius libidinē ipro/
baturos. Incertū eē qd potiſſimū lau
de: tāta mihi copia rerū geſtaꝝ obori
tur: ut a qua potiſſimū icipiā penitus
ignorē. Plura ꝑtereas nunq tot dicer
poterimus: q cum multa dixerimus:
plura tñ reſtare uideant̄. Et quæ ſimi
les: ordo ē cōtraria q habebūt ſimiles
ſunt qbus. i. illis ſentētiis uel ſtudiis.
Sūmat im a uitupatiōe: hoc mō flagi
tioꝝ tātus ē numerus ī hoc hoīe: ut ꝙ
prius uobis oñdā: ego ipſe neſciā. Ha
rū rōnū. ſ. de pſona ſua & auditoꝝ &
rebus ipſis de prio lib. repetat̄. ſ. ꝙ ſit
breuis: dilucida: & ueriſimilis. Diui/
ſiōe: oñdā uobis quo genere qbus uir
tutibus ornatus ſit. Deinde ut quæq;
quo tpe: ptiet hoc ad cōfirmationem
& cōfutationē hoc mō: cū primū ex/
ceſſit ex ephebis relictis ſtudiis pueris
bonis artibus īdulgere cœpit: qs qdē
breuis cōſecutus illico ad rēp. ſe con/
tulit. Sed exponere oportebit: dat
unā cautionē generalē. ſ. ut admiſcea
mus laudes animi cū rebus externis:
ut appareat oēm laudē ex aīo pende
re: nō ex rebus externis. Q uō tracta/
ta fuit: magnas poſſidet diuitias: ſed
eas ita diſponit ad liberalitatē: ut non
ſuæ: ſed audictiū eē uideant̄: & ſic de
reliqs bonis externis: ad iuſtā animi
laudē ſeruādū ē. Paꝝ aut excellētiorē
qq Scipio ex nobili familia natus ſit:
tñ uirtutibus ſuis ñ mō parē: ſed excel
lentiorē ſe reddit: qppe luctus adiecit
nobilitati: q prius a ſuo genere igno/
rabat̄. Noīa ſuis hūiſſe pſidium: eius
laudes admirari non poſſum: qui cū
ex nobiliſſimo patre natus ſit: ipſe ſe:
genuſq; ſuū ad magnæ dignitatis cul
men euexit. īde ſe retraxiſſe: cū a pte
uoluit dignitas: pulchritudo nō detri
mento cū forma nōnullos ad libidi/
nē ipellit. hic uirtute ſua ita ſe guber/
nauit: ut nulla in re nunq turpi corrū
peret̄. Induſtriis: laboribus honeſtis. Q uæ tñ & nō: ac ſi dicat: q uitia ſunt: laudanda non ſunt
Deiñ reuertemur: poſtq laudauerimus a genere educationē: & a bōis corpis: q ī hoīe ꝓpiqora ſūt
poſtea reuertēdū ē ad bona externa: q ab hoīe lōgīqora ſūt: ſimilia diuitiæ amicitiæ. & reliq: ī q
bus admiſtrādæ ſūt uirtutes: cū ſicut paulo ſupius demōſtrauit ſūmatim ī nobis oībus eē faciendū

ſ iii

hoc mō: q̄q̄ doctiſſimus ſit & potētiſſimus: tm̄ benignus fuit & liberalis erga pauperes: ut ornamē
ta ea bōa uere iudicari poſſint: nō ſupbiæ & cæteris qdē ſortit: nihil unq̄ piculi p amico cōſeruādo
euitauit: qn ſēp īſeruire & amicitiā tutari q̄ oīa aduerſa uoluerūt: cuius cā: ſicut p liberādā pr̄ia pro
pulſādis iiuriis bonoꝝ. Q ua fide: bona. ſ. nō decipiēdi cā. Diuitiis: q̄lis liberalis benignus oībus
facilis. Poteſtatibus: gerēdis. Iuſtus oībus: & æquū oībꝫ dādo ꝙ ſuū erat. Cuiuſmōi mors: ſi mor
bo pprio & nō uiolētia cōſūptus ſit. Cuius res ē cōſecuta: tota ciuitas eius mortē defleuit: oēs a la/
bore p̄ doloribꝫ deſinebāt. aliud iuſte
nūq̄ cuiq̄ iiuſte fecit iniuriā: ſed p̄mia
digna oībus cōtulit. Aliud fortiter: cū
erat opus amicū defēdere: nihil unq̄
aduerſū euitauit. Aliud honeſte: mul
tis uoluptatibus fieri potuiſſet: ut uita
cōtinētia fuit. Aliud prudēter: nihil
unq̄ facere uidebat̄: niſi prius ſine cō
ſiderato. Ex hac diſpoſitione: ex hoc
ordīe tractādi laudes & uitupatiōes.
Tripartita diuiſio. i. diuiſio bonoꝝ aī
& corpis & reꝝ externaꝝ. Vt nō ſit
neceſſaria: ſicut laudare uiꝝ grauē a
pulchritudīe capilloꝝ & ornatu cor/
poris. Ad exitū cāæ ī fine or̄onis hoc
mō: ſi huius hoīs conſideratis genus
educationē: bona corpis diuitiaſq̄ cū
uirtute cōmixtas: credo uos iudicare
eū oī laude dignū extitiſſe. In ipſa cā
ī ipſa or̄one crebro iſerēdæ ſunt āpliſi
catiōes p ſn̄ias generales hoc mō: uir
tus & cōtinētia huius uiri q̄ta ſit audi/
ſtis: ſed tales uiros nr̄i maiores colue/
rūt: adeo ut tāq̄ diuini hoīes hērentur
Nō oportet uelle q̄ accōmodiſſime:
ſi aliqua res uꝫ accedere: ut aliqn̄ fieri
poſſit ī ea tractāda non debēus cupe:
ut ī cōſuetudīe ſit: ac ſi dicat nō mius
diligēter tractāda ē res: q̄ ſemel acce/
dit: eo ꝙ raro fiat: q̄ ſi frequēter uſur/
paret̄: q̄re ī ea raritate ēt res pfecta eē
dēt ī deliberatiuis & iudicialibꝫ. Mul
ti ab hoc dicūt duo tm̄ eē genera cāꝝ
. ſ. deliberatiuū & iudiciale: qd̄ diſpu
tat Ci. ī li. oratoꝝ: qa demōſtratiuū p
ſe nō ē ī uſu: niſi ī deliberatiuo: cū lau
dat̄ Pōpeius & deſignet̄ īpator: aut
cū laudat̄ teſtis: ut fides adhibeat̄.

q Voniā diſpoſitio: iuētione q̄
cōſūpta ē ī tribus generibus
cāꝝ ſcd̄m effectū oratoris ꝙ
ē diſpoſitio. In ordinē redi
gimus, ac ſi dicat prīo faciēda ē inuen
tio: deīde diſponēda ſuo gradu ī ſuis
locis. Certo loco: cum rōe iuenta ab
oratore: ſiue naturalis ſiue artificialis
ſit. Ab artis īſtitutiōe. i. naturale: per
qd̄ ſeruat̄ ordo naturalis. nā ars imi/
tat̄ naturā. Alteꝝ ad caſū tpis. ſ. arti
ficiale: ꝙ ſit ad neceſſitatē: uel rerū:
uel auditoꝝ. Reꝝ: ut ſi eſſet ſuſpitio:
ſic Ver. Nō nos aut ferro libicos po/
pulare pēates. Auditoꝝ: ut ſi auditor
nō poſſit laudare & or̄o p̄cederet: ſi/
cut æq̄tatē peteret q̄ſpiam poſt exordi
um illico narret nō mō totas ad ge/

quæ fuerit cōſiderabim9: diuitiæ an pauptas fue
rit: quæ ptātes: quæ gloria: quæ aicitia: & qd for/
titer ī inimicis gerēdiſ fecerit: cuiuſ cā ſuſcepit ini
micitias. q̄ fide beniuolētia officio geſſerit aiciti/
as. In diuitiis q̄lis aut ī pauptate cuiuſmōi fuerit:
queādmodū habuerit ī ptātib9 gerēdis aium. Si
iterierit cuiuſmōi mors fuerit: cuiuſmōi res mor/
tē eius ſit cōſecuta. At oēs āt res qbus aius hoīs
maxie cōſiderat̄ illæ q̄tuor aī uirtutes erūt accom
modādæ: ut ſi laudabius aliud iuſte aliud fortiter
aliud hōeſte: aliud prudēter factū eē dicāus. Si ui
tuperabim9 aliud iniuſte: aliud ignaue. aliud im/
modeſte: aliud ſtulte factū eſſe dicēus. Perſpicuū
ē iā nimirū ex hac diſpoſitiōe. queādmodū ſit tra
ctāda tripartita diuiſio laudis & uituperatiōis ſi il
lud etiā aſſumpſerim9 nō neceſſe eē nos oēs has
ptes in laudē aut uituperationē trāſferre: propte/
rea quod ſæpe nō incidūt: aut ita tenuiter ut non
ſint neceſſariæ. Q ua ppter eas ptes q̄ firmiſſime
uidebunt̄ legere oportebit. Cōcluſionibus breui
bus utēmur: enumeratiōe ad exitū cāæ in ipſa cā
crebras & breues amplificatiōes interponere opor
tebit p locos cōes: nec hoc genus cāæ eo qd̄ raro
accidat ī uita negligētius cōmendādū ē: neque id
qd̄ uideri pōt accider̄: ut faciendū ſit aliq̄do non
oportet uelle q̄ cōmodiſſime pōt facer̄. & ſi ſepara
tim hęc cā minus ſæpe tractet̄: at in cāis iudiciali
b9 & in deliberatiuis ſępe magnę partes uerſant̄
laudis. aut uitupationis: quare in hoc quoq̄ gene
re cāe nō nihil induſtrię cōferendū putamus. Nūc
abſoluta nobis difficilima parte rhetorice: hoc eſt
iuentione ppolita: atque ad omne cāe gen9 accō/
modata. Tēpus eſt ad ceteras ptes oratiōis pfici/
ſci. Deinceps igit̄ de diſpoſitione dicemus.

De diſpoſitione.

q Voniam diſpoſitio eſt per quam illa que ī
uenimus in ordinem redigimus: ut certo
quodq̄ loco pronunciemus uidendum eſt
cuiuſmodi rationem in diſponendo habere conue/
niat. Genera diſpoſitionum ſunt duo: unum ab in
ſtitutiōe artis profectū: alterū ad cauſam tēporis

neralem diſpoſitionẽ totius orationis: ſed ſingulis hoc pertinet ad ſpecialẽ partem orationis: quæ dicitur argumentatio. Hæc igitur diſpoſitio: quæ antea proficiſcitur epilogat ſupradictas duas naturales diſpoſitiões. deĩde ſubiicit artificialẽ: una ps oratiõis quæ generalis ẽ p totã orõnẽ: altera p argumẽtationes quæ ſpecialis eſt & tñ ambæ ſunt naturales ad tẽpus: ad neceſſitatẽ: uel temporis uel pſonaꝝ: ut cũ auditor defeſſus ſit: aut occupatus. Si a narratiõe: nuper ad amicũ meũ neceſſitate contendens in itinere percuſſus ſum. itaq; rogo ut ĩpune præterire nõ ſinas. Aut a firmiſſima

accõmodatũ. Ex inſtitutiõe artis diſponẽus cũ ſequemur eã ꝑceptionẽ quã in prio libro expoſuiũs hoc ẽ ut utamur pricipio narratõe: diuiſiõe & cõfirmatiõe cõfutatõe. cõcluſiõe: & hũc ordinẽ. quẽadmodũ ꝑceptũ ẽ ante ĩ dicẽdo ſequãur. Itẽ ex iſtitutione artis nõ mõ totas cãs p orationẽ ſed p ſingulas quoq; argumentatiões diſponẽus: quẽadmodũ in ſecũdo libro docuimus: ideſt expoſitionem rationẽ: cõfirmationẽ rationis: exornationem: cõplexionem. Hæc igitur duplex diſpoſitio eſt una p orationes: altera p argumentationes ab inſtitutione artis profecta. Eſt ãt alia diſpoſitio: q̃ cũ ab ordine artificioſo recedẽdũ eſt oratoris iudicio ad tẽpus accõmodat̃: ut ſi a narratione dicere icipiemus: aut ab aliq̃ firmiſſima argumentatione: aut aliquarum rerum recitatione aut ſi ſecundũ principiũ confirmatione utamur: deinde narratione: aut ſi quã huiuſmõi pmutationẽ ordinis faciamꝰ. Quorũ nihil niſi cauſa poſtulet fieri oportebit: nam ſi uehementer an res auditorum obtuſe uidebunt̃: atque animi defatigati ab aduerſariis multitudine uerborum cõmode poterimꝰ principio ſuperſedere & exordiri cãm aut a narratione: aut aliqua firmiſſima argumentatione: deinde ſi cõmodum erit: quia non ſemper neceſſe eſt principii ſententiã reuerti licebit: ſi cã noſtra magnã difficultatẽ uidebit̃ habere: ut nemo equo animo poſſit audire principium: a narratione incœperimus ad pricipii ſentẽtiam reuertemur. Si narratio parũ ꝓbabilis eſt exordiemur ab aliqua firma argumẽtatione his commutationibus & tranſlationibus ſæpe uti neceſſe ẽ: quũ ipſa res artificioſã diſpoſitionẽ artificioſe commutare cogit. In confirmatione & confutatione argumẽtationũ diſpoſitiones huiuſmodi haberi conuenit firmiſſimas argumẽtatiões

argumẽtatione ſylogiſmo rhetorico oſtendam uobis hunc eſſe furem paucis uerbis. Inuctus. n. fuit ſæpius noctu ſolus ãbulare & ambire domos diuitũ: & ꝑterea ipſe multos hẽt filios unde eos paſcat: cõparare poteſt. Vel argumentatione ſic: oſtendam uobis hunc a me habuiſſe pecunias mutuo adſunt. n. teſtes qui aiunt ſe adfuiſſe & cũ inſtrumentũ de ea re ſcriberet̃.

Recitatione: hẽt chyrographum & ipſius manu conſcriptũ ĩ quo nũerus ẽ pecuniaꝝ. poſt cõfirmatiõem utemur o regina noua pœnates uenimus. Ni ſi cauſa poſtulet: ergo ut dictum ẽ ad tempus non ad uoluptatem facienda eſt hic ordinis permutatio. Nam ſi uehementer: oſtendit quod dixit: aut aliqua huiuſmodi ſupſedere omittere ad principii ſententiam reuerti cũ ego ab hoc hoĩe pecunias meas poſcerem & mihi ſe quicq̃ debere negauit quoniam dixi eſſe accuſaturũ: illico ĩ me ĩpetũ fecit: uidetis quomodo me tractabit: q̃obrem uos rogo quoniam iuſtiſſimi eſtis: & ex iuſticia ut ius meũ mihi tribuatis: nec ſinatis huiuſmodi uiolentias in ueſtra ciuitate fieri omnes ſciunt ꝙ nocent & quod proſint uoci: niſi ad eos niſi forte & uoles. Si difficilẽ hẽre uidebit̃: puta ſi unus occidiſſet hominem & conſideret̃ maleficiũ & non defenſorẽ quæreret. Vt nemo æquo aĩo: iudex. n. iuſticiæ cupidus differe nõ põt pecumã cum audit ſceleris confeſſionem. Ad principium: ſententiã ĩ proximiori ratiõe dixit non ſemp eẽ cõmodũ poſt narrationẽ & exordia: at nũc cõmodiſſime ſiet hoc mõ cũ in urbẽ cõtẽderẽ ſit Milo obuiã armatus Clodius cũ ſeruis ſequẽtibus ſtrictoq; gladio ĩ me impetũ fecit. itaq; cũ euadere nõ poſſem niſi me defendiſſem fateor me occidiſſe non ad iniuriam: ſed ad tutelam mei corporis: ꝙ cũ ita ſit iudices ſpero iuſticiã ueſtrã eſſe tantam quod nihil temere in me cõmitetis. Si erit parum probabilis: ſicut cũ troiani ad littus libicũ ĩpulſi latrocinii accuſabant̃: nam ſi narraſſet ſe ituros ad Italiam & tempeſtatẽ cõpulſus nõ crediſſet: ideo a firmiſſima cauſa fecit initium hoc modo: Non ea uis aĩo: nec tanta ſuperbia uictis cũ ipſa res: nobilitas: neceſſitas. Artificioſe diſpoſitionem cogitur artificioſe cõmutare: naturalis enĩ ordo diſpoſitaꝝ ptiũ artificioſus appellat̃: q̃a ex arte cõpoſitus ẽ. ꝙ ſi mutatus fuerit aliter quoq; artificioſus dr̃ & ẽ ſenſus faciẽus huiuſmõi cõmutationibus qñ neceſſitas uolet nos de artificioſo ordĩe ꝑpoſteritatẽ ordinis artificioſã facere. In cõfirmatiõe: data regula de ordĩe generali totius orõnis: oſtẽdit nũc quõ diſponẽda ſunt argumẽta cõfirmatiõis: ut facilius uictoriam cõparemus.

In primis & i postremis: extrahente
telũ Vlyxe de corpore Aiacis supue/
nit teucer frater q accusans Vlyxem
sic incipit: cũ diu fratrẽ meũ idagasse
neq; i loco publico inuenirẽ igressus
syluam Vlyxẽ deprehendit cũ gladi
um ab utero fratris educeret q profe
cto cum me uidisset expalluit & uoce
tremula cœpit loqui. Firmissimas si/
cut narrata odia & minas præteritas.
Me diocres: sicut pallor: uox demissa
Q uæ separatim infirmæ sint: nam p
pallorem suum aut uocẽ trementem
non potest deprchendi maleficium
cum ẽt metu uolente iudicium huius
modi signa inocentem appareãt. Ex
pectet animus: ideo i principio firma
dicenda sunt ut auditoris cupiditate
satisfaciat. Nec dispositio: ponit effe/
ctum p similitudinẽ militarem.

p Ronunciatõem utilẽ: iõ ꝙ
sup alia officia necessaria de
mosthenes interrogatus di/
xit esse difficilimam. Ter.
Q ui. uero ait ut oñdit ita mouet: uñ
illud extat: nulla ẽ tãta orõ q̃ manca
nõ sit: nisi adiumento pnũciatõis su/
stentet̃: ꝙ ẽt Hortẽsius iudicauit q pp
pnunciatõem solã Cic. cõparabatur
cum longe minus ornate diceret nos
q Ci. derogat opinioni eoꝝ. Egre/
gia: sup alia. Nemine obligãte: nul
li latinæ: græci uero negligente. Ad
sensus ptineret: difficile ẽ. n. manda/
re litteris modũ pnunciandi: q audi/
tui nostro ptinet & modũ mouendi q
ptinet ad uisum. In uocis figuram: an
clara: an mediocris: an infima uox eẽ
debeat. Suũ habitũ: hẽt propriã essen
tiam cõparatam exercitatione sua: al/
terã siue mediocrẽ: siue ĩfimã. Rõne
cõparatũ: q̃ nõ ad arbitriũ orãtis uten
da ẽ uox: sed cum regulis & ratione:
puta in re aspera: clara in mansueta
humili maiori uti oportet. Industriã:
auget accuratio uel euitando q̃ noce/
ant: sequendo quæ prosunt in quo di
cit̃ defecisse Demosthenes qui cum
ut ait. Q ui. primã artis suæ litterã p
nunciare nõ posset lapillis more con
ceptis & montẽ ascẽdere nunq̃ currer̃
desistebat: donec uocis promptitudi/
nem assecutus esset. Exercitatio decla
rat. s. i thematibus fictis q̃ græce mel
lete. comunis enim res est omnes sci/
unt quid noceat & prosit uoci. Nisi
ad eos: nisi forte etiam uoles consule
re professores uocis conseruandæ qui
& ipsi remedia contulerint. Firma
ergo: dabit triplicẽ rationem & quo
modo principio in medio & quomo
do in fine orationis seruandum sit.

in primis & i posteris cãæ ptibus collocare. Medi
ocres & neq; iutiles ad dicẽdũ neq; necessarias ad
pbandũ: quæ si sepati ac singulæ dicant̃ infirmæ
sint: cũ ceteris cõiunctę fiũt firmæ & pbabiles in
terponi & i medio collocari oportet: nã re narrata
stati expectat aius auditoris ex qua re cã cõfirma
ri possit: quapp cõtinuo firmã aliquã oportet in/
ferre argumentationem. Et quoniam nuperrime
dictũ facile memorię mãdat̃ utile ẽ cũ dicere desi
namus recentẽ aliquã relinquere i ais auditorũ be
ne firmã argumentationẽ. Hæc dispositio locorũ
tanq̃ instructio militum facillime in dicendo: si/
cut illa in pugnando parere poterit uictoria.

## De pronunciatione.

Ronũciationẽ multi maxie utilẽ oratori di
xerũt eẽ & ad psuadẽdũ plurimũ ualer̃: nos
qdẽ unã de quinq; rebus plurimũ posse nõ facile
dixerius nec egregie magnã esse utilitatẽ i pnun/
ciatõe sola audacter cõfirmauerius: nã cõmodæ i
uentiões & cõcinæ uerboꝝ elocutiões & ptiũ arti
ficiosæ dispositiões & hoꝝ oium diligẽs memoria
sine pnũciatõe nõ plusq̃ sine his rebus pnũciatio
sola ualere potuit. Q uar̃: qa nemo de ea re diligẽ
ter scripsit: nãq; oẽs uix putarũt posse de uoce ge
stu dilucide scribi cũ hæ res ad sensus nr̃os ptine/
rent: & qa magnope nobis id dicẽdũ ps ipsa com
parãda ẽ: nõ negligẽter uĩ tota res cõsiderãda. Di
uidit̃ igr̃ pnũciatio i uocis figurã & corpis motũ
figura uocis ẽ quę suũ quendã possidet hitũ rõne
& idustria cõparatũ. Ea didit̃ i tres ptes: magnitu
dinẽ: fortitudinẽ: mollitudinẽ. Magnitudinẽ uo/
cis maxie natura cõparat nõ nihil auget sed maxi
me conseruat accuratio. Firmitudinẽ uocis maxi
me natura cõparat nõ nihil adauget: & maxie con
seruat exercitatio declamationis mollitudinẽ uo/
cis: hoc est ut eã torqre pro nr̃o cõmodo possimꝰ
maxime faciet exercitatio declamatiõis: Q uapp
de magnitudie uocis & firmitudis pte: quoniã al/
tera cura: altera natura cõpatur: nihil ad nos atti/
net cõmouere nisi ut ab his q nõ iscii sũt eiꝰ artifi
cii rõ curãde uocis petat̃. De ea pte firmitudis q̃
cõseruat̃ rõne declamationis & de mollitudie uo/
cis: q̃ maxime necessaria ẽ oratori: quomodo ea
quoq; moderatione declamationis comparatur di
cendum uidetur. Firmã igitur q̃ maxie poterimꝰ
in dicendo uocem conseruare: si q̃ maxie sedata &

dep̄ſſa uoce pricipia dicem⁹. Nā lædunt̄ arteriæ
ſi āteq̄ uox bene pmulſa ē acri clamore cōplent̄:
& iteruallis longiorib⁹ uti cōueniet. Recreat̄.n.
ſpū uox & arteriæ cōticendo reqeſcūt. & cōtinuū
clamorē oīttere & ad ſermonē redire oportet pit̄er
Cōmutatiōes.n. faciūt ut nullo genere uocis effu
ſo i omni uoce itegri ſimus: & acutas uocis excla
matiōes uitare debem⁹. Ictus.n. fit & uulnerant̄
arteriæ acuta atq̄ʒ extenuata nimis acclamatiōe:
& ſiqs ſplēdor ē uocis cōſumit̄ uno clamore uni
uerſus & uno ſpiritu cōtinet̄ multa dicere cōueīt
i extrema orone. Fauces.n. calefiūt & arteriæ cō/
plent̄: & uox quæ uarie tractata ē reducit̄ i quen
dā ſonū æquabilē atque cōſtantē. Quia uero ſæ/
pe rerū naturæ gratia quædā iure debet̄: uelut ac
cidit i hac re. Nā hoc dixim⁹ ad uocē ſeruandā p
deſſe idē attinet ad ſuauitatē pnunciatiōis. ut qd
natura uoci proſit idē uoluntate auditoris pbet̄:
utile ē ad firmitudinē uocis ſedata uox i pricipio.
Quid.n. iſuauius q̄ clamor i exordio cauſæ iter/
ualla uocē cōfirmāt eadē ſentētias cōciniores diui
ſiōe reddūt & auditori ſpatiū cogitādi relinquūt.
Cōſeruat uocē cōtinui clamoris remiſſio: & audi
torē qdē maxīe delectat uarietas & ſermone aīum
eius retinet & exuſcitat clamore. Acuta exclama/
tio uocē & fauces uulnerat: eadē lædit auditorē:
hēt.n. qdā illiberale & ad muliebrē poti⁹ uociſe/
rationē q̄ ad uirilē dignitatē i dicēdo accōmodatū
i extrema orone cōtinēs uox ī medio ē uoci Quid
hæc eadē nōne aīum uehemētiſſime calefacit audi
toris i toti⁹ cōcluſiōe cauſæ. Qm̄ igit̄ res eadem
uocis firmitudini & pnunciatiōis ſuauitati pro/
ſunt de utraq̄ʒ re ſimul erit in pſentia dictū eſt de
firmitudine quę uiſa ſunt: & de ſuauitate que cō/
iuncta fuerunt certa ſuo loco poſt dicemus.

De uocis mollitudine.

Ollitudo igitur uocis quoniam omnis ad
rhetoris præceptionem ptinet diligentius
nobis cōſiderāda eſt eā diuidiūs i ſermonē conten
tionem & āplificationem. Sermo eſt oro remiſſa
& finita quotidiāæ locutiōi. Cōtentio eſt oro acris
ad confirmandū & confutandum accommodata.
Amplificatio eſt oratio q̄ aut in iracundiam indu
cit: aut ad miſericordiam trahit auditoris animū.
Sermo diuiditur in partes q̄tuor dignitatē: demō

Arteriæ: uena quæ habet ſanguinē
cum uento. Aulusgellius reprehendit
quēdam q dixit ſe tangere uenā pul/
ſi. uena nō ſolum habet ſanguinē in/
teruallis: pulſationibus ut hoc. Arma
uirunq̄ʒ cano troiæ qui prius ab oris.
Italiā fato pfugus: recitando p inter
uallis: & ad continuū clamorem hoc
pertinet & ad medium nā ubiq̄ʒ non
eſt ſeruandū: ut clamores ad tpūs fi/
ant. Redire ad ſermonem: ad pnū
ciationē remiſſam cum clamamus.
nam paulopoſt dicet cōtentionem eē
clamorem & ſermonē uocem remiſ/
ſam. Cōmutationes. ſ. modo cla/
mandi: mō remittendi uoces. Nō ef
fuſo: ad clamādum ſparſo. Integri:
pdurantes & ſine offenſiōe. Vno cla
more: ī extrema orone ut: & pulchra
faciet te prole parentem. Sæpe rerū
naturæ: gratia. ideſt ſæpe attulit q̄ res
naturaliter inſita alteri rei ad neceſſi/
tatem habet & querelam: decorē ad
amœnitatē ſicut ī arboribus q̄ ad ne/
ceſſitatē fructuum peruenit frondes:
ſed ad illam neceſſitatem afferunt ēt
ornatum. Probetur: placeat: nanq̄ʒ
placent hōini ipſe pbat. Vtile ē ad fir
mitudinem uocis ſuperius poſuit ea q̄
ſeruanda ſunt ad firmitudinē pronun
ciationis tā in principio q̄ ī medio &
fine orationis: nunc repetēs eadē oſtē
dit ad ea pcepta neceſſario conſeruan
da accōmodatū eſſe quadam delecta
tione. Interualla: uocem quantū ad
medium. Clamoris remiſſio: repe/
tit illud ſuperius continuum clamo/
rem omitterem. Cum ſermone eius
animi: p illud ſuperius dixit & acutas
uoces & clamationes uitare: & eſt me
us ordo ſeruatus. Quæ uiſa ſunt. ſ.
dictum ē. Cætera ſuo loco. ſ. de mo
litudine quæ ſola reſtat: Nam de fir/
mitudine quæ comparatur exercita/
tione dixit. De magnitudine uero qa
nō comparatur de parte firmitudinis
quæ cura conſeruatur ad eum non at
tinet dicere quoniam ad omnis rhe/
toris preceptionem attinet q̄ non fa/
cit magnitudo: quia eſt a natura & fir
mitudo q̄ ex parte eſt cura.

a D confirmandum: accom/
modata ſicut Verg. de Iuno
ne: Aſt ergo quæ diuum.
Inuidiam inducit: Me ne in
cœpto. Aut ad miſericordiam: ſicut
de Sinone: Oro miſerere laborꝝ Tā
torꝝ miſerere animi nō digna ferētis.
Dignitas eſt oratio ſicut Eoli ad Iuno
nem: tuus o regina qd optas. Explo/
rare labor mihi iuſſa capeſcere fas eſt
Eſt autem dignitas aliter auctoritas

cum honore. Demõſtratio quæ docet: quæ ponit ante oculos rem geſtam ſicut de leucaſpi gubernatione. Excutit̃ pnuſq; magiſter uoluit. Iocatio: ẽ oro ſicut de mneſtheo illũ & labẽtẽ teucri & riſere natãtẽ. Et ſalſos ridẽt reuomẽte a pectore fluctus. Riſum prudẽtẽ: nõ.n. cachinos decet eos mouere oratorẽ cũ ſoluto riſu ſit nihil ieptius. Acceleratio clamoſa: ſicut Verg. i ſecũdo: Creditis auectos hoſtes aut ulla putatis Dona carere dolis danaũ. Sic notus Vlyxes: & bene uidetur conuenire acceleratio clamoſa ad accendendos animos quare maxime fecit aut ad perſuadẽdum: aut ad diſſuadẽdum. Oratio frequens: cũ breuibus & raris interuallis: ſicut illud. Date citi ferrũ date tela: ſcandite muros huius rei autẽ ratio uidet̃: qm̃ cũ aĩo ſunt acceſſi p cõtinuationẽ tunc interuallis breuibus reficit̃ uox oratoris & auditor tñ nõ remittit aĩum cito uerba cõtinuãdo. Peccatum ampli. amplificat̃ aũt peccatũ nõ uno uerbo p duobus uocabulis: tantũ puta occidit hoĩem: ſed addẽdo circũſtantias: ſicut Verg. de Pigmalione. Impius ante aras: atq; auri cæcus amore Germane. Ad iracũdiã: qs.n.ẽ tam duri animi q audita Sichei morte pigmalionẽ nõ uehemẽter adierit. Incõmodorũ: ãplificatio: ſicut de Sinõe: Nec mihi iã patrias ãtiq̃. Igit̃ mollitudo Epilogat diuiſiões de mollitudine factas i tres ptes. ſ. ſermonẽ: cõtẽtionẽ & ãplificationẽ. Moto alias: q̃a ſermo hẽt q̃tuor: cõtẽtio duas: & totidẽ amplificatio cũ ẽ i dignitate: i orone graui. Plenis faucibus: uti uox groſſior ſit ſicut illud. Tuus o regina q̃d optes. Explorare labor mihi iuſſa capeſcere fas eſt. Ad tragicã: qua utũt mimmi recitãtes tragœdias: q̃ uox timiditatẽ hẽt nimiã. In demõſtratione q̃ narrat̃ q̃uo q̃d geſtũ ſit: ſicut dictũ ẽ de leucaſpi: Aſt illũ ter fluctus ibidẽ Torq̃t agẽs circũ. Crebris interuallis. ſ. ut det ſpatiũ cogitãdi auditoribus q̃uo ſe hẽat res. Miſcere: iprimere in aĩs auditorũ. Interſecare: interſecãdo ptes i aĩs ponere. Vocũ uarietates: put uaria ſũt q̃ narrant̃. Celeriuſcule dicemus: ſicut hic. Quadrupedeq; citũ crebris calcaribus urget. Aliud occioſe: ſicut hic: Aſt ego quæ diuũ. Modo acriter: quos ego & itẽ ſi ſenſerim: Daue te in priſtinũ dedã. Dicta rogata: reſpõſa ſicut in dialogis unus alterũ iterrogat & alte reſpõdet. alio modo puta in paſſione ieſu chriſti rogat: cui me redditis? illi reſpõdẽt: acriter crucifige: ſic iter in multis locis. Siquæ admirãtiões. Tu ne ille Aeneas quẽ dardanio ãchiſæ. Signi oris: non tamẽ ridendo quod eſt cõtra dignitatẽ oratoris: ſed dilatãdo frontẽ & aperiẽdo os. Ad liberalẽ iocũ: in quo excidit̃ cachiatio & ſolutus riſus ſicut illud. Labentẽ teucri & riſere natantem: Et ſalſos rident reuomentẽ a pectore fluctus. Cum contendere oportebit. i. cum cõtentionẽ faciemus: quæ eſt oratio acris per continuationẽ: per orationẽ clamoſam cũ tenuitate.

ſtrationẽ: narrationẽ: iocationẽ. Dignitas eſt oro cũ aliq̃ grauitate & uocis remiſſiõe. Demõſtratio eſt: q̃ docet remiſſa uoce q̃uo q̃d fieri potuerit aut nõ potuerit. Narratio ẽ rerũ geſtarũ expoſitio. Iocatio eſt oro q̃ ex aliqua re ueriſimili riſũ prudẽtẽ & liberalẽ mouere poſſit. Cõtentio diuidit̃ i cõtinuatiõem & diſtributionẽ. Cõtinuatio eſt orõnis enũciãdæ acceleratio clamoſa. Diſtributio ẽ in cõtentiõe oro frequens cũ raris & breuib⁹ iteruallis acri uociferatione. Amplificatio diuidit̃ in cohortationem & cõqueſtiõem. Cohortatio ẽ oro: quę aliquod peccatũ amplificãs auditorẽ ad iracũdiã adducit. Cõqueſtio eſt oro q̃ incõmodorũ amplificatiõe aĩum & miſericordiã pducit. Quoniã igit̃ mollitudo uocis i tres partes diuiſa eſt: & hæ ipſę partes in octo alias ptes diſtributæ ſũt: q̃ cuiuſq; idõea pnũciatio ſit demõſtrãdũ uidet̃. Sermo cũ eſt i dignitate plenis faucibus q̃ ſedatiſſima & depreſſiſſima uoce uti conueniet: & ita tñ ne ab oratoria cõſuetudine ad tragicã tranſeamus. Cũ aũt in demõſtratiõe uoce paululũ attenuata crebris interuallis & diuiſiõib⁹ oportet uti: ut ipſa pnũciatione eas res quas demõſtrabimus inſerere atq; interſecare uideamur in animis auditorũ. Cum aũt ſermo in narratione ẽ: uocũ uarietate opus eſt: ut quo quicq; pacto geſtum ſit: ita narrari uideat̃. Strenue quod uolumus oſtendere factũ celeriuſcule dicemus at illud ocioſe retardabimus. deide mõ acriter: tum clæmẽter: mœſte: hilariter in oẽs partes cõmutabimus: ut uerba ita pnũciatione: ſiq̃ inciderint in narratione dicta rogata: reſpõſa: ſi quæ admirationes de quib⁹ nos narrabimus diligenter animaduertemus: ut omniũ pſonarũ ſenſus aiq; aios uoce exprimam⁹. Sin erit ſmo i iocatiõe: leuiter tremebũda uoce cũ pua ſignificatiõe riſus ſine ulla ſuſpitõe nimiæ cachinatiõis leuiter oportebit a ſmõe ſerio torq̃re ad liberalẽ iocũ uocẽ: cũ ãt cõtẽdẽ oportebit: qm̃ id aut pᵓtiuationẽ

Per diſtributionem: per oratione̅ acrem cum interuallis. Adaucto ſono uerbis continuatis ſicut de lichaonteo miſeri creditis aduectos hoſtes ſic notus Vlyxes. Mediocriter: q̲a nimia uoce acrimonia raucitate̅ inducit. Clariſſima: ualde laudabili: na̅ clarus ptinet ta̅ ad auditu̅: qua̅ ad uſum.
Ta̅tu̅ ſingula i̅terualla: ut ta̅tu̅ ſilemus: qua̅tu̅ exclamauimus: ſicut illud: Aut hoc incluſi ligno occultant achiui proſunt au̅t ta̅ ad co̅ſeruatione̅ uocis: qua̅ auditoris i̅tellige̅tia̅. In amplificatio̅ibus: duæ eni̅ ſu̅t. ſ. co̅motio iracu̅diæ & miſericordiæ. Cu̅ coharratione: qua̅do moue̅t i̅dignatio ſicut Priamus de pyrrho: Et tibi ꝓ ſcelere exclamat pro talibus auſus. Dii ſi qua ecœlo eſt pietas: quæ talia curret Perſolua̅t grates dignas & ꝓmia redda̅t. Digna: q̲ nati cora̅ me cernere lætu̅. Feciſti & patrios fedaſti ſanguine uultus. Co̅mutatione. ſ. cum i̅teruallis.
In co̅queſtio̅e: quæ miſericordiam moueat ꝑ ſi qua eſt quæ reſtat ad huc moralibus uſq̲̃ intemerata fides oro miſerere laborum Tantoru̅ miſerere animi non digna ferentis: commutationibus. ſ. interuallorum.
m Otus corporis: hæc eſt ſecunda pars nu̅cia ꝓnunciationis ſine qua oratio frigidior uidetur & ſine qua nullu̅ effectu̅ habet perſuadendi. Pudorem: fugimus honeſtatis. Acrimonia̅: ueheme̅tia̅ grauitatis. Nec uetuſtate̅: nec turpitudine̅ mediu̅ igitur ſeruandu̅ e̅ inter utru̅qꝫ & perite format oratione̅ prius ad generalia. aut hiſtriones: quippe nimia uetuſtas facit nos uideri minimos qui nimiu̅ ſubtiliter ſe gerunt. Aut operari: hoc refert ad turpitudine̅ quæ conuenit agrico is hic cu̅ narrent pectus auditoris modicu̅ percutiu̅t. Sta̅tes i̅ ueſtigio: tertio q̲dem ptinet ad grauitate̅: ſicut illud quod ante dictu̅ e̅. Eolus hæc co̅tra tuus o regina q̲d optaſ. nam & ſi alia plura exempla inuenire poſſumus. co̅modius tamen uidere̅t in eaſdem uerſari leui dexteræ de motu uultus ſecundu̅ motus diffinitione̅ hilaritate: ſicut illud: Tu̅c uictu reuocant uires fuſiqꝫ per herbam. Et triſtitia ſint: paulopoſt; Ac pius Aeneas nunc acris oronti: Nunc amici caſum gemit & crudelia ſecum fata lyci fortemqꝫ cloantu̅. In demo̅ſtratione: Aſt illu̅ ter fluctus ibidem: Torquet age̅s circu̅: & rapidus uorat æquore uortex. Corpus a ceruicibus demittemus: ꝓducendo caput in anteriorem parte̅. In narrato̅e: cauu̅ co̅uerſa cuſpide mo̅tem i̅pulit in latus ac ue̅ti uelut agmine facto: Qua data porta ruu̅t. Sine co̅mutatione geſtus eode̅ ſemꝑ ſtatu corporis ꝑmane̅tes ut illu̅ & labe̅te̅ teucri & riſere natante̅. Si co̅tendemus: ſi acri uoce attenuabimus i̅ ꝓnu̅ciando & ſumat quartu̅ exemplum a ſuperioribus in ambulatione porrige̅do pedem in modum paſſus. Supploſione: percutie̅do: ſcilicet terram.

aut per diſtributione̅ faciendu̅ eſt. In co̅tinuatio̅e adaucto mediocriter ſono uocis uerbis co̅tinuandis uoce̅ quoque iungere oportebit: & torquere ſonu̅ & celeriter clamore uerba co̅ficere̅ ut uim uolubile̅ oro̅nis uociferatio co̅ſeq̲ poſſit. In diſtributione uocem ab imis faucibus exclamatione q̲̃clariſſima adhibere oportet: & q̲̃tum ſpatij per ſingulas exclamationes ſi ſumpſerimus tantu̅ inter ſingula i̅terualla ſpatij co̅ſumere iubemur. In amplificationibꝰ cu̅ cohortatione utemur uoce attenuatiſſima: clamore leui: ſono æquabili: co̅mutatio̅ibus crebris maxi̅a celeritate. In conqueſtione utemur uoce depreſſa: inclinato ſono: crebris: longis ſpatijs: magnis co̅mutatio̅ibus. De figura uocis ſatis dictu̅ e̅: nu̅c de corporis motu dice̅du̅ uide̅t.

De motu corporis.

m Otus corporis eſt geſtus & uultus moderatio: q̲̃da̅ quæ ꝓnu̅cia̅ti co̅uenit & ꝓbabiliora reddit ea q̃ ꝓnu̅cia̅t. Co̅uenit igi̅t in uultu pudore̅ & acrimonia̅ ee̅: i̅ geſtu uetuſtate co̅ſpicua̅ nec turpitudine̅ ee̅: ne aut hiſtriones aut operarii uidea̅t eſſe. Ad eaſde̅ igi̅t ꝑtes in quas uox eſt diſtributa: motus quoqꝫ corporis ro̅ uide̅t eſſe accomoda̅da. Na̅ ſi erit ſermo in dignitate ſtantes in ueſtigio leui dexteræ motu loqui oportebit hilaritate triſtitia: mediocritate uultus ad ſermonis ſententias accomodata. Sin erit in demo̅ſtratione ſermo paululu̅ corpus a ceruicibus dimittemus: Nam hoc eſt a natura datu̅ ut q̲̃proxime tum uultum: tum manu̅ admoueamꝰ ad auditores: ſi qua re̅ docere eos & uehemeter inſtigare uelimꝰ. Sin erit in narratio̅e ſermo ide̅ motus poterit idoneus eſſe q̲ paulo ante demo̅ſtraba̅t in dignitate. Sin i̅ iocatione uultu qua̅da̅ debemus hilaritate̅ ſignificare ſine co̅mutatio̅e geſtus. ſin co̅te̅demus ꝑ co̅tinuatione̅: brachio celeri: mobili uultu acri aſpectu utemur. Sin co̅te̅tio fiet per diſtributione̅ celeri porrectio̅e brachii: ambulatione pedis dextri rara ſupploſio̅e: acri & defixo aſpectu uti oportet Sin utemur a̅plificato̅e ꝑ cohortatione̅ paulo tardiore: & co̅ſideratio̅e geſtu co̅ueniet uti ſimilibus

Cæteris rebus atq; in contemptio-
ne: reliquis geſtis utemur tam in co-
hortatione: quam in contemptione.
Fœmineo plangore: capiantur exē-
pla ſinonis ſupra poſita. Non ſum
neſcius: ponit excuſationem. Ex ani
mo agi: qa nemo poteſt bene cogno
ſcere uim rei niſi ita exprimatur foris
ſicut ſentit animus per geſtus ſic tan-
git Horatius ad Aeſuthrum: ad repo
ſitionem.

m Emoria: hoc eſt quartum
oratoris officiū: cuius ori-
go tractatur in li. de claris
oratoribus. Artificii: ar-
tis. Aliud dicendi tempus: alio tem
pore magis idoneo oſtendam ſi hæc
pars per artem uel per naturam com
paretur. nunc uero noſtro non conue
nit propoſito: quia decreuimus hunc
libellum breui ad te perſcribere. tra-
ctauit autem in eodem libro de ora-
tore: perinde atq; tanq̄ nulla ſit dubi
tatio qui artificioſa ſit ita tractabo.
Alias oſtendemus: oſtendit euim in
libro oratorum ut diximus. Inſita:
naturaliter poſita: ſed quoniam in cæ
teris probat a ſimilibus artificialem
memoriam prodeſſe naturali. Imi
tatur doctrinam: quia aliquis ignarus
artis propter ſubtilitatem īgenii ſciet
ſtruere aliquod opus: ita commode
quam is qui artem nouerit. Ita fit:
adaptat ſimilitudinē: ſimilis ſit huic
artificioſæ qualē huic Themiſtocles
qui ſolitus eſt dicere ſe aliquando in-
digere: quia naturalis confirmatio ar
tificiali & artificialis ſine naturali eſſe
non poteſt. Nec hoc aut magis: aut
minus. i. eodem modo accidit in me
moriis ꝙ in cæteris rebus aut ars na-
turā adiuuet & econuerſo. natura. n.
ferrum inuenit & ars gladium: bene
Quint. neq; ars primum neq; natu-
ra inuenit extremum ingenio natura
li in ſubtilitate. Paulopoſt: cum le-
ges ac ſcripta. Tamē iuſta cauſa da
retur: excuſat ſe quare hoc ſcribat re-
mouens obiectionem hoc modo li-
cet multi ſunt: ꝗ memoria per ſe ua-
lent ſine arte ſicut diximus de The-
miſtocle: tamen multi ſunt tardio-
res: quibus prodeſſe poterit. Qui
breuiter. quæ amplitudo loci: ſcien-
tia tota domus memoriam impedit.
Perfecte ut locus ſit integer: conti-
nuus. Inſignitus: ut ab aliis differat
quia ſimilitudo confundit ſicut colū-
næ plures: aut a natura ſicut ortus ar-
boribus cōſitus manu ſicut inſtrumē
ta domus hoſtia. Intercolūniū ſpa-
tium intercolumnas. Fornicē: cur-
uationem hoſtiorum. Notæ: ſigna

cæteris rebus: atque in cōtentione per cōtinuatio
nē, Sin utemur āplificatiōe ꝑ cōqueſtionē fœmi-
neo plāgore & capitis ictu nōnūquā ſedato & cō
ſtanti geſtu mœſto & cōturbato uultu uti oporte
bit. Nō ſum neſcius q̄tū ſuſceperi negocij ꝗ mo-
tus corpis exprimer̄ uerbis & imitari ſcriptura co
natus ſum uoces. Veꝝ nec hoc cōfiſus ſum poſſe
fieri: ut de his rebꝰ ſatis cōmode ſcribi poſſet: nec
ſi id fieri nō pōt hoc qđ feci forte inutile putabā:
ꝓpterea qđ hic admonere uoluimꝰ qđ oporteret
reliqua trademꝰ exercitatiōi: hoc ſcire tn̄ oportet
ꝓnūciationē bonā eo ꝑficere ut res ex aīo agi ui
deat̄. Nunc ad theſaurū inuentorū atq; oīum par
tium rhetoricæ cuſtodem memoriā trāſeamus.

De memoria.

m Emoria utrū habeat quidā artificij an oīs
a natura ꝓficiſcat̄ aliud dicēdi tēpus ido
neū dabitur. Nūc peride atq; cōſtet in hac re mul
tū ualere artē & præceptionē: ita de ea re loquēt̄.
placet. n. nobis eē artificiū memoriæ: q̄re placeat
alias oſtendemus in præſentia cuiuſmōi ſit ea ape
riemus. Sunt igit̄ duæ memoriæ: una naturalis
altera artificioſa. Naturalis ē ea quæ nr̄is animis
inſita ē: & ſine multa cogitatiōe nata. Artificioſa
eſt ea quā cōfirmat īductio quædā & rō præcepti
onis. Sed qa rebꝰ in cæteris īgenii bonitas imitat̄
ſæpe doctrinā: ars porro naturę cōmoda cōfirmat
& auget: ita fit in hac re ut nōnunq̄ naturalis me-
moria ſi cui data ē egregia ſimilis ſi huic artificio
ſæ porro hæc artificioſa naturę cōmoda retinet &
amplificat rōne doctrinæ. Quapropter naturalis
memoria præceptiōe cōfirmāda ē ut ſic egregia &
hæc q̄ doctrina dat̄ īdiget ingenii: nec hoc magis
aut minus in hac re q̄ in cæteris artibꝰ fit ut ige-
nio: doctrina pręceptiōe natura niteſcat. Quar̄ &
illis ꝗ natura memores ſūt utilis hęc erit īſtitutio
qđ tute paulopoſt poteris ītelligere: & ſi illi freti
ſuo īgenio nr̄o nō indigerēt: tn̄ iuſta cā daret̄ q̄re
his ꝗ minꝰ īgenii habēt adiumēto uelimꝰ eē: nūc
de artificioſa memoria loquemur. Cōſtat igit̄ ar-
tificioſa memoria ex locis & imaginibꝰ. locos ap
pellamꝰ eos ꝗ breuiter: ꝑfecte īſignite aut natura
aut manu ſūt abſoluti: ut eos facile naturali me-
moria cōp̄hēdere & amplecti quæramus: ut ædes
intercolūnium. angulū. fornicem: & alia quæ his
ſimilia ſunt. Imagines ſunt formæ quędā & notæ

& ſimulacra eius rei quā memiſſe uolumus qđ ge
nus eꝗ: leōis aꝗlæ mēoriā ſi uolemꝯ hr̄e: imagīes
eoꝝ i certis locis collocare nos oportebit. Nūc cu
iuſmōi locos inuēire & quo pacto repꝑire: & i locis
imagines cōtinere oporteat oſtēdēus. Q uēadmo
dū igr̄ ꝗ lr̄as ſciūt poſſunt id qđ dictū eſt ſcribere
& recitare qđ ſcripſerūt: ita ꝗ i modica didicerunt
poſſunt qđ audierūt i locis collocare & ex his me
moriter ꝓnūciare. Loci. n. ceræ aut chartæ ſimilli
mi ſunt. imagines lr̄is diſpoſitio & collocatio ima
ginū ſcripturæ ꝓnūciatio lectōis. Oportet igitur
ſi uolumus multa memiſſe ml̄tos nobis locos cō
parare: ut i multis locis multas imagīes collocare
poſſimus. Itē putāus oportere ex ordīe hos locos
hr̄e nequādo ꝑturbatōe ordinis īpediāur: quo ſeci
us quoto loco libebit: uel a ſuꝑiore: uel ab iferio
re ꝑte imagīes ſeꝗ: ut ea: quæ mādata locis erunt
edere & ꝓferre poſſimꝯ. Nā ut ſi i ordine ſtantes
notos ꝗ̄plures uidemꝯ nihil nr̄a iterſit: utrū a ſū-
mo an ab imo noīa eoꝝ dicere icipiamꝯ. Itē in lo-
cis ex ordine collocatis euenit: ut i quālibet ꝑtem
quoto quoquo loco libebit imagibus cōmōiti di-
cere poſſumus id qđ locis mādauerimus. Q uare
placet ex ordīe locos cōparare & locos quos aſſū-
ſerimus: egregie cōmoditerq; notare oportebit: ut
ꝑpetuo nobis hærer̄ poſſint. Nā imagīes. ſicut lit
teræ delent̄: ubi nihil utimur. loci tanꝗ̄ cæra rema
nere debēt. Et ne forte in nūero locoꝝ falli poſſi-
mus ꝗntū queq; locū placet notari: qđ genus ſi i
ꝗnto loco manū aureā collocemꝯ in decio aliquē
notū cui prænomē ſit decio deide facile erit ꝗnto
quoquo loco ſimiles notas collocare. Itē cōmodi
us ē in derelicta ꝗ̄ in celebri regiōe locos cōparare
Propterea qđ frequētia & deambulatio hoīum cō
turbat & infirmat imaginū notas. Solitudo cōſer
uat itegras ſimulacroꝝ figuras. Præterea diſſimi
les forma atq; natura loci cōparandi ſunt ut diſti-
ctē interlucere poſſint: nam ſi quis multa inter co
lumnia ſumpſerit conturbabitur ſimilitudine: &
ignorabit qd in quoquo loco collocarit & magni
tudīe modica: & mediocres locos habere oportet
nam & præter modū ampliuagas imagīes reddūt
& nimis anguſti ſæpe non uident̄ poſſe caꝑe ima-
ginū collocationē: tūc nec nimis illuſtres nec ue-
hemēter obſcuros locos haberi oportet ne aut ob
cæcent̄ tenebris imagines aut ſplendore ꝑfulgeāt

Eius rei quam meminiſſe uolumus: puta ſi in diuerſis locis pingeremus equum: leonem cum harum rerum meminiſſe uolumus. Locis certis: præfinitis non in dubio poſitis. Poſ ſunt recitare ſicut qui litteras ſcit ſcri-bendo eas meminiſſe poteſt perſcrip tas. Ita qui litteras ignorat poterit ꝑ imagines recordari. Modica: ualde pauca. Q uo ſecius: ordo ne impedi amur ſequi imagīes ſecius tardius quo loco: quoto quoq; libebit. Nihil no ſtrà interſit probat a commodo: qua ſi in ordine locamus nomen munitū erit: ab quauis parte omnium incipia mus. Egregie: commode: unde hæc regula uocabitur de locorum com-mendatione. Hærere: in memoria fixos eſſe. Dictum facile: erit ſcilicet iſto exemplo de duobus primis: ſcili-cet quīto & decimo facile poterimus in aliis nomina collocare. Conſer-uat integras: quia ſine ulla intermiſſio ne recordamur. Diſſimili forma: atq; natura: ut domus deſertæ: hoſti um: angulus: frons & ſimilia: quæ na tura atq; forma diſſimilia ſunt. Di-ſtincte: ſeparatim nam ſiqui poſt regu lam ſeruandam: docentq; quid fugi-endum ſit. Inter columnia: ſpatia in ter columnas: quæ ideo conturbant: quoniā ſimilitudinem habēt niſi inter ea ſpacia aliqd diſſimile pro loco po-nat̄. Tūc nec nimis illuſtres: aliud ꝓ ceptū de mediocritate lucis. Obcæcē tur: primo rn̄det. Perfulgeant: ſupra modū luceant. Pedū trecenū: trigin-ta pedū. Nā ut aſpectus: faciet ſimili-tudinē de uſu corꝑali ad uſum mētalē

Videri: bene dixit: quia uidere ad uſũ
& ad mentem pertinet. Qui paulo
plura nouit: qui peritus eſt multarum
rerum: qui multa loca uidit per urbes
Quanuis: quantumuis. Ad iſta ido
nea ſi loca quæ alibi uidit non uiden-
tur ſibi idonea ad memoriam ſuam.
Ipſe conſtituet: finget ſibi in mente.
Quanuis: quamlibet. Architectare
ingenioſe deſignare architectus enim
eſt magiſter non laborans: ſed ædifi-
cia ſuo ingenio deſignans. Hac prõ-
pta. ideſt iis ædificiis manualiter fa-
ctis. Quoniam ergo rerum: quoni-
am ex omnibus imago repræſentans
debet eſſe ſimilis. Similitudĩes ideſt
notæ quæ in locis conſtituuntur: tanꝗ̃
litteræ in charta. Notas: ſigna illuſtria
Si formam detinebimus: ſi illum co
gnoſcemus aliquem ægrotum illi ſi-
milem uel nomĩne uel aliqua re: non
de minimo loco: ſed illuſtris familiæ
ſicut epiſcopũ: principem. Dextra
poculum: pateram argenteam: non
craterem: quia parum ſuſtinet memo
riam & per hoc ſignificat uenenum
ſumptum. Per tabulas: ĩtelligemus
hæreditatis cauſa factum. Teſticu-
los arietinos: per hoc ſignificamus te
ſtes & non ſine cauſa eligit teſtes arieti
nos qui magni ſunt: ut omnia inſi-
gnia eſſe debere ad memoriam. Cæ
tera omnia: ut ſi occiſum hominem
pingeremus imagine cum capite fixo
Diligenti ratione: ut notas facere re
bus ſimiles cum diligentia. Cum uer
borum: uocabulorum: & eſt exprime
re expreſſe locare. Plus negocii: la-
boris & induſtriæ in quo oſtendit dif
ficultatem. Iam domi: dat exemplũ
unius uerſus quomodo collocandus
ſit per imagines. Tollentẽ magnus
in ſignum factæ ſibi ultionis. Domi-
tiũ quia domi a regibus martiis a Ro
mulo & Remo: per quos duos reges
intelliguntur. Eſopum & cimbrum
ſubornari: hi duo mimmi erant qui
conſueuerant recitare tragœdiam de
Iffigenia filia Agamemnonis: unde
ſic ait. Si uolumus recordari atridæ
parant. Fingemus duos mimmos in
habitu Agamemnonis: & Menelai
qui circum Iffigeniam filiam euagen
tur: tum ualet hæc imaginum annota
tio prodeſſe poterit: ſi illud quod uo-
lumus recordari: per memoriam na
turalẽ exerceamus ut facile ĩ prõptu ſit
deĩde cũ bene memoriã naturalẽ exer
cuerĩt tũc exprimãt uocabula cũ imagi
nibus & ſimul bis aut ter ea exerceat.

Interualla locoꝝ mediocria eẽ oportet ferre paulo
plus aut mĩus pedũ tricenũ: nã ut aſpectꝰ: ita co
gitatio mĩus ualet: ſiue nimis ꝓcul remoueris ſi-
ue uehemẽter ꝓpe admoueris id qđ oportet uideri
Sed ꝗ̃ꝗ̃ facile ẽ ei q paulo plura explorauit ꝗ̃uis
multos & idoneos locos cõpararet: tamẽ ſiqs ad
iſta idoneos ĩuenire ſe nõ putauit: ipſe ſibi cõſtitu
at: qđ uolet multos licebit. Cogitatio. n. ꝗ̃uis re-
gionẽ põt ãplecti & ĩ ea ſitũ loci cuiuſdã ad ſuum
arbitriũ fabricari & architectari. Quare licebit ſi
hac prõpta copia cõtenti nõ erimꝰ noſmetipſos co
gitatiõe noſtra regionẽ cõſtituere: & idoneoꝝ lo-
coꝝ cõmodiſſimã diſtrictõnẽ cõparare. De locis
ſatis dictũ eſt: nũc ad imaginũ rationẽ trãſeamꝰ.
Quoniã ergo rerũ ſimiles imagĩes eẽ oportet ex
oĩbus uerbis noſmet notas nobis ſimilitudĩes eli-
gere debẽus. Duplices igr̃ ſimilitudĩes eẽ debẽt:
unæ reꝝ: alteræ uerboꝝ: Reꝝ ſimilitudĩes expri-
munť: cũ ſũmati ipſoꝝ negocioꝝ imagĩes cõpara
mꝰ. Verboꝝ ſimilitudĩes cõſtituũť: cũ uniuſcu-
iuſqȝ nõis & uocabuli mẽoria imagĩe notať. Rei
totius memoriã ſæpe una nota & imagĩe ſimplici
cõprehendĩus hoc modo. Vt ſi accuſator dixerit
ab reo hominem ueneno necatũ & hæreditatis cã
factũ arguerit: & eius rei multos dixerit teſtes &
cõſcios eẽ. Si hoc primũ ut ad defendendũ nobis
expeditũ ſit memiſſe uolẽus ĩ prĩo loco rei totius
imaginẽ cõfirmabimꝰ: ægrotũ ĩ lecto cubãtẽ fa-
ciẽus ipſũ illũ de quo ageť. Si formã eiꝰ detinebi
mꝰ: ſi eũ nõ agnouerĩus aliquẽ ægrotũ nõ de mi-
nimo loco ſumẽus ut cito ĩ mẽtẽ uenire poſſit: &
reũ ad lectũ eiꝰ ſtatuẽus dextra poculũ ſiniſtra ta
bulas medico teſticulos arietinos tenẽtẽ: hoc mõ
& teſtiũ & hereditatis & ueneno necari mẽmoriã
hr̃e poterimꝰ. Itẽ deĩceps cætera oĩa ex ordĩe ĩ lo-
cis ponemꝰ. Et quotiẽſcũqȝ rẽ memiſſe uolemus
ſi formaꝝ diſpõne & imaginũ diligenti notatione
utemur facile ea quæ uolemꝰ memoria cõſeque-
mur. Cũ uerboꝝ ſimilitudĩes imagibus exprime
re uolemꝰ plus negocii ſumemꝰ & magis ĩgeniũ
noſtrũ exercebimꝰ: id nos hoc mõ facere oporte-
bit. Iã domi ultionẽ reges attridæ parãt ĩ loco con
ſtituere oportet manus ad cœlum tollentem do-
mitium: cum a regibuſ marus loris cædatur. hoc
erit iam domi ultionem reges. In altero loco eſo-
pum & cimbrum ſubornari: & iphigeniã uagãtẽ

hęc erit atridæ parant:hoc mõ oĩa uerba erunt ex
preſſa:Sed hæc imaginũ cõfirmatio tũ ualet ſi na
turalẽ mẽoriã exuſcitaueriꝰ hac notatõe ut uer/
ſu poĩto ipſi nobiſcũ primũ trãſeamꝰ bis:aut ter
cũ uerſum.deĩde cũ imagibus uerba exprimamꝰ
hoc mõ naturæ ſuppeditabit̃ doctrina. Nã utra/
que altera ſeperata minus erit firma:ita tamen ut
multo plus in doctrina atq; arte perſidii ſi quod
docere non grauaremur ni metuerimus ne cũ ab
ĩſtituto nr̃o receſſiſſemus minus cõmode reſerua
retur hæc dilucida breuitas.præceptionis. Nunc
quoniã ſolet accidere ut imagĩes partim firmæ &
ad monendũ idoneæ ſint:pti imbecilles & ĩfirmæ
quæ uix memoriã poſſunt excitare. Quare de cã
utrũq; fiat cõſiderandũ ẽ ut cognita cã quas uite
mus & quas ſequamur imagines ſcire poſſimus.
Docet igit̃ nos ipſa natura quid oporteat fieri:
Nã ſi q̃s res ĩ uita uidemus paruas:uſitatas:quo/
tidianas meminiſſe nõ ſolemꝰ propterea qd nulla
niſi noua aut admirabili re cõmouet̃ animus:at ſi
quid uidemus aut audimus egregie turpe:aut ho
neſtũ ĩcredibile magnũ ridiculũ id diu meminiſſe
conſueuimus. Itaq; quas res ante ora uidemus ob
liuiſcimur plerunq; quæ acciderunt ĩ pueritia me
minimus optĩe ſepe.nec hoc alia de cã põt accide/
re:niſi quod uſitate res facile e mẽoria labunt̃:ĩn
ſignes & nouæ diutius in aĩo manent. Solis exor
tus curſus:occaſus nemo admirat̃:propterea:qa
quotidie fiunt ad eclypſim ſolis mirantur:quia ra
ro accidit & ſolis eclypſim magis mirantur q̃ lu/
næ:quoniã hæ crebriores ſunt. Docet ergo natu/
ra uulgari & uſitata re non exuſcitari:nouitate ue
ro & inſigni quodã negocio cõmoueri. Imitatur
ars igit̃ natura & qd ea deſiderat ĩueniet:ſi quod
oſtẽdit ſeq̃t̃. Nihil ẽ eñi qd aut natura extremũ
ĩuenerit aut doctrĩa primũ:qa rer̃ prĩcipia ab ige
nio pfecta ſunt & ex eius diſciplina cõparantur.
Imagines igitur nos in eo genere cõſtituere opor/
tebit:quod genus in memoria diutiſſime poſſit
remanere id accidet ſi q̃ maxime notas ſimilitudi
nes conſtituemus ſi non multas nec uagas:ſed ali
quid agentes imagines ponemus:ſi egregiã pul/
chritudinẽ aut unicã turpitudinẽ eis attribuimꝰ
ſi aliq̃s exornabimꝰ:ut ſi corona aut ueſte purpu
rea:quo nobis notatior ſit ſimilitudo: aut ſi ali/
quã rẽ deformabimꝰ ut ſi cruẽtã aut cœno oblitã

Naturæ ſuppeditabit doctrina. ideſt
ars adiuuabit doctrinam multoplus
in doctrina q̃ in natura. Dilucida:
breuis addit dilucida:quia ſciebat eſſe
obſcuram breuitatem quæ præterit
uel ceſſarit. Quoniam accidere ſo/
let:oſtendit quales imagines ſint eli/
gendæ. Poſtq̃:hucuſq; tractauit de
modo loquendi. Vtrunq; ſcilicet in
firmitudo & imbecillitas. Quas ui/
temus:puta uulgares. Quas ſeque/
mur:ſic inſignes. Egregie:turpe ſi/
cut uidere ethiopem inter italicos.
Egregie:honeſtum:formoſum ſupra
cæteros:ſicut uidere principem auro
inſignitum. Magnam:ſupra commu
nem formam. Ridiculum:ſicut ho
minem laruatũ in habitu urſi. Quas
res audiui obliuiſci nimis uulgare fuit
Quæ in pueritia meminimus ſi fiunt
inſignes docet. Natura ſe ex ci. ideſt
de natura oſtendit memoriam natura
lem non moueri propter res uulga/
res. Nec natura primum:ſicut. Quin
ti. inquit:Nec ars principium nec na/
tura inuenit extremum quod in omni
bus rebus apparet:& ſiquidem natura
lignum:ferrum produxit:ſed ars in/
ſtrumenta ex illis perficit. Quod igi
tur:ideſt tales. Notatas.ſingulariter ĩ
ſignitas. Aliq agẽtes ne aut mutæ ſint
aut ocioſæ ſed aliqd exerceãt ſicut ĩter
ſe pugnare:qa res ocioſa ocioſã quoq;
facit memoriã. Si egregiã:alius mõus

Rubrica: colore rubrico: quali utun tur fabri in tabulis deſignandis. Aut ridiculas: ſicut hominem ſine braca. Nam quas res: non inſignes eſſe de bent: quia ſicut res inſignes quæ ueræ ſunt facile recordamur: ita & ſi perfe ctæ erunt ſimiliter poterimus memi niſſe: ut identidem. Primos quoq; locos: hoc antea ſeruandum eſt ut lo cos ipſos ſæpius nobiſcum recenſea mus: ut cum imitabuntur imagines loci tamen in animo remaneāt. Iden tidem: rurſus. Scipio pleroſque: cō futat. Modo aliud: quia fore poni tur imago unius uocabuli: & uolā po nere alicuius uocabuli uel ponere ima ginem huius uocabuli arma & opor tebit ponere armorum. nam ut ſæpe formam: ſicut cum dicimus aliquam perſonam alteri ſimilem eſſe. non ea dem opinio cæteris uidetur: ſicut & imagines alteri commodæ uidebun tur: & alteri minime: ſicut hoc eſt: cū uelimus meminiſſe ceruum: alteri ui debitur ponere coruum: quia ab eadē incipit littera: & alteri uidebitur pone re Centurionem. Poſtremo alia ra tio: quia non oporteat dare exemplū uerborum: aut alterum: & unum: uel duo exempla tantum danda ſunt: ut cum de procemiis: ſicut cum diximus beniuolos auditores habere poteri mus ſi ſummam facti breuiter expone mus: ſufficit dicere hoc exemplum. At nunc horrentia martis Arma ui rumq; cano. Admouendus es: qui uerborum memoriam non improbe mus. Suadet ab utili: nam hoc dicit ne labore abſterrearis: quia difficilis eſt minus utilis: & ut tibi uideri poſſit oſtendit: ego eam neceſſariam exiſti mo: ſcilicet quia prodeſt id difficiliori exercitatione exerceri ut facilius me moriam rerum confirmemus in me moriis quæ due ſunt: non enim ſicut a cæteris argumentum a cōmoditate quia non ita impedimini in exercēda memoria a negociis ſicut i aliis rebus exercendis & cū maxime: quare in ne gociis habemus copiā rerū collocāda rū aut ſuo ſtudio defeſſo nemo enim hortatur: niſi quem frigidum ſentit.

aut rubrica delibutā iudicam⁹ quo magis inſigni ta ſit forma: aut ridiculas res aliqs imaginib⁹ at tribuam⁹. Nā ea res quoq; faciet ut facili⁹ memi niſſe poſſim⁹ nā qs res ueras facile meminerius: eaſdē fictas & diligēter notatas meminiſſe nō ē diffi cile: ſed illud facere oportebit: ut idē tidē primos quoſque locos imaginū renouandaꝝ cauſa celeri ter aio puagem⁹: Scio plæroſque græcos qui de memoria ſcripſerūt: feciſſe ut multoꝝ uerborum imagines cōſcriberēt: uti q eas ediſcere uellet pa ratas haberēt: ne qd iqrendo cōſumerent operis: quoꝝ ratione aliquot de cauſis iprobam⁹: primū quod in uerboꝝ inumerabiliū multitudine mille uerboꝝ imagines ridiculū ſit cōparare. Quātulū eni poterint hæc ualere: cū ex infinita uerborū co pia modo unū: modo aliud nos uerbū meminiſſe oportebit. Deinde cur uolumus ab induſtria quē q̄ remouere: ne quid ipſe quærat: cum nos illi om nia parata quæſitaque tardamus. Præterea ſimili tudine alia alius magis commouetur: Nam ut ſæ pe formam ſiquam ſimilem cuipiam dixerimus eſſe: non omnes habemus aſſenſores: quod alii ui detur aliud. Item ſit in imaginibus: ut quæ nobis diligenter notata ſit ea parum uideatur inſignis aliis. Quare ſibi quemq; cōmodo ſuo conuenit imagines comparare. Poſtremo præceptoris eſt docere: quemadmodū Puæri quicque conueniat. & unū aliquid aut alterū non omnia quę eius ge neris erunt exempli cauſa ſubiicere: quo res diluci dior eſſe poſſit: ut cū de pręmiis quęrendis diſpu tam⁹ ratione dam⁹ querendi: nō mille pręmiorū genera deſcribim⁹: ita arbitramur de imaginibus fieri conuenire. Nūc ne forte uerboꝝ memoriā: aut nimis difficilē: aut paꝝ utilē arbitreris: & ip ſaꝝ memoria reꝝ contentus ſis: quod & utiliores ſint & plus habeant facultatis. Ammonendus es quare uerborum memoriam non improbemus nā aliorū putamus oportere eos qui uelint re facilio res ſine labore & moleſtia facile meminiſſe i reb⁹ difficiliorib⁹ āte eē exercitatos. Nec nos hāc uer boꝝ m̄moriā r̄ducim⁹: ut uerſus m̄miſſe poſſu m⁹: ſed ut hac exercitatiōe illā reꝝ mēoriā quę p̄ tinet ad utilitatē cōfirmet: ut ab hac difficili cōſu etudie ſine labor̄ ad illā facilitatē trāſir̄ poſſim⁹: ſed cū i oi diſciplia iſirma ē artis pręceptio ſine ſū ma aſſiduitate exercitatiōis: tū uero in memoriis

minimū ualet doctria:niſi iduſtria:ſtudio.labore
diligentia cōprobet̃ q̄plurimos locos ut hēat & q̄
maxīe ad præcepta accōmodatos curare poteris.
In imaginib⁹ collocandis exerceri quottidie con/
uenit:nō eni ſicut a cæteris ſtudiis adducimur nō
nūq̄ occupatione.ita ab hac re nos pōt cā deducer̃
aliq̄.Nūq̄ ē.n.qn aliqd m̄moriæ trader̃ uelimus:
& tū maxīe cū aliquo maiore officio detinemur.
Q uare ſit cū utile facile meminiſſe nō te fallit:qđ
tantope utile ſit quanto labore ſit appetendū qđ
poteris exiſtiare utilitate cognita.Plurib⁹ uerbis
adeſſe te adhortari nō eſt ſnia:ne aut ſtudio diffici
li aut nimis q̄ res poſtulat dixiſſe uideāur.De q̄r/
ta pte rhethoricæ deinceps dicem⁹ tu primas q̄ſ/
q; partes frequenta:& quod maxīe neceſſe eſt ex/
ercitatione confirma.

Voniā in hoc libro Herēni de elocutione
q conſcripſimus & q̄bus i reb⁹ opus fuit ex
emplis uti noſtris exēplis uſi ſumus & id
fecim⁹ præter cōſuetudinē græcoꝝ qui de hac re
ſcripſerūt:neceſſario faciendū ē:ut paucis rōnem
noſtri conſilii demus. Atq; hoc nos neceſſitudine
facere non ſtudio ſatis erit ſigni quod i ſupiorib⁹
libris nihil neq; ante rem neq; præter rē locuti ſu/
mus. Nunc ſi pauca q̄ res poſtulat dixerim⁹ tibi
id quod reliquū eſt artis:ita uti inſtituim⁹ perſol
uemus.Sed facilius noſtrā rationē itelliges:ſi pri
us qd illi dicāt cognoueris.Cōpluribus de cauſis
putāt oporter̃:cū ipſi præceperit:quo pacto opor
teat ornare elocutionem uniuſcuiuſq; generis ab
oratore aut a poeta probato ſumptū ponere exem
plū & primū ſe id modeſtia cōmotos facere dicūt
ppterea qđ uideat̃ eē oſtētatio quædā nō ſatis ha
bere præciper̃ de artificio:ſed ipſos ēt uideri uelle
artificioſe gignere exēpla:hoc ē inqunt oſtētare
ſe nō oſtēdere artē.Q uare pudor i primis ē ad eā
rē impedimēto:ne nos ſolos probare nos amare
uideamur.alios uero contēnere & deridere.Et.n.
cum poſſimus ab Ennio ſumer̃ aut a graccho po
nere exēplum uidetur arrogantia eē illa relinque
re:& ad ſua deuenire.Præterea exempla teſtimo/
niorum locum obtinet.Id enim quod āmouerit:
& leuiter fecerit p̄ceptio exēplo ſicut teſtimonio
cōprobat̃.Nō igit̃ ridiculus ſit ſiqs i lite:aut i iu
dicio domeſticis teſtimoniis pugnet ut.n.teſtimo
niū ſi exēplū rei confirmandecā ſumit̃.Nō ergo

Voniam in hoc libro : cum
q Ci.fere tēpora omnia græ/
ca tractarentur & ipſe artem
uellet latine conſcribere mi/
lonem rhodium præceptorem maxi/
me imitatus cum exempla ſicut quoq;
regulas datas per ſe excogitare inſtitu
iſſet a græcis reprehendebatur quibus
putans eſſe reſpondendum.primo ex
cuſat ſe apud Herennium ut aiunt fra
trem terentiæ uxoris: poſtea rationes
aduerſariorum confutabit. poſtremo
colores cum exemplis propriis exeque
tur. Hoc libro conſcripſimus : ergo
totus hic liber continet confutationes
græcorum & exornationes cōtra eos
qui dicunt duo eſſe uolumina. & be/
ne plurali dixit conſcripſimus: quoni
am prius librum conſcripſerat quam
hoc proemium udiſſet. De elocutio
ne:quæ ultima eſt pas officiorum ora
toris poſt rationem. Noſtri conſilii.
ſcilicet quare noſtri non aliorum exē/
plis uſus ſim. Neceſſitudine: quia p
uocatus ab obiectione græcorum re/
ſpondeo:excuſet autem ſe quare breui
ter non tractet:ſed præter conſuetudi
nem faciat hanc digreſſionem.neque
autem ut in proemiis. Nec præter
rem:in aliquibus digreſſionibus. Cō
pluribus de cauſis : obiiciunt primo
eſſe modeſtiam uti alicuius exemplis
Cum ipſi præceperint:cum regulas
artis tradiderint. Non ſatis habere:
contentos non eſſe. Nos amare:pla/
cere nobiſipſis. Præterea ſecunda ob
iectio:quæ eſt ab auctoritate exemplo
rum:quia maiorem habent auctorita
tem antiquorum exempla quam pro/
pria. Exemplo ſint teſtimonio:certiſ
ſimum eſt artem frigidius ſub intrare
ſine exemplorum appoſitione. Et teſti
monio abutatur:bene abutatur quo/
niam proprium teſtimonium in pro/
pria cauſa non ualet. Etenim neceſſe
eſt:hoc dialematon faciunt aduerſarii
aut Cice.præponis te & exempla tua
uetuſtiſſimis hominibus: aut eos tibi
præponis. Si eos præponis: arrogan
tiſſimus es:quare & eorum exempla
tuis non anteponis. Non poteſtis di/
cere.quia qui præſtantiores ſunt & eo
rum exēpla præſtantiora eſſe debent.

Quid igitur auctoritas: argumen-
rum ab utili: quia cum maiori ſtudio
legimus aliena exempla quam pro-
pria. Poſtremo: tertia ratio obiectio
nis quæ eſt a doctrina: quia ſignum
eſt maioribus peritiæ artis ſumere ali
ena exempla: & ſcire ea ad præceptio
nem accommodare: Summum artifi
cium: ſumma artis peritia. Hoc ſi in-
duſtria. arguit a minori: Nam ſine ſū
mo artificio. hoc eſt per induſtriam
tantum cuiuſq; exempla de tot libris
ſumi poſſent: tamen eſſemus magno
opere laudandi. Sed cum ſine artifi-
cio ſummo fieri poſſet: uidetur & ma
iorem conſequi laudem peritiæ. Sepa
rare: trãferendo exempla ab loco ſuo
& arti noſtræ accommodare. Cæte
ri cum legunt: probat peritorum cum
ignorantia imperitorum. Hæc illi
cum dicunt: perite Cice: obiectis ad-
uerſariorum ſpoliat eos auctoritate:
quæ eſt firmiſſimum argumentum il
lorum. nam ſciebat cum auditores ſūt
perſuaſi oportere firmiora argumen-
ta diſſoluere. Nec cui ſatis ſit: ne ali
quis poſſit. Quod ab ea ſteterit: uel
eſt q adurſariam partem defendunt
inuentores artis: quoniam plus habēt
auctoritatis quam reliqui. Primum
igitur: hic eſt principium confutatio-
nis poſt remotam græcorum auctori
tatem. Ne an nam ſi tacere: ac ſi di-
cat: omnis uirtus quanto maior eſt tã
to eſt magis laudanda: puta quæ libe
ralis eſt in paruis laudabilior eſt in ma
gnis largitionibus ergo ſit modeſtia
non ſcribere propria exempla mode-
ſtius erit nihil ſcribere. Cur ergo ſe-
cius: ſi diceret uirtus quæq; in paruis
conceditur tota: uitium cõceditur aut
q parũum uetatur totum etiam uetat
Quaſi ſiqs: hæc ſimilitudo ſit cã p-
batõis. Steterit ut emittat: paratu ſtet:
ut cū dat̃ ſignū: emittatur ad curſum.

oportet hoc niſi a probatiſſimo ſumi: ne qd aliud
cõfirmare debeat: egeat idipſū cõfirmatiõe & eni
neceſſe ē: aut ſe oĩbus ãteponãt. & ſua maxie pro-
bent: aut nõ negãt optia eē exēpla: quæ a pbatiſ
ſimis oratorib9 aut a poetis ſūpta ſint. Si ſe oib9
anteponant itolerabili arrogãtia ſunt: ſi quos ſibi
præponãt: & eo exēpla ſuis exēplis non putent
præſtare nõ poſſunt dicere quar̃ ſibi illos antepo-
nãt. Quid igit̃ ipſe auctoritas antiquo: Nã cū
res pbabilior ē tum hominū ſtudia ad imitandū
alacriora reddit. imo erigit omniū cupiditates &
acuit induſtriã cū ſpes iniecta eſt poſſe imitando
Gracchi aut Craſſi cõſeq facultatem. Poſtremo
hoc ipſū ē ſūmū artificiū res uarias & diſpares in
tot poematibus & orationib9 ſparſas ac uage diſ
iectas ita diligenter eligere: ut unū quodq; gen9
exēplo ſub ſingulos artis locos ſubiicere poſſis
Hoc ſi induſtria ſolū fieri poſſet: tamē eſſem9 lau
dandi: cū talē laborē nõ fugiſſem9: nunc ſine ſū-
mo artificio fieri non poteſt. Quis. n. ē q cū non
ſūme teneat artē poſſit ea: quæ iubeat ars de tãta
& tã diffuſa ſcriptura notare & ſepare. Cæteri cū
legūt orões bonas: aut poemata probant orato-
res & poetas: neq; itelligūt quare cõmoti probent
qd ſcire nõ poſſunt ubi ſit nec qd ſit: nec quomõ
factū ſit in quod eos maxime delectet. At is q &
hæc oia intelligit: & idonea maxime elegit: & oia
in arte maxime ſcribēda redigit in ſingulas ratio
nes præceptionis: neceſſe ē eius rei ſummus arti-
fex ſit. Hoc igit̃ ipſum maximū artificiū ē i arte
ſua poſſe & alienis exēplis uti. Hęc illi cū dicunt
magis nos auctoritate ſua cõmonēt quã ueritate
diſputatiõis. Illud. n. ueremur ne cui ſatis ad cõtra
riã rationē pbandã: quod ab ea ſteterit hi q iuen-
tores huius artificii fuerūt: & uetuſtate iam ſatis
oibus probati ſint. quod ſi illorū auctoritate ĩmo
ta res oẽs uolent cū re cõparare. itelligēt nõ oia cõ
cedēda eē antiqtati. Primū igit̃ quod ab eis de mo
deſtia dicitur uideamus ne nimium utiliter & pue
riliter proferatur: Nam ſi tacere & nihil ſcribere
modeſtia eſt: cur quicquam ſcribunt aut loquun-
tur. Sin aliquid ſuum ſcribunt: cur quo ſecius
omnia ſcribant impediunt̃ modeſtia. Quaſi ſiqs
ad olimpiacū uenerit curſum & ſteterit ut mittat̃
impudenteſq; illos dicat eſſe q currere cœperūt ip
ſe intra carcerem ſtet: & narret aliis quomõ Ledas

aut boius cũ ſityoniſs curſitarũt. Sic iſti cum in
artis piculũ deſcẽderint illos q in eo quod eſt arti
ficij elaborẽt dicũt facere imodeſte ipſi aliquẽ ora
torẽ antiquũ: aut poetã laudant aut ſcriptura ſic:
ut in ſtudium rhetoricæ artis pdire nõ audeãt: nõ
auſim dicere: ſed tñ uereor: neq; in re laudẽ mode
ſtiæ uenẽtur ĩ ea ipſa re ſint impudẽtes. Quid. n.
tibi uis aliqs iquiet: artẽ tuã ſcribis: gigniſ nobis
nouas præceptiões: eas ipẽ cõfirmare nõ potes: ab
alijs exẽpla ſumis: uide ne facias ipudenter q tuo
nomini uelis ex aliorũ laborib9 libare laudẽ. Nã
ſi eorꝫ uolumia prætẽderit: aut q oratores & poe
tæ: & ſuũ qſq; de libris tuis tulerin: nihil iſtis qđ
ſuũ relinqt. At exẽpla qm̃ teſtioniorꝫ ſimilia ſũt.
itẽ cõuenit teſtionia ab hoib9 pbatiſſimis ſumi.
Primũ omniũ exẽpla ponent hic nõ cõfirmandi:
neq; teſtificãdi cã. ſed demõſtrãdi. Nõ eni cũ dici
mus eſſe exornationẽ: quæ uerbi cauſa cõſtet ex
ſimiliter deſinentib9 uerbis: & ponim9 hoc exem
plum a Craſſo quod poſſumus & debemus: teſti
moniũ collocamus: ſed exẽplũ. Hoc igit intereſt
inter exẽplum & teſtioniũ. Exem plo demonſtrat
cuiuſmodi ſit id quod dicimus. Teſtimonio eẽ il
lud: ita in nos dicimus cõfirmatur: Præterea teſti
moniũ oportet cũ re cõuenire: aliter eni rẽ nõ põt
confirmare: ad id quod illi faciũt cum re nõ cõue
nit. Qui ita: qa pollicẽtur ſe artẽ ſcribere exẽpla
pferet ab his plerunq; : uel q artẽ neſcierunt: tum
quis eſt qui poſſit id quod de arte ſcripſerit cõpro
bare: niſi aliqd ſcribat ex arte: cõtraq; faciunt qui
polliceri uident: nam cũ ſcribere artem inſtituũt
uident dicere ſe excogitaſſe quod alios doceant:
cum uero ſcribunt oſtẽdunt nobis quid alij exco
gitauerint. Hoc ipſum eſt difficile. inquiũt eligeř
de multis: quid dicitis difficile: utrũ laborioſum
an artificioſum. Si laborioſum: nõ ſtatim pclarũ.
Sunt. n. mlta laborioſa quaſi faciatis nõ cõtinuo
gloriemini: niſi forte etiã ſi ueſtra manu fabulas:
aut orões totas trãſcripſeris glorioſũ putaretis.
Si autem iſtud artificioſum egregiũ dicitis: ui
dete ne inſueti rerum maiorum uideamini ſi uos
parua re ſicuti magna delectat. nã iſto mõ eligere
rudis qdẽ nemo põt: ſed ſine ſũmo artificio multi

Cũ ſityoniis quæ nũc dicit clarentia
optimi curſores erãt. Sic iſti cũ ada
ptat ſimilitudinẽ: in q̃ bñ ſeruat uoca
bula ſimilitudĩs: & ẽ huiuſmõi: tales
ſunt q uerãt ppria exẽpla põi: q̃les illi
cũ ad curſum pati ſint dato ſigno nõ
excurrunt: ſed aliis narrat qũo curre
re đbeat: aut qũo lidas curſitauerit cũ
curſoribus de ſiryone ciuitate nõ au
ſim: pciſio eſt ad irriſionẽ. Quid ſi
aliqs: oñdit aliud ĩ cõueniẽs: qa ſi an
tiq ſcriptores: quorꝫ exẽpla ſumpta eſ
ſent ea ipſa repererẽt nihil ppriũ ĩ arte
remaner. At exẽpla: qm̃ repetit rõnẽ
aduerſariorũ ſupius poſitã: ut iterum
memorata facilius confutent. Primũ
enĩ cõfutat igit in hũc modũ: quia ea
exẽpla q̃ dicũt græci q̃ſi teſtimonia eẽ
nõ ſolere a ſcriptoribus poni: ut cõfir
mẽt quaſi teſtimonia: ſed ut declaret
quę d p regulã obſcurius uidebat. nõ
enĩ cũ dicimus ponit ãte oculos qũo
fiat declarãdi cã nõ rẽtificãdi. Quod
poſſumus & debemus ſũt uerba Craſ
ſi ĩ quadã orone. Teſtimoniũ collo
camus: ordo ẽ nõ collocamus teſtio
niũ cũ dicimus exornatiõe eẽ q̃ cõſtat
in ſimiliter deſinẽtibus: & cũ põimus
exẽpla a Craſſo: ac ſi diceret ſuere exẽ
pla ab externis: ſicut a Craſſo non ſit
gr̃a teſtionii: ſed declarãdi. Sed exẽ
plũ quod ſit. ſ. gr̃a declarãdi cuiuſmo
di ſit q̃le ſit pterea oportet ex oĩ loco
eos cõfutar: nã ẽ quod & exẽpla pone
rent tãq̃ teſtionia: tñ cõtrario ſũt alie
na ſumẽda qm̃ teſtionia debẽt cõueni
re cũ re q̃ pbat ſed q artẽ ſcribit & alie
na ſũit ſæpenũero capit ab illis q artẽ
ignorabat. Itaq; abſurdũ ẽ cõfir mare
artẽ cũ ignorãtib9 eã: ſicut & teſtiſ iter
rogatus de pecuniis nõ rñdet ſe ſcire
de iniuria illata. Cum re: cũ pppoſito
ſcriptoris. At illius. ſ. rõ ſumẽdi alie
na exẽpla. Ab his q artẽ neſciũt. hoc
eſt cũ re nõ cõuenire. Niſi alii ſcribat
ex arte. hoc pbat illud pdictũ nõ ppo
ſito cõuenire: & ẽ differẽtia ĩter ſcribe
re ex arte: & de arte: qm̃ Ci. ĩ rhetori
ca ſcribit de arte ĩ orõnib9 uero ex arte
Cõtraq; faciũt: hæc ẽ alia ineptitudo
q̃ illi faciũt ſumẽdo alia exẽpla ñ ſua.
At hoc ipm̃ difficile: hæc eſt tertia rõ
aduerſariorum ſumpta ab artificio.
Quid difficile dicitis: uerba Ci. po
nẽtis diffinitionẽ laboris quę ipſi ĩ eli
gẽdis exẽplis eẽ dicũt. Nõ ſtati pcla
rũ: qa q̃ laborioſa ſũt nõ ſemp laudẽ
habent. Niſi & quæ irronia cõceſſio:
at eos mordet: quia aiunt aliena exẽ
pla trãſcribenda. Si artificioſum & egregiũ: quaſi nihil ſit maius in arte tractanda. Maiorũ rerũ
qualia ſũt ppria cõponere exẽpla. Rudis quidẽ nemo poterat: ac ſi diceret etiã aliena exẽpla colli
gere doctũ aliquẽ hoiem reqrit: ſed multo artificioſius eſt ppria ponere exẽpla. Multi. ſ. poſſunt.

Oīa uidere poterit: nam ſolus liber
elocutiōis docet oīa: q̄ ptinēt ad orna
menta: ita ꝙ pua ſcīa reqrit ad eas co
gnoſcēdas ſnīas: ſicut: qd ñ mortalia
pectora cogis Auri ſacra fames. Peri
odos: clauſulas finitas: q̄s ēt ābitus &
ambitioſos: & clauſulas appellamus:
ut illđ: O tite ſiqd ego adiuro curā ꝙ
leuaſſo. Q uæ nūc te coquit & uerſat
ſub pectoꝛ fixa. En qd erit ꝑci. finitus
e ſenſus: & nihil aliud expectat̃ āplius
ptes aūt ipſius piodi appellāt̃ mēbra.
Q uæ certis ſignis. q exēpla diffinita
ſint coloribus artificioſis. Non nihil:
aliqd uidet̃ te ſcire ex hoc ſigno ꝙ ſcis
exēpla cognoſcere. Aliis ſignis: ut p
ſe exēpla fingere. Ab aliis quō: q p
ſe ſcit ſcribere & aliena poterit cogno
ſcere: ſed nō ecōuerſo: qui cognoſcit
poterit & ſcribere: unde appet hoc ar
tificioſius eē q̄ cognoſcer̃ aliēa. Alio
tpe utat̃: ēt ſi artificioſū eēt exēpla de
ligere: tñ nō ſūt eligēda: cū aliqs tra-
dit ꝑcepta artis: qm̄ minuit ei auctori
tatē & ui. Cōſumāt: in tradēdo artē
ipſi ſi totos occurrēt: ut p ſeipſos oīa i
tegre cōponāt: cōtra ea facit colorem
trāſitionē: cōfutatis enī aduerſariorū
rōnibus duo īcipit diſputare ad ſuorū
cōfirmationē. primū quod inutile eſt
a mēbris exēpla ponere ꝙ aliena non
ſumēda ſunt quæ ultra cōfutationē fa
ctam dicimus. Ergo facit diuiſionē
diſputādoꝝ. Sed de eo qđ poſtea: de
eo qđ dictū ē i ſecūdo loco. Si cōce
dēdū oportet: arguit ſic exēpla mul-
tis modis nō eē ſumēda. ſ. a multis ac
cipere neceſſe ē: ut cōmodius ab uno
tñ ſumat̃ duabus rōibus: primū ꝙ ex
multis quos imiteris cōceſſū ē ut unū
eligeres q tibi magis placeret: deīde
quia utilius ē diſcipulo qui artē cupit
ut exēpla ab uno ſumpta ſint a quo &
ip̄e totā artē putet poſſe cōſequi: ſicut
& ille pōt a quo oīa exēpla ſūpta ſunt
Cōtra nulla ſtaret rō: qa cōfutari nō
poſſe ab aduerſariis. Niteret̃: īcūbe
re inhæreret. A catone Cēſorio qui
fuit eloquentiſſimus: a Graccho Ti-
berio. & Caio fratribus. A Scipiōe
maiore: & galba: hic galba erat: qui
& cum ipſe apud Auguſtum oratu-
rus eſſet petiit: ut errata ſua corrigerē
tur: cui reſpondit Auguſtus: emenda
re poſſem: corrigere autem non: &
fuit æmulus Catonis: Craſſo & An-
tonio. hi duo introducuntur in ora-
tione Ci. Vnius ſe ſimilē: Satis puta
bat: ſe putabat ſatis ſecūdū uires hu-
manas didiciſſe ſi unū quē adequabit
non aūt oīa poſſe conſequi ſperabit:
cum & alii ſinguli facere nequerint.

Q uis enī audiuit de arte paulo plus in elocutiōe
præſertim: oīa uidere poterit ex arte quæ dicētur
facere nemo poterit niſi eruditus. Ita ut ſi de tra-
gœdiis ennii uelis ſententias eligere: aut de pecu-
nianis periados q plane rudis id facere nemo pote
rit cū feceris te litteratiſſimū: putes ieptus ſis: ꝓ
pterea quod id facile faciat quis mediocriter litte
ratus. Itē ſi cū ex orationibus: aut ex poematibuſ
elegeris exēpla quæ cætaris ſignis artificiis nota
ta ſunt: qa rudis id nemo facere poſſit: artificioſiſ-
ſime te feciſſe putas eras ꝓpterea quod ipſo ſigno
uidemus te nō nihil eius rei ſire: aliis ſignis te ſire
multa intelligemus: quod ſi artificioſum eſt intel
ligere quæ ſunt ex arte ſcripta: multo eſt artificio
ſius ipſum ſcribere ex arte. qui enī ſcribit ipſe ar-
tificioſe ab aliis cōmode ſcripta facere intelligere
poterit: qui eliget facile non continuo ipſe cōmo-
de ſcribit: & ſi eſt maxime artificioſum alio tēpo-
re utātur ea facultate non tum comparare ipſi: &
gignere & proferre debent. Poſtremo i eo uim ar-
tificii conſumant ipſi ab aliis potius eligendi quā
aliorum boni electores æſtimētur contra ea quæ
ab his dicūtur qui dicunt alienis ſe exemplis uti
oportere ſatis eſt dictum. Nunc quæ ſeparatim
dici poſſint conſideremus dicimus igit̃ eos tum
ideo quod alienis utantur peccare tum etiam ma-
gis delinquere quod a multis exempla ſumant:
ſed & de eo quod poſtea diximus ante uideamus.
Si concederē aliena oportere ſumere exēpla: uin-
cerē unius, oportere. Primum quod contra nulla
ſtaret eorum ratio. liceret enim eligere: & probare
quælibet qui ſibi in omneſ res ſuppeditaret exem
pla: uel poetā: uel oratorē: cuius auctoritatē nite
rentur. Deinde intereſt magni eiꝰ qui diſcere uult
utrū oia ab uno: an oia neminē: ſed aliud aliū pu
tet cōſeq poſſe. Si enī putabit poſſe oia penes unū
cōſiſtere: ipſe quoq; ad oīum nitetur facultatē. Si
id deſperarit in paucis ſe exercebit: ipſis. n. contē
tus erit: nec mirū cū ipſe ꝑceptor artis oia penes
unū repire non poterit: allatis igit̃ exēplis a Ca-
tone: a Gracchis: a Lelio: a Scipione Galba por-
cina: Craſſo: Antonio cæteriſq;: itē ſūptis aliis a
poetis: & hiſtoriarū ſcriptoribꝰ neceſſe erit eū q
diſcet ab omnibus putare oia ab uno poeta pauca
uix potuiſſe ſumi. Q uar̃ ſi uniꝰ alicuiꝰ eē ſimilē
ſatis hēbit oia q̄ oēs habuerint ſolū: hr̃e ſe poſſe

diffidet: ergo inutile eſt ei qui diſcere uult nõ pu-
tare unũ oĩa poſſe: igitur nemo icidet in hanc opi
nionẽ ſi ab uno exẽpla ſumpſiſſet: nunc hoc ſigni
eſt ipſos artis ſcriptores non putaſſe unũ potuiſſe
in omnib⁹ elocutiõis partib⁹ emittere: quoniam
neq; ſua ptulerũt: neq; unius alicui⁹ aut denique
duorũ ſed ab omnib⁹ oratorib⁹: ut poetis exẽpla
ſumpſerunt. Deinde ſi quis uelit artẽ demõſtrare
nihil prodeſſe ad diſcẽdum nõ male utatur hoc ad
iumẽto quod unus oẽs artis partes conſequi ne-
mo potuerit. Quod igitur iuuat horũ rationem
qui omnino improbent artem: id nõne ridiculum
eſt ipſum ſcriptorẽ artis iudicio cõprobare: ergo
ab uno docuimus ſumenda fuiſſe exempla ſi ſem
per aliunde ſumerẽtur. Nunc omnino ſumẽda nõ
fuiſſe aliũde ſic itelligemus. Primũ omniũ quod
ab artis ſcripto effertur exẽplum de eius artificio
debet eẽ: nõ ut ſi quis purpuram: aut aliud quid-
piam uendens dicat: ſume a me: ſed huius exem-
plum aliunde rogabo tibi: quod oſtẽdam. Si mer
ces ipſi qui uendit: ut aliunde exẽplum quæritãt
mercis aut ſi aceruos dicãt ſe tritici habere: & co-
rum exẽplum pugno non habẽt quod oſtendant.
Si Triptolemus cum hominibus ſemen largiret
ab aliis hominibus id ipſe mutaretur: aut ſi pme
theus cũ mortalibus ignẽ diuidere uellet: ipſe ui-
cinis cũ teſta ambulans carbunculos corrogaret:
num ridiculus uideretur. Iſti magiſtri omnium di
cendi præceptores non uidentur ſibi riduculum
facere: cũ id quod aliis pollicẽt ab aliis quærũt.
Si qui ſe fontes maximos penitus abſcõditos ape
ruiſſe dicat: & hæc ſitiens q̃ maxime loquatur: ne
q̃ue habeat qui ſitim ſedat: nõ rideatur. Iſti eũ nõ
modo dominos ſe fontiũ: ſed ſeſe ipſos fontes eſſe
dicant: & omniũ ringare debeant ingenia non pu-
tant fore riduculũ ſi cũ id pollicẽtur areſcant ipſi
ſiccitate. cares a Liſippo ſtatuas facere nõ iſto mo
do dicit: ut Liſippus caput oſtẽderet Milonis bra
chia praxitiles: pectus policletus: ſed omnia corã
faciẽtẽ magiſtrũ uidebat cæterorũ opera uel ſua
ſponte cõſiderare poterat. Iſti credũt eos qui hoc
habent uelint diſcere alia ratione doceri poſſe cõ
modius: præterea non poſſunt ea quidem quæ ſu
mũtur ab aliis exẽpla tam eſſe accommodata ad
artem propterea quod in dicendo leuiter unuſq̃
que locus plerunque tangitur ne ars appareat in

Quo nemo: propter quam rem ne
mo ueniret in hãc deſperationem: ſi
ab uno tãtũ exempla ſumpta eſſent.
Quid igitur iuuat: cum ſcriptor ar
tis aliena ſumens exẽpla: iudicio ſcit
impoſſibile eſſe: ut ſolus tot omnia
exempla facere poſſit. Nõ erit igitur
ridiculum ꝙ ſcriptor artis adiuuet ra-
tionem uituperantis artem: & eſt or-
do nõ eſt ridiculum ſcriptorem artis
comprobare id quod iuuat rationem
eorum quæ pollicitus eſt ſperatim ſe
dicturum a confutatione græcarum
rationũ. Eius artificio debet eſſe exẽ-
plum: quod applicatur regulis debet
eſſe factum ex arte ipſius qui regulas
ſcripſit: non ut ſiquis declarat per ſi-
militudines a cõtrariis. Si triptole-
mus: hic fuit Cereas: qui regulas ſe-
minandi mortalibus impartiuit. Aut
ſi prometheus: hic hominem finxiſſe
primo dicitur extra ignem ſoli ſura-
tum: ut animã homini infunderet a
quo cæteri ignem ſuſcipercẽt. Corro
garet: cum precaretur: uel reuera ro-
garet. Iſti: magiſtri. ſ. græci ſcripto
res: & adaptat ſimilitudines penitus
ualde intus. Quãmaxime loquatur
ex multo enim ſermone contrahitur
ſinthesi. & eos deridet. Cares Liſip-
po: & ambo ex cõſequẽtibus ſtatuarii
fuerunt: ſed Cares fuit diſcipulus Li-
ſippi. Caput oſtenderet Milonis: ca
put factum a Milone hoc eſt quũ Li-
ſippus docebat Carem facere ſtatuas
non iubebat ipſum ſumere exempla
a myrone: qui pulchre formabat: ne
que a reliquis: ſed ipſemet ſibi oĩa cõ
ficiebat. Per brachia & praxitelem:
horum ſtatuariorum oſtendit per trã
ſitum: in quibus membris fingendis
præualerent: uidelicet miro in capi-
te. praxiteles in brachiis: policletus in
pectore & cruribus cõficiendis. Iſti
credunt ſcriptores græci poſſe cõmo
dius monire: quaſi dicat: non cõmo
dius ullo modo dicitur quam per exẽ
pla ipſius dicentis: præterea alia ratio
eſt Ciceronis. Ne ars appareat: quia
officium eſt oratoris occultare artẽ ne
fidei ſuæ derogẽt. In præcipiẽdo:
in tradendo regulas artis. In dicen-
do: exercendo oratiões factas ex arte

Poſtremo: tertia ratio hæc eſt: ut ſi/
bi quoq; aliquid in hoc libro ultimo
cum laude tribueret: quia cnm nomi
na colorum a ſe tranſlara propter no
uitatem diſplicitura forte ſint exẽpla
ſaltem a ſe poſita quæ aliquã ſibi lau
dem poſſit afferre. Nomina rerum.
colorum. Quæ conuertimus: ut cõ
uerſio apoſtrophæ: & reliqua rei dif
ficultate: qa ipſa uocabula ĩuſitata fue
runt non noſtra: quia nõ eſt cã ipſius
ĩuentoris quod aſpera ſint. Reliquũ
ſcripture. ſ. exempla exponunt uoca/
bulũ coloris. Nec aliena: arguit ab
incõmodo ſiue ſecuturo. Ergo hãc in
commoditatem hoc uocabulo oſten
di: qua cauſa ipſe ad hanc rationem ĩ
pulſus ſit. Nunc tẽpus poſt ulat quaſi
dicat neceſſarium ẽ. Bipartita erit:
hæc eſt ultima pars officiorum orato
ris. Elocutionis præceptio: eloquẽtia
conſtat ex omnibus officiis oratoris:
ita ꝙ qui in uno deficit eloqnentiam
habere non dicitur: qualis fuit Socra
tes qui nunꝗ̃ perfecte orationem pro
nunciabat. elocutio autem pars ẽ elo
quentiæ: Quibus generibus: ꝗ̃ tria
ſunt oratoria dum exercetur in oratio
nibus. Figuræ oratiõis: alii genera:
alii ſtilos: nonnulli caracteres uocãt.
Non uitioſa quia ſi uitioſa fuerit nõ
eſt ꝓ aliquo genere: grauis figura dif
finit unamquanq;: & exẽpla ſubiicit.
Si in graui figura: oſtendit quomo/
do tractẽtur. Siue propria ſed pri/
mam ſignificationem prius ab inuen
toribus attributam: ſiue tranſlata per
methaphoram: ut paſtor pro epiſco/
po. Canet humus pro alba eſt. Ac
commodabũtur: ut diximus ponere
paſtores pro gubernatoribus genera
liter: cum proprie ponẽdum ſit. In
amplificatione: quæ eſt ad cõmouẽ/
dam indignationem ut ante in cõclu
ſione diligenter tractatum eſt. Nam
quis eſt: hoc dicit contra Catilinam.
Quod huic maleficio: hæc com/
motio indignationis per colorem re
petitionis: qui uehemẽtiam habet &
diu in hanc ſententiam immoratur:
ut melius commoueat. Præterea lo/
cus eſt qui ad omnes pertinet: quod
ut ſupra dicitur atrociſſimum ẽ. In
his q uoilaſſent: locus amplificatõnis
per cõparationem: & ab auctoritate.

præcipiẽdo expreſſe cõſcripta ponere oportet exẽ
pla: ut in artis formã cõuenire poſſint: & poſt ĩ di
cendo ne poſſit ars eminere: & ab oĩbus uideri fa/
cultate oratoris occultat᷑. Ergo etiã ut magis ars
cognoſcatur ſuis exẽpliſ melius eſt uti. Poſtremo
hæc quoq; res nõ ducit ad hanc rõnem quod noĩa
rerũ: grecaq; cõuertimus: ea remota ſunt a con/
ſuetudine. Quæ enim res apud noſtros nõ erant
earũ noĩa nõ poterant eſſe uſitata. Ergo hæc aſpe/
riora primo uideantur neceſſe eſt idq; fiet rei non
noſtra difficultate reliquũ ſcripturæ conſumet᷑ in
exẽplis: hæc aliena ſi poſuiſſemus factũ eſſet: ut
quod commodi eſſet in hoc libro noſtrũ nõ eſſet.
Quod aſperius & uſitatum id ꝓprie nobis attri/
bueret᷑. Ergo hanc quoq; incõmoditatẽ fugimus
his de cauſis: cum artis inuẽtionẽ græcorũ ꝓbaſ/
ſemus: exẽploꝝ rationẽ ſecuti non ſumus. Nunc
tẽpus poſtulat: ut ad elocutionis præcepta trãſea
mus. Bipartita igitur erit nobis elocutionis præ/
ceptio. Primũ dicemus de quibꝰ ĩ geueribꝰ ſemp
oĩs oratoria elocutio debeat eẽ. Deide oſtẽdemꝰ
quas res ſemp habere debeat. Sunt igitur tria ge
nera: quæ genera nos figuras appellamꝰ ĩ quibꝰ
oĩs oratio nõ uitioſa cõſumitur: unã grauẽ: alterã
mediocrẽ: tertia extenuatam uocamꝰ. Grauis eſt
quę conſtat ex uerborũ grauiũ magna & ornata
cõſtrutiõe. Mediocris ẽ: quæ cõſtat ex humiliore
Neq; tamen ex infima & puulgariſſima uerborũ
dignitate. Attenuata eſt quæ demiſſa eſt uſq; ad
uſitatiſſimã puri cõſuetudinẽ ſermonis. In graui
cõſumetur oratio: figura: ſicq; cuiuſque rei pote
runt ornatiſſima uerba reperiri: ſiue propria ſiue
extranea unãquamque in rẽ accõmodabũtur: &
ſi graues ſententiæ quæ in amplificatione & com
miſeratione tractentur: eligentur: & ſi exornatio
nes ſententiarum aut uerborum quæ grauitatem
habebunt: de quibꝰ poſt dicemus: adhibebũtur.
In hoc genere figuræ erit hoc exẽplum. Nam qs
eſt ueſtrum iudices qui ſatis idoneam poſſit in eũ
pœnam excogitare qui prodere hoſtibꝰ patriam
cogitarit: quod maleficium cum hoc ſcelere cõpa
rati: quod huic maleficio dignum ſuppliciũ põt
inueniri. In his qui uiolaſſẽt ingenuã: matrẽfami
lias conſtupraſſent: pulſaſſent aliquẽ: aut poſtre
mo necaſſent maxima ſupplicia maioreſ cõſũpſe
rũt. huic uero truculẽtiſſimo ac neſario facinori

ſingularē pœnā nō reliquerūt. atqꝫ in aliis malefi
ciis ad ſingulos aut ad paucos ex alieno peccato i
iuria puenit huiꝰ ſceleris qui ſūt affines oī cōſilio
uniuerſis ciuibꝰ atrociſſimas calāitates machinā
tur. O feroces aīos: o crudeles cogitatōes. O dere
lictos hoīes ab hūanitate. Quid augere auſi ſūt:
aut cogitare poſſunt. Quo pacto hoſtes reuulſis
maiorū ſepulchris deiectis mœnibꝰ ouātes irrue
rēt in ciuitatē: qūo deū ſpoliatis tēplis optiatibꝰ
trucidatis aliis arreptis i ſuitutē mrībuſfamilias
& ingenuis ſub hoſtilem libidinē ſubiectis urbis
acerbiſſimo cōcidat icēdio cōflagrata q ſe n̄ putāt
id qᵈ uoluerit ad exitū pduxiſſe niſi ſciſſimę pr̄iæ
miſerādū ſceleritati uiderit cierē. Neq̄ uerbis cō
ſeq iudices i dignitatē rei: ſed negligentiꝰ id fero:
qa uos mei nō egetis. Veſter. n. uos aius amātiſſi
mus reip. facile edocet ut eū q fortunas oīum uo
luerit pdere prēcipitē pturbetis ex ipſa ciuitate: q̄
iſte hoſtiū ſpurciſſimorū domiatu nefario uoluit
obruere. In mediocri figura uerſabitᷣ orō ſi hæc ut
ante dixi aliq̄tulū dimiſerimꝰ: neqꝫ tn̄ ad infimū
deſcēderimus ſic. Quibus cū bellū gerimus iudi
ces uidetis cū ſociis q p nobis pugnare & iperiū
noſtrū nobiſcū ſimul uirtute & induſtria ſolliciti
ſunt ſeruare. Hi cū ſe & opes ſuas & copiā neceſ
ſariorū norint: tum uero nihilominus ppter ppin
quitatē & oium rerū ſocietatē qd in oibus rebus
po. ro. poſſet eſtimare poterāt. Hi cū nobiſcū deli
berarēt bellū gerere quæſo q̄ res erat q̄ freti bellū
ſuſcipere conarētur: ſcire & cū maximā multo ſo
ciorū partē in officio manere intelligerent: cū ſibi
nō multitudinē militū nō idoneos īpatores: nō
pecuniā publicā præſto eſſe uiderentur: nō deniqꝫ
ullā rē quæ res ptinet ad bellū adminiſtrādū. Si
cū finitimis de finibus bellū gererēt: ſi totū certa
men in uno prœlio poſitū: tutarēt tamē oibus re
bus inſtructiores & apparatiores uenirēt nedū il
lud orbis terræ imperiū: cui im pio omnes gentes
reges: nationes: partim uim: partim uoluntate cō
ſenſerūt: cum aut armis: aut liberalitate a po. ro.
ſuperati eſſent ad ſe tranſferre tātulis uiribꝰ cona
renᷣt. Quæret aliqs qd fragellani non ſua ſponte
conati ſunt. Eo quidē iſti minus facile conarenᷣt:
quod illi queādmodum deſciſſent: uidebant. Nā
rerum imperiti qui uniuſcuiuſqꝫ rei de rebus ante
geſtis exempla petere nō poſſent hi per imprudē

Singularem: ante alias grauiſſimā
Ad ſingulos: quia qui hominem oc
cidit poteſt offendere: niſi eum quē
interficit ad paucos: ut ſumptio uir
ginis ad parētes: & fratres. Qui ſūt
affines. i. qui hoc ſcelere peccauerūt.
Atrociſſimas: tangit quod in con
cluſione dixit: ſi ad omne flagitiū per
tineant atrociſſimum eſt. Neqꝫ iudi
ces: concludit hanc amplificationem
factam in graui figura. Nati: nō ege
tis: quoniam uoſmet ſcitis quod pœ
nam mercantur patriæ proditores.
Tyrannide: dominatu in mediocri
figura: quam uocant ſtilum uel cara
cterem medium ſicut ſtili georgica.
De miſerrimis pauliſper: a ſūmo de
ducemus ita quod ad infimum nō tē
dat. Quibus cum bellum gerimus:
uult perſuadere per cōiecturas quod
ciuitas quædā rebellauit non ſuis ui
ribus: id cauſa eſt ſecundum quod de
beant eſſe cōiuratores in urbe quibus
freti illud fecerunt. Qui pugnare: ar
guit a conſuetudine. Virtute: quan
tum ad arma. Induſtria: ad cōſilia.
Hi cum ſe: arguit a ſpe perficiendi:
ac ſi dicat ſignum eē uiribus ſuis hoc
modo eſſe conantes qui cū ſe: & ro
manas opes longe nuper eſſe cogno
ſcant. Cum partim: ſe ad perſonas.
Opes: ad poteutiam militum. Co
piam: ad pecunias: uel generale eſt:
ut neceſſariorum: ut armorum equo
rum: telorum: propter ppinquitatē.
cum. n. nobis propinqui ſint poſſent
ſcire noſtras opes. Societatem: quā
habemus cum uicinis populis. So
ciornm: ſcilicet noſtrorum. Mane
re in officio: nō rebellaſſe. Partam
ſibi multitudinem: nam nos milites
habemus: ipſi non habēt & tāgit tria
in bellis gerendis neceſſaria. Si cum
finitimis: arguit a minori. Non ſpō
te ſua conati: ſed nō freti cōiurationi
bus quas nūc dicis iſtos īcitaſſe ad bel
la & eſt argumētū ab ſimili: ideo iſta
cōſuratio Ci. Quēadmodum: pote
rant eē ſibi exēplo fragellæ q̄ a nobis
propter rebellationē deſtructæ ſunt.

Nulla ſpe fretí. ſ. ꝑpria: ſed cõiuratorũ noſtrũ uerbis. Niſi id qđ dico: de cõiuratoribus. In attenuato: tertius ſtillus. Q uoti ſermonē: ex hoc apparet ſermonē antiquorũ litteralē eſſe qđ i oratore cõſirmat de quodā q latine loquebat & lr̃as ignorabat. Nā ut forte materia hæc humillima eſt. narrat. n. quō filius cuiuſdam ui duæ lautiſſimus ad balnea deſcenderat: cuius famuli ſcurram forte pulſa uerāt: is uenit ad puerũ magno cum clamore flagitans ut eis ſatiſfaciat. puer autem timidiſſimus mutire nō poterat. Deſiccari: ut ſudor prouocaretur. Itē. ſ. cœpit alueum lapidē & canium ubi eſt aqua. iſte quidam quē forte antea nominauerat: Pueri: ſerui. Id ætatis: in pueritia ætate. Ab ignoto: præter cõſuetudinem tribus rebus oſtendit in ſimilem timorē pueritiam: conſuetudinem: & hominē ignotum. Rubores eiicer poſſet: at terrorem incurrere. nam rubor uenit per uerecũdiam qui per timorem ad mittitur. Petulans: īpetuoſus audax appetendo: hoc eſt aggrediēdo. hoc autem fingebat ad terrorem. non. n. petulans erat ſed timidus. Ad ſolatiũ quidem. ad locũ ubi ſpeculãtur horæ cum quodā heſperio: & uirga eminēte. in eo autem loco uerſabantur honeſti uiri ſicut apud forum. Sed penes ſcœnam: ubi ſunt mimmi impudentes. Pedagogi: lites: nō eſt mirũ ſi timebat: quia adhuc receſſerat a cõminatoribus: pedagogi illum uerberant. Exauſto rubore: omni rubore a ſe eiecto. Exiſtimatione: bona de ſe opinione. Eſt autem cadendum: morē ſeruat boni agricolæ oſtendēs quæ fugiēda quæq; uitāda ſint. Ad finitima uitia: omnis. n. uirtus confinis eſt uitio.

Vſſulta: quaſi non proprie ꝑ ſe timet. Nam qui perduelli onibus: hoſtibus: & eſt uocabulum uetus: & inuſitatũ. nam antiqui dicebant produellis: non perduello pro hoſte. Neptunias lacunas i mare: & ē grauiter dictum. Depultus: priſcum eſt: nam antiqui locos ponebant ut pultare pro pulſare. Montes belli: in ipſam difficultatem: & aſperitatem bellorũ ſimilando montibus aſperis quod dicitur tranſlatũ eſt cāpos pacis leuitate: ut campi.

Vi in mediocre genus: oſtēdit uitium finitimum ſtilo mediocri: q appellatur flutuans uel diſſolutum

tiā facile deducerent̄ i fraudē. At hi q ſciũt qđ aliis acciderit facile ex aliorũ euētis ſuis rōnib9 poſſint ꝓuidere. Nulla igit̄ re iducti: nulla ſpe freti arma ſuſtulerũt. Q uis hoc crederet tātā amœntiā queq̄ tenuiſſe: ut impiũ po. ro. tētare auderet nullis copiis fret9. Ergo aliqd fuiſſe neceſſe ē qd aliud niſi id qđ dico pōt eſſe. In attenuato figuræ genere id qđ ad īfimũ & quotidianũ ſermonē demiſſũ ē hoc erit exēplũ. Nā ut forte hic i balneas uenit cœpit poſtq̄ ꝑſus cõfricari. Deide ubi uiſũ eſt ut i alueũ deſcēderet ecce ibi iſte đ trāſuerſo: heus inqt adoleſcēs pueri tui nō me pulſarũt ſatiſfaciaſ oportet hic q id ætatis ab ignoto præter cõſuetudinē appellat9 eēt erubuit. Iſte clari9 eadē: & alia dicere cœpit: hic uix tādē inqt ſine me cõſiderare. Tũ uero iſte cœpit clamare uoce iſta: q ꝑ facile quis rubores iniicere poſſet: ita petulās es atq; acer ut ne ad ſolatiũ qdē ut mihi ur̄: ſed penes ſcœnā: & i eiuſmodi locis exercitat9 ſis: cõturbat9 ē adoleſcēs: nec mirũ cui ēt nũc pedagogi lites ad auriculas uerſaret̄ impio eiuſmōi cõuitiorũ. Vbi. n. iſte uidiſſet ſcurrā exhauſto rubore qui ſe putaret nihil hr̄e qđ de exiſtimatiōe ꝑderet: ut oīa ſine famæ detrimēto facere poſſet. igit̄ genera figurarũ ex ipſis exēplis itelligi poterũt. Erat. n. attenuata uerboꝝ cõſtructio qdā & alia i grauitate: alia poſita i mediocritate. Eſt āt cauēdũ nedũ hæc genera cõſectemur i finitima & ꝓpinqua uitia ueniam9.

Vitium ad grauem figuram.

Am graui figuræ q laudāda ē: ꝓpinq eſt ea q fugiēda eſt: q recte uidebit̄ appellari ſi ſuffulta noiabit̄: nā ut corpis bonā habitudinē tumor imitat̄ ſæpe ita grauis orō ſæpe impitis ur̄ ea q urget & iflata ē: cũ aut nouis aut priſcis uerbis aut duriter aliũ de trāſlatis: aut grauiorib9 q̄ r̄s poſtulat aliqd dicit̄ hoc mō. Nā q pduelliōib9 uēdit at patriā n̄ ſatis ſupplicii dederit: ſi præceps in neptunias depultus erit lacunas. Pœnitet igit̄ iſtũ qui mōtes belli fabricat9 eũ cāpos ſuſtulit pacis i hoc genus pleriq; cũ declinauiſſent: ut ab eo quo ꝓfecti ſũt oberrauerũt & ſpē grauitatis falluntur: nec ꝑſpicere poſſunt orōnis rumorē.

Vitium mediocris.

Vi in mediocre gen9 orōnis ꝓfecti ſunt: ſi pueīre eo n̄ potuerũt: errātes pueniũt ad cõfiniũ ei9 generis quod appelam9 diſſolutũ qđ

collocamus. Primũ hoc pacto. defloreſcit formæ
dignitas: a ut morbo: aut uetuſtate. Poſtremo ſic
aut morbo aut uetuſtate. formæ dignitas deflore
ſcit. ad uetuſtatẽ diſiũctio ẽ appoſita. Quare ra/
rius utemur ea ne ſacietatẽ pariat breuitatẽ parit
cõiũctio Quare ſæpius adhibẽda ẽ: hæcq; tres ex
ornatiões d ſiplici generẽ manãt. Cõduplicatio

c Onduplicatio ẽ cũ rõe ãplificatiõis: aut cõ
miſeratõis eiuſdẽ uniꝰ: aut pluriũ uerboꝝ
iteratio hoc mõ: Tumultꝰ. C. Gracchi: tu
multus domeſticos & iteſtinos cõparat: itẽ cõmo
tꝰ nõ es: cũ tibi pedes mater ãplexaretᷣ nõ es com
motus: itẽ nũc ẽt audes i hoꝝ cõſpectũ uenire ꝓ/
ditor patriæ: ꝓditor inq̃ patriæ uenire audes i ho,
rũ cõſpectum: Vehementer auditorem cõmouet
eiuſdem reintegratio uerbi. & uulnus maius effi/
cit ĩ contrario cauſæ: qua ſi aliquod telũ ſæpius ꝑ
ueniat in eandẽ ꝑtẽ corporis. Interpretatio.

i Nterp̃tatõ ẽ q̃ nõ iterãs idẽ reitegrat uerbũ
ſed id cõmutat qđ poſitũ eſt alio uerbo qđ
idem ualeat hoc mõ. Remp. radicitus euer
tiſti ciuitatem funditus deieciſti. patrem nefarie
uerberaſti parenti manus ſcelerate intuliſti. neceſ
ſe eſt eiꝰ q audit animum cõmoueri: cũ grauitas
prioris dicti renouatur interpretatiõe uerborum.

Commutatio.

c Ommutatio ẽ: cũ duæ ſnĩæ iter ſe diſcrepã
tes ex trãſitõe ita efferuntᷣ ut a priore poſte
rior contraria priori ꝓficiſcatᷣ: hoc mõ eſſe
oportet ut uiuas: nõ uiuere ut edas. Itẽ ea re poe/
mata nõ facio: qa cuiuſmõi uolo nõ poſſũ: cuiuſ/
mõi poſſũ nolo. Itẽ quæ de illo dicuntᷣ dici nõ poſ
ſunt: quæ dici poſſũt nõ dicuntᷣ. Itẽ poema loq̃ns
pictura eſt tacitũ poema debet eẽ. Itẽ ſi ſtultus es
ea re taces. nõ tñ ſi taces ea re ſtultꝰ es. Nõ põt di
ci q cõmode fiat cũ cõtrariæ ſnĩæ trãſlatiõe quocq;
uerba cõuertantᷣ. Plura ſubiecimꝰ exẽpla ut quo
niã difficile eſt hoc genus exornatiõis iuentu dilu
cidũ eſſe ut cum bene eſſet intellectum facilius i
dicendo inueniretur. Permiſſio.

p Ermiſſio eſt cum oſtendemus i dicendo nos
aliq̃ rem totam traderem & concederem ali
cuius uoluntati ſic. Quoniam omnibus re
bus ſurreptis ſolum mihi ſuper eſt animus &
corpus: hæc ipſa de multis que mihi ſola relicta
ſunt uobis & ueſtræ condono poteſtati. Vos me

Ad uetuſtatem: effectum horum tri/
um colorum. Ad breuitatem: con/
iunctio ſub qua intelligitur: & adiun
ctio: quia uno tãtum uerbo ambæ cõ
cluduntur: ſed una a medio: altera a
principio uel fine de ſimplici genere.
Manat: q̃a de uno themate ſuum uni
cuiq; dat uerbum. eſt diſiunctũ ſi unũ
tantum a principio uel a fine ẽ adiun
ctum.

c Onduplicatio: anadiploſis
ideſt duplico. Amplifica
tionis: ideſt coniunctionis
ad indignationem. Hoſtes
comparat: quia concitauit ſeditionẽ
in urbe. Non commotus: hoc in plu
ribus uerbis reprehendit crudelitatẽ
filii in matrem. Audis: contra Catili
nam.

i Nterpretatio: ab interpre/
tor. Iterans uerbum: ſit fa/
cit conduplicatio quod po
ſitum eſt: ideſt uocabulum
ipſum prius dictum: ſcilicet dicendo
idem per alia uerba: ſicut Vergilius.
Prodimur atq; italis. Rempu. contra
catilinam. Neceſſe eſt. ponit effectũ
remoueturq;: is ſtimulo quodam im
pellitur.

c Ommutatio: a priore
Poſterior. Teren. Nolunt
ubi uelis: ubi tu nolis cupi/
unt ultro: quæ de illo di/
cunt. excuſat auarum accuſatum falſo
Item poemata: hac ubi uocare & glo
rioſa eſſe probat. Fieri: latenter tan
git effectum: commoditatem quan/
dam afferre uidetur.

p Ermiſſio: apherefis ſicut
quoniam erat quidam qui
propter nimiam calamita
tẽ ſubiiciebat ſe ꝑtãti alicui:

Tametſi alias: ſicut i captanda bēiuo lentia & attētione & ut ſubiiciendo te alicui potentiam illius extollis.

Vbitatio: hō mortaliū ſiue
d ſceleratiſſime malitioſiſſi-
me libidinoſiſſime. ad eſt āt
effectus ſed pōt eſſe talis ꝙ
ſæpius facit ad genus demonſtratiuū: & eſt uehemens ad commouendam indignationem.

Xpeditio: nā de petico ſigni
e ficat expediui cæteræ tollūt
ſed p negationē dicius eas ita
enumeratas fieri nō potuiſ-
ſe. Quod q̄ itendimus: q̄ ꝓbare uolumus. Neceſſe ē. uult aliqs ꝓbare unū quēpiā poſſiderē agrū alienū iiuſte Vacuū poſſediſſe: uacuas res poſſideri dicius cū ea poſſidēus: q̄ nullū prius poſſidētē hēant. Vñ eſt apud Tulliū de aliqbus ppl'is uenerūt i uacua. Aut uſu uel capio cœpiſſe: uſu capio dr̄ cū aliqs poſſidēdo rē alienā pp lōgū tempus ꝓpriū efficit nullo eā regrēte. Me uiuo: ex hoc apparet teſtamētū nō hr̄e effectū donec uiuat teſtator. Pecūia: ipe fūdus. nā pecuniā dicius rē poſſeſſam. Relinqtur: reſtat: ſupereſt.

Oniecturales. argumētatio
c nes q̄le eſt hoc conſtat hunc
eſſe occiſū aut ab inimicis:
aut a latronibus ſed nullum
inimicū hēbat; nullius hic hītat latro ergo reſtat ut a te uicio iterfectus ſit.

Tāq̄ i pleriſqꝫ qa multi ſunt colores quos facere poſſumus cū uolumus ſicut ſnīas mēbra: ſed nunc poſſumus niſi rationabili rōne interueniente: ut multa in alia enumerari poſſint.

Iſſolutio: uel diſſolutum cō
d iunctiōibus: ſicut ſūt q̄ & ue
etqꝫ &. Separatis partibus:
hoc eſt qñ plures orōnes po-
nunt̄ ſine copula & differūt a diſiuncto: hoc qa i diſiuncto nō cōſideratur labſentia copulæ ſed uerba qbus ſingula orō cōcludit̄ ſed i hoc nō ſolū copula ſed cōſideratur abſentia. Gere morē. ſuadet filio: ut ſit obſeqoſus patri. Deſcēde in te: hortat̄ unū dāntū qui erat deprehenſus noctu ambulare cū ſeruis ut ſi ſcit eſſe inſontem dimitte examinari ſeruos.

Ræciſio: fit cū aliq̄ dicimus
p ipfecta orōne tacemus reli-
qua aut p idignationē: aut p
icupiditatem ſicut Ver. Quo
mihi tecū: pcūctatio ē unus qui uitupe rat alterꝝ in corona. Itē iſta uituperat unū q repħendebat alios de ſtupro alienæ domi: poſt itulisti ſtupꝝ uel furtum. Atrocior: tacendo maior mouet̄ indignatio auditoribus pp ſuſpitionē qd ſi apte oīa dicerent̄

quo pacto uobis uidetur. utamini atqꝫ abutamini licebit ipune i me qdlibet ſtatuite. dicite atqꝫ obtēperabo. Hoc gen⁹ tāetſi alias quoqꝫ nō nūq̄ tractādū eſt tñ ad miſericordiā cōmouendā uehementiſſime eſt accōmodatum. Dubitatio.

Vbitatio ē cū quæreṫ uideat̄ orator utrū
d de duob⁹ potius: aut qd de plurib⁹ potiſ
ſimū dicat hoc mō. Obfuit eo tēpore plurimū reip. cōſultū: ſiue ſtultitiā ſiue malitiā dicere oportet: ſiue utrūqꝫ. Itē tu iſtud auſus es dicere homo oīum mortaliū quæro quonā te digno moribus tuis appellem nomine.

Expeditio.

Xpeditio ē cū rōnib⁹ cōpluribus enume-
e ratis qbus aliq̄ res: aut fieri aut nō fieri po
tuerit: certe tollunt̄: una relinqt̄ quā nos itendim⁹ hoc mō. Neceſſe ē cū cōſtet iſtū noſtrū fundū fuiſſe oſtendas te. aut uacuū poſſidiſſe aut uſum tuum feciſſe: aut emiſſe: aut hereditate tibi ueniſſe. Vacuū cū ego adeſſem poſſidere nō potuiſti: tū etiā nūc uſu feciſſe non potes. Emptio nulla profertur: hæreditate tibi me uiuo mea pecūia uenire non potuit. Relinqt̄ ergo ut me ui de meo fundo deieceris. hæc exornatio plurimū iuuabit cōiecturales argumentationes: ſed nō erit tanquā in pleriſqꝫ: ut cū uelimus ea poſſimus uti: nam facere id nō poterimus: niſi nobis ipſa negocii natura dabit facultatem. Diſſolutio.

Iſſolutio ē q̄ cōiunctionibus uerborum e
d medio ſublatis partibus ſeparatis effertur
hoc mō gere morē parenti: pare cognatis obſequere aīcis: obtēpera legibus: itē deſcende in integram: defenſionē noli qcq̄ recuſare. da ſeruos i quæſtiones: ſtude uerū iuenire hoc genus & acrimoniam habet & uehementiſſimum eſt & ad breuitatem accommodatum. Præciſio.

Ræciſio ē cū dictis qbuſdā rliquū qđ cœ
p ptū eſt dici relinqt̄ ichoatū ſic. Mihi tecū
præcertatio nō ē ideo quod populus romanus me nolo dicere ne cui forte arrogans uidear. te āt ſæpe ignominia dignū putauit: itē tu iſtud nunc audes dicere q nup alienæ domui nō auſi dicere: ne cū te digna dixero me indignum qppiam dixiſſe uidear hic atrocior tacita ſuſpitio q̄ diſerta explanatio facta eſt. Concluſio.

c Onclusio: ſympalma ex iis q̄ dicta ſunt. ſ. ex maiore & ex mīore tanq̄ ſylogiſmus q̄ cōficit & cōcludit. Quod neceſſario: tā ēt cōtra nō oratio neceſſario. Philoctete ſagittis: philoctetes ſocius herculis cuius hiſtoriam tangit Ver. parua philoctete ſubnixa petilia muro. Hæ nihil: hæc eſt minos Alexandrum paridem.

s Eſtāt ēt decē: ſeparat hoc colores a ſupradictis: qm̄ illi ſunt ꝓprie dicti: hi uero abuſiue per metaphoras. Vno genere: quaſi ſub uno toto ꝙ ē de īproprietate uocabuloꝝ ſed hēt plures ſpecies. a poteſtate recedat̄. i. a ꝓpria ſignificatione per metaphoras.

c Onclusio eſt q̄ breui argumētatiōe ex his q̄ ante dicta ſunt aut facta cōficit qđ neceſſario conſequatur hoc modo: quod ſi danais datum erat oraculum non poſſe capi troiam ſine philoctete ſagittis. hæ āt nihil aliud fecerunt niſi Alexandrum percuteret. hunc extinguere id nimium fuit capi troiam paridem.

Eſtāt ēt decē exornatiōes uerboꝝ q̄s iccirco nō uage diſpſimus: ſed a ſupioribus ſuperauim⁹: qđ oēs ī uno genere poſitæ ſūt nā eoꝝ oīum hoc propriū ē ut abuſitata uerborū ptāte recedat̄ atqꝫ ī aliā rōnem cū quadā uenuſtate oratio conferatur. Nominatio grauis.

d E qb⁹ exornationib⁹ noīatio ē pria q̄ nos admonet: cū cui rei nomē: aut non ſit: aut ſatis idoneū nō ſit eā noſmet idoneo uerbo nomīemus aut imitatiōis: aut ſignificationis cā: Imitationis hoc mō & maiores rudere: uagire & murmurare & ſibilare appellauerūt ſignificandæ rei cā ſic poſtq̄ iſte ī rēp. fecit ipetū: fragor ciuitatis ī primis ē auditus: hoc genere raro ē utēdū ne noui uerbi aſſiduitas odium pariat. ſed ſi cōmode qs ea utat̄ & raro nō mō non offendet nouitate ēt ornabit oratione. Pronominatio.

p Ronominatio ē q̄ ſicuti cognomie quodā extraneo demōſtrat id quod ſuo noie non poſſūt appellari. Vt ſiqs dū loqt̄ de gracchis at nō aphricani nepotes inqt iſtiuſmōi fuerūt Itē ſi quid de aduerſario dicat: uidete nunc īquid iudices queadmodū Plagioſippus iſte tractarit hoc pacto nō inornate poterimus & ī laudando & ī lædendo in corpore: aut animo aut extraneis rebus dicere ſicuti cognomen quod pro certo nomine collocemus. Denominatio.

d Enomiatio ē q̄ a ꝓpiqs & finitimis rebus trahit oratione q̄ poſſit ītelligi res q̄ n̄ ſuo uocabulo ſit appellata. Iſta aut ab iuētoř cōficit̄: ut de tarpeio loq̄ns cū capitoliū nomiet. Aut ab iuēto ut ſiqs ꝓ libero uinū: ꝓ cerere frugē appellet. Aut ab iſtrumēto dominū: ut ſi qs macedonas appellarit hoc modo nō tamē cito ſariſſæ

Cum quadā uenuſtate: nā cum una res ꝓprie dicta turpiter dicatur nō ꝓprie per ſimilitudinem ornabitur ut ſi qſpiā fœlix florere dicat̄. Nominatio onomaſia. Nos mōet: diffinit eā ut n̄ ſit penitus ut rudere aſinum & mugiř bouē q̄ uocabula aliquando nō fuerit turpia q̄ a ſono īuenta ſunt. Satis idoneum: ex parte. n. erat. Sed nō rō ſufficiens ad exprimēdā ſignificationē ut fragor ꝓ populi clamore. Et floridus iuuēis ꝓ rubicūda ſignificādæ īſignis dicēdæ & exprimēdæ. Odiū pariat docet. n. octauiāus ut ait Suetonius uitāda eē noua uocabula ſicut ſcopuli nauigātibus qđ cōtra faciūt græci ī qbus noua uocabula ſunt intelligibiliora.

p Ronominatio: antonomaſia hoc eſt nomē ꝓ noīe. Suo nomine nō pōt uel pp neceſſitatē uel pp turpitudinē aliq̄: nōne africani nepotes cū nomē graccoꝝ eēt īuiſū nepotes Scipionis maioris appellauit: qa eius filia cornelioꝝ mater fuit gracchoꝝ legit̄ & in fabulis cum aīalia oīa cōgregarent̄ & qſqꝫ nomē ſuū daret noluiſſe ſed dicere nullū: ſed eq nepotē ꝙ ꝓpria uoluntate dictus ſit. Plagioſis me retractauit uolēs noīare ſuū aduerſartū nō nomen ꝓpriū dixit ſed tāq̄ cognomen appellauit plagioſum ſignificat. n. illū q ſuauitate uerboꝝ retrahit iuuenes uel alios a uirtute ꝓpoſita ut ſi a litteris ad rē militarē aduertere a græco ſic obliquū. Laudādo & legendo: ergo demōſtratiuo cōuenit generi: illa ſuperius fit magis ad neceſſitatem cū uocabulum idoneum nō inuenit̄. hoc uero ad laudē uel uituperationē laudando: ut Ecce philoſophus uitupando ut Ecce taurus. In corpe adeſt: ī aīo adeſt philoſophus extraneis rebus: Ecce ditiſſimus.

d Enominatio: ꝓ anomaſiā in hoc colore pōit̄ noīi pro nolo ſed hic eſt alia affinitas & propinquitas ī ſuperioribus. Nam de tarpeio q̄ ē de mōte tarpeio. Capitolium noīet: ſi qs uolens dicere tarpeiū montē dicat capitoliū: qa ī eo iūctū ē caput: cū fundamēta arcis effoderent̄ Pro miſtro dn̄i ponēdo tela macedonū ꝓ ipſis macedonibus utentur: q̄ dicuntur ſariſſæ pila romana geſſa galli

ca uero ſunt. Græcia potitæ cōſtat. n. alexandrū ſuperaſſe græciā ī pręcipiendo: in dam dandis regulis nullus. enim labor eſt inueniendis; ſed ī oſtēdendo quæ contineant & quæ contineantur: aut quæ faciant & quæ fiant & ſic de reliquis.

Circuitio: periphraſis. Circūſcribens elocutiōe diffiniens ꝑ plura uerba ornata ī q rc īterrogatus Zeno reſpōdit differe hāc artē a dialectica q illa eēt ut pugnus: hæc uero: ut manus extēſa. Niſi eēt ornatus: uī hic tangere effectū: quod ornatū maximū affert ad attētionē.

Tranſgreſſio:

Quæ perturbat ordinē: contra rationē grāmaticā: quæ iubet ut nominatiuus anteponatur uerbum in medio & reliq poſtponantur fit autem tranſgreſſio ut in uno uerbo tam ponendo ꝓpoſitionem poſt: ut maria circū: & ꝗobrē. Aut in tota cōſtructione: ut tuā rogabimus humanitatē. Peruerſione: ut q de re. Traiectione: ut ī tota cōſtructiōe. Ad cōtinuationes populi: dixit propter tria genera quędā numeꝝ pedum & ad conſonantia ſicut Arma uirūq; cano: male enim ſonaret arma uirum cano.

Virgilius

Superlatio: hyperbole: ſuper ueritatem non dicit ueritatem propter mendacium: quia eēt contra officium oratoris niſi eſſet cauſa ſuadendi aliquem cum utilitate ciuitatis: ſed dixit ſuperans quaſi augēs eam uel minuens dicendo. Odanaū fortiſſimæ gentis Titide. non enim fortior Achille: ſed dixit ad laudem æneæ cū quo pugnauit ꝗꝗ ſubtilius intelligi poſſit uelle eum ſignificare ualde fortem adauxit ueritatem non eā negauit. Ad occaſum metiemur: hoc falſum eſt: quia ut īquit Tullius ī ſomno Scipionis cum quidam romani ſupra caucaſum montem aſtitiſſent: & interrogati qui eſſent: reſpondiſſe ſe eſſe romanos: ualde mirati ſūt romanum uirium. A ſimilitidine: per tam & q. Ab æquali comparatiōe: a præſentia per magis & minus. Corpore niueum candor eſt: de Cæſare dixit ītra urbem cum copiis reuertenti cuius ore uerſus Homeri de neſtore quem etiam poſuit ī Catone maiore effectū ār miſcuit cum diffinitione quia fit augendi minuendi ue cauſa.

Intellectus: ſynecdoche parua de parte ponendo partē pro toto ſicut lepidū caput. Te tibiæ: uxor reprehendit maritū ſe ępudiantem.

græcia potitæ ſūt aut idē gallos ſignificās dicat: nec tū facile ex italia armatura traſalpia depulſa ē. Aut id qd fit ab eo q facit: ut ſi qs cū bello uelit oſtendere aliqd quępiā facile dicat. mars. iſtud neceſſario te facere coegit: aut ſi qd facit ab eo qd fit ut cū deſidioſā artē dicemus: qa deſidioſos facit & frigus pigrū qa pigros facit ab eo qd continet id qd cōtinet hoc mō denoīabit. Armis Italia nō pōt uinci nec Græcia diſciplinis. nā hic ꝑ græcis & italis q cōtinent notata ſunt. Ab eo qd cōtineat id qd cōtinet ut ſi qs aurū uel argentū: aut ebur noīet cū diuitias uelit noīare hāꝝ omniū denominationū magis ī ꝑcipiendo diuiſio q inqrendo difficilis inuētio ē iō qd plena cōſuetudo ē nō mō poetarum & oratorū: ſed ēt quotidiani ſermonis huiuſmōi denoīationū. Circuitio.

Circuitio ē orō rē ſimplicē aſſūptā circūſcribēs elocutiōe hoc pacto Scipiōis ꝓuidentia. Carthagis opes fregit: nā hic niſi ornādi rō qdā eſſet habita. Scipio potuit & carthago ſimpliciter appellari. Tranſgreſſio.

Tranſgreſſio eſt q uerboꝝ ꝑturbat ordinē traiectiōe: aut puerſiōe. Peruerſiōe: ſi hoc uobis arbitror deos īmortales dediſſe pietate pro uſa. Traiectōe hoc mō. Inſtabilis in iſtū plurimū fortūa ualuit omnes inuidioſe eripuit tibi bene uiuendi caſus facultates huiuſmōi traiectio q rem nō reddit obſcurā multū ꝓderit ad cōtinuatiōes de qbus ante dictum eſt in qbus oportet uerba ſint ad poeticū quendā extructa numerum: aut perfecte & perpolitiſſime poſſint eſſe abſolutæ. Superlatio.

Superlatio ē orō ſupās ueritatē alicuius augēdi miuēdiue cā. hæc ſumit ſeparati aut cū cōparatiōe. Separati ſic: qd ſi cōcordiā retiebitis ī ciuitate īperii magnitudinē ſolis ortu atq; occaſu metiemur cū cōparatōe aut a ſimilitudie: aut a præſentia ſuplatio ſumit. A ſimilitudie ſic: corpore niueū cādorem aſpectu igneū ardorē aſſequebat. A pſtātia hoc mō: cuius ore mele dulcior ſermo pfluebat: ex eodem genere hæc eſt: tātꝰ erat ī armis ſplendor: ut ſolis fulgor obſcurior uideretur. Intellectus.

Intellectꝰ ē cū res tota pua d pte cognoſcit aut de toto pars. de parte totū ſic ītelligitur non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonii

cōmouebāt: nā hic oīs ſanctimonia nuptiaꝝ uno
ſigno tibiarū itelligit̄ de toto ps: ut ſi qs ei ueſti
tū: aut ornatū ſūptuoſū oſtendet: dicat oſtentas
mihi diuitias & locupletes copias iactas. Ab uno
plura hoc mō. Pœno fuit hiſpan⁹. auxilio fuit im
māis ille trāſalpin⁹: i Italia queq; ſenſit nō nemo
togatus idē. Vnū a plurib⁹ ſic itelligit̄ atrox ca
lamitas pectora mœrore pulſabat. Itaq; anhelans
eximis pulmonib⁹ præ cura ſpiritus ducebatur:
nā in ſupioribus plures hiſpāi & galli & togati &
hic unū pectus & unus: pulmo itelligit̄: & erit il
le diminutus numerus feſtiuitatis adiunctus gra
uitatis gratia. Abuſio.

Buſio ē q̄ uerbo ſimili & propiquo ꝓ cer
a to & proprio abutit̄ hoc mō. Vires hoīs
breues ſunt: aut parua ſtatura aut lōgū in
hoīe cōſiliū: aut oro magna aut uti pauco ſermōe
nā hic facile ē itellectu finitima uerba rerū diſſi
miliū rōne abuſionis eē traducta. Trāſlatio.

Rāſlatio ē cū uerbū i quādā rē trāſfertur
t ex alia re: qd pp ſimilitudinē recte uidet̄
poſſe trāſferri. ea igit̄ ſumit̄ rei ante oculos
ponendæ cā ſic. Hic Italiā tumultus expergefecit
terrore ſubito breuitatis cauſa. ſic recens aduētus
exercitus ſubito ciuitatem extinxit. ob ſcœnita
tis uitāda cauſa ſic cuius mater quottidianis nu
ptiis delectat̄. Augēdi cauſa ſic: nullius urbis ca
lamitas iſtius explere inimicitias & nefariā crude
litatē ſaturare potuit Minuēdi cā ſic: magno ſe ꝑ
dicat auxilio fuiſſe: qa paululū i rebus facillimis
aſpirauit. Ornādi cā ſic. aliquādo populi romani
uires q̄ malitia nocentū exaruerat uirtute optiaꝝ
rſuireſcēt. Trāſlationē dicūt prudētē eē oportere
ut cū rōe i cōſimilē rē trāſeat ne ſine delectu teme
re & cupide uideat̄ in diſſimilem tranſcuriſſe.

Permutatio.

Ermutatio eſt oro aliud uerbis. aliud ſnia
p demōſtrās. ea diuidit̄ i tres ptes: ſimilitudi
nem argumtū & cōtrariū. Per ſimilitudi
nem ſumitur cum tranſlationes una: aut plures
frequenter ponuntur a ſimili oratione ductæ ſic:
nam cum canes funguntur officiis luporum cui
nam præſidio pecuaria credemus. Per argumen
tum tractatur: cum a perſona aut a loco. aut a re
aliqua ſimilitudo augendi: aut minuendi cauſa
ducitur: ut ſi quis druſum gracchum numitorem

Cōmouebant: in memoriam redu
cebant. Ab uno plera: ponendo ſin
gularem pro plurali: ut Ver. Vtrum
q; armato milite complent. Pœno fu
it hiſpanus auxilio. i. hiſpani fuerunt
hannibali in italiam traiicienti. Tranſ
alpinus: galli. Togatus: romani.
A pluribus: pluralem pro ſingulari
Pulmo: græci a flatu pueunoma:
nos uero a pulſando: quia ſi a pulſu
ceſſaret & uita deficeret. Græcia: fe
ſtiuitatis ponit effectum: nam ponen
do hiſpanos pro hiſpanis habet feſti
uitatem: hic grauitatis dicendo pe
ctora pro pectus: & pulmonis pro
pulmone.

Buſio: catecriſis
ſicut abuor. Pro certo ideſt
ponere certum pro t propin
quo & proprio pro conſimi
li aut parua ſtatura hæc ſimilitudinē
habent maximam: ſed proprie debu
it dicere paruæ uires & breuis ſtatura
in qua re uidetur poni quantitas con
tinua pro diſcreta quæ licet ſe contine
at tamen diuidi poteſt quantitas pro
alia quantitate.

Ranſlatio.
t propter ſimilitudinem uide
tur poſſe transferri: puta di
cimus iniuſtam cauſam ī me
& aquas ſomno ſopitas & nix albet ſi
cut homo ſenex tremulus expergefa
cit. ſicut enim dormiens ualde quie
ſcit ſuperuenientibus gallis in furorē
ſuſcitata eſt. extinxit: remouit lucem
& ſplēdorem quotidianis nuptiis: ho
neſtis enim uerbis meretricem eā uo
cat ſicut qui dicit: tua maxime dele
ctat uxor nouo agricola expleri & ſa
turare habent quandam ciuitatem &
pertinet ad famelicum. Aſpirauit:
fauit: tractum eſt ab his qui flabello
uentilantur. Errandi cauſa quæ ſæ
piſſime fit: prudentem non obſcura
quæ in expoſitione alterius uocabuli
non egeat uel rata uel quæ ſit proprie
accommodata.

Ermutatio: antilogia uel al
p legoria per ſimilitudinem tā
quam metaphorā ſicut hæc
eſt: male ſeres habet quando
paſtor comedit canes. Tum eas res:
erat quidam qui non audebat aperte
inuehi contra tyrannum per argumē
tum ſcilicet quod fit cauſa approba
tionis numitorem obſoletum dicat
augendi cauſa hoc fit: nam fuit Numi
tor frater Aemilii: qui in exilio miſer
rimus fuit unde uolens quidam ſigni
ficare Druſum fœtidum & incultum
dicet: uideo numitorem. Nam



UNIVERSITARIA

Obſoletum ſignificat ſpurcus: ſqualli
dus ex contrario ſicut uidere hoīnem
uulpē dicas & in hoc poſtrēo facit li/
mitationē in iſtis tribus ptibus: qa con
trariū & ſimilitudo poſſunt ābæ dici
p cōtrariū argumētū ñ tam a ſimili q̄
a contrario duci pōt: Agamennō ue/
ſter irridet Pōpeium qui poſſet facere
pacē cū Cæſare: noluit: ſed ptinax uo
uit īperare diu pceribus romanorum
ſicut Agamēnō. Vel atreus: hic ſimu
lata amicitia cū fratre thieſte dedit ei fi
lium comedendum. Hyppolitus in
uitatus a nouerca ad ſtuprū nō cōſen/
ſit unde expulſus a patre īcitāte nouer
ca dū ipſe mare ābularet in currus di/
ſtractus ē ab equis ipſa res mouet quia
præmiſit ſupra duplices colores uer/
borum ſcilicet & ſententiarum.

Iſtributio: hic eſt prius color
d ſniaꝝ dianomi græce in plu
res res: aut perſonas omnia
enī pter hoīem noīa reꝝ ſo
ciantur: fit āt qñ pbat aliqd negociū
p allegationē mltaꝝ reꝝ: aut pſonaꝝ
qbus ſingulis ſuū attribuatur officium
qui urm iudices per hoc concedit uer
ſari in genere iudiciali: hunc Catilinā
qui parentes hētis: ac ſi dicat: ſtatuite
& facite grauē pœnam q̄ ſit exemplo
malos puniri ſolere cōſequi uoluntatē
.ſ. ī gubernando officia ſua ſicut pla/
cet ſanatui deligere & pbare hoc ē of
ficium populi ē cōprobare per ſuffra/
gia id q̄ ſenatus cōtulit ī bonos uiros
nā cū eligeret aliqs magiſtratus ſnīa
populi cōfirmabat: q̄ ſciāt. Per ratio/
nes aut audiant: ñ q̄ ipſi opinant q̄ſto
ris iudicis maleficiorū unūqueq̄ .ſ. ac
cuſatorem ut tm̄ accuſet defenſorē ut
defendat teſtē: ut cōfirmet q̄re in cau/
ſis hic nō ptinet ad colorē: ſed ē cōclu
ſio illius orōnis ex q̄ hoc tractum eſt.
Coniectura pſeq: ut ſi teſtis diceret
ego arbitror ita eē: ſed certū neſcio.
Ius miſcebis: ac ſi diceret: accuſatori
licet dicere p coniecturas q̄cqd uelit:
ſed teſti minime incerta debet dicere
ſed ſi id patieris ius utriuſq̄ miſcebis.
Cōfirmabis: ſinēdo. n. teſtē p conie
cturas dicere oñdis te cōſentire uolūta
ti teſtis: q cupide nō uere loqt. Dupli
cē defenſionē: qa oportebit cōfirmare
id q̄ īcerte dixit teſtis & cōfutare accu
ſatorē. Cuiq̄ tribuēs officiū: ī hoc ue/
natur ſignificationē diſtributionis.

Icentia: q̄ſi auctori
l tas q̄dā reprehendi. Iure:
auctoritate noſtra. Diligūt ſi
cut maledicer de maledicētibus apud
patronum: de filiis apud patrem. Mi
ramini quirites: hæc oratio hēbatur

obſoletum dicat: Ex contrario ducit ſic: ut ſiqs
hominē prodigū & luxurioſum illudēs parcū &
diligentē appellet. Et ī hoc poſtremo quod ex con
trario ſumit & illo primo quod a ſimilitudine du
citur p trāſlationem argumento poterimus uti p
ſimilitudinem ſic: quid ait hic rex. Atq̄ agamēnō
noſter ſine ut crudelitas eſt atreus potius: Ex con
trario ſi quempiā q patrē uerberauerit æneā uoce
mus: intemperantem & adulterum. Hyppolitum
nominemus. Hæc ſunt quæ dicenda uidebantur
& uerborum exornationibus nūc res ipſe monet
ut deinceps ad ſniarum exornationes trāſeamus.

Diſtributio.

Iſtributio eſt cū ī plures res aut pſonas ne
d gocia certa q̄dā diſpartiunt hoc mō. Q ui
ueſtrū iudices nomen ſenatus diligit: hūc
oderit neceſſe eſt. petulātiſſime. n. ſemp iſte oppu
gnauit ſenatū: q equeſtrē locū ſplendidiſſimū cu
pit eſſe ī ciuitates. his oportet iſtū maximas pœ/
nas dediſſe uelit ne iſte ſua turpitudine ordini ho/
neſtiſſimo maculæ atq̄ dedecori ſit: q parentes ha
betis oſtendite iſtius ſupplicio uobis hoīes impi/
os nō placere: q̄bus liberi ſunt ſtatuite exemplū
quantæ pœnæ ī ciuitate ſint hominibus huiuſmo
di cōparatæ. Item ſenatus officiū eſt cōſilio ciuita
tem iuuare magiſtratus officiū eſt opere & diligē
tia conſequi uoluntatē ſenatus. populi officiū eſt
res optimas & hoīes idoneos maxime ſuis ſenten/
tiis diligere & probare. accuſatoris officium eſt in
ferre crimina. Defenſoris diluere & propulſare: te
ſtis ē dicere q̄ ſciat: aut audierit. quæſtoris ē unū
queq̄ hoꝝ ī officio ſuo cōtinere quare. L. Craſſi
ſi ī cauſis teſtē præterq̄ quod ſciat aut audierit ar/
gumentari & cōiectura proſequi patiaris eius ac/
cuſatoris cū iure teſtimonii cōmiſcebis teſtis im/
probi cupiditatem confirmabis reo duplicem de/
fenſionē parabis. Eſt hæc exornatio copioſa: cō/
prehēdit. n. breui multa ſuū cuiq̄ tribuens offici
um & ſeparat & res diuidit plures.

Licentia.

Icentia ē cū apud eos quos: aut uereri. aut
l metuere debemus: tamē ali qd p iure nr̄o
dicius qd eos minie offendāt: aut quos hi
diligūt cū ī aliquo erato uere rephēdi poſſe uidea
tur: hoc mō miramini qrites qd ad oibus ur̄æ rō
nes deſeruant qd cām ur̄am nēo ſuſcipiat: qd ſe

nemo uři defenſorē ꝓfiteat̃ id tribute ueſtræ culpæ: deſinite iſtud mirari. quod. n. eſt quare nō oīs iſta rē fuger̃ ac uitare debeat. Recordamini quos habueritis defenſores ſtudia eoꝝ uobis añ oculoſ ꝓponite: deinde oīum exitus cōſiderare: tū uobis ueniat in mētem ut uere dicā negligētia uřa: ſiue ignauia potius illos oēs ante oculos uřos trucidatos eſſe inimicos eorū ueſtris ſuffragiīs i ampliſſimū locū ꝑueniſſe. Item nā quid fuit iudices q̄re in ſentētiīs ferūdis dubitaueritis: aut iſtū hoīem nefariū āpliaueritis: nō aptiſſime res erāt crimini datæ nō oēs hæ teſtib⁹ cōprobate: nō cōtra tenuiter & nugatoriæ reſpōſū: hic uos ueriti eſtis ſi primo eū cœtu cōdēnaſſetis ne crudeles exiſtiaremini dū eā uitaſtis uituperatiōnē q̄ longe a uobis aberat: eā iueniſtis: ut timidi: atq; ignaui putaremini maximas & priuatas & publicas calamitateſ accepiſtis cū ēt minores īpēdere uideāt̃: ſedetiſ & oſcitamini. Nocte lucē luce noctē expectatis aliquid quotidie acerbi: atq; incōmodi nūciat̃: & eū cui⁹ opera hęc nobis accidūt. Vos remoramini diuti⁹ & alitis atq; reipublicæ pnīciē retinetis quoad poteſtis i ciuitate. Eiuſmodi licētia ſi nimiū uidebit̃ acrimoniæ hr̃e multis mitigationib⁹ leniet̃: nam cōtinuo aliq̄d huiuſmodi licebit inferre. Hic ego uirtutē ueſtrā quæro: ſapiētiā deſidero: ueterē cōſuetudinē requiro: ut qđ erit cōmotū licētia: mitigetur id laude: ut altera res ab iracūdia & moleſtia remoueat altera res ab errato deterreat. Hæc res ſicut in amicitia: ita in dicēdo ſi loco fit maxīe facit: ut & illi q audiēt a culpa abſint: & nos q dicimus amici eorū & ueritatis eē uideamur. Eſt āt quoddā genus licētiæ dicēdo quod aſtuta cōpatione cōparat̃: cū aut ita obiurgamus eos q audiūt quō ſe ipſi cupiūt obiurgari: aut id quod ſcimus facile oēs auditores: dicim⁹ nos timere quō acciāt: ſed tamē ueritate cōmoueri ut nihil ſecius dicamus horū āborū generū exēpla dicem⁹. Prioris huiuſmodi nimiū. Quirites ais eſtis ſimplicibus: & māſuet s: nimiū creditis unicuiq; exiſtiatis unūquēq; eniti: ut pficiat qua uobis pollicit⁹ ſit: erratiſ & fruſtra falſa ſæpe iādiu detinemini ſtultitia uřa: qa quod erat i ueſtra ptāte ab aliīſ peter̃ q̄ ipſi ſumer̃ maluiſtiſ. Poſterioriſ licētiæ hoc erit exēplū: mihi iudices fui tamicitia cū iſto: ſed iſta amicitia tametſi uereor quō accepturi ſitiſ: tamē

apud populum deliberantem de electione tribuni poſt mortem græcoꝝ in qua unus arguit eos quod occiderint gracchos: quia nemo nō uult eē tribunus. Exitus: quomodo benetractis eos ꝓ defenſoribus ueſtris q̄a occidiſtis eos. Inimicos eorum: ſcilicet conſules prætores. Item nam dicit contra Catilinam quem occidere romani auſi non ſunt propter metū: cum primum ſe ad excuſandum in ſenatum ueniſſet: & eſt in genere iudiciali. Nugatoriæ: falſis rationibus.

Primo cœtu: cum primū ueniſſet ī cœtū. Aliquid acerbi: ſcilicet quod augetur exercitus Catilinæ. Mitigationibus: lenietur tanquam uulnus ex oleo ſolet. Hic uirtutem: hic coniūgi debet cum exēplo ſuperiore tāquam medicamen poſitæ reprehenſionis.

Veterem conſuetudinē: harum rerum commemoratione animus mitigatur auditorū. Altera res ab ira: ſcilicet mitigatio: & primo reſpōdet ſecundo. Altera ab errato: ſcilicet ipſa reſpoſio. Sicut in amicitia: cum enim amicitia ſit inuenta ad quietem amicorum: raro debet habere reprehenſionem: ſcilicet ſi habet ſuauis eē debeat: & eſt ſolitudo effectus ipſius licentiæ: quia ſicut amicum quodam modo reprehēdimus: ut bono & ueritatis cauſa dicere uiderimus & in licentia ſeruare debemus. Eſt aūt quoddam genus: hæc eē ſecūda ſpecies licētiæ quā in duas diuidit particulas cū ſingulis exēplis quomodo ſe uult obiurgari: in qua reprehēſione animus eorum non offenditur. Secius dicamus: dicemus nos nō minus deuiatores a uirtute licet dubitamus quō ipſi uerba accepturi ſint. Nimiū q̄rites: reſpōdet populus minimæ liberalitatis: Stultia ueſtra: ſtultitia eſt ruditas naturæ contraria aſtutiæ & malitiæ.

Mihi cū iſto: arguit Romāos īgratitudīs qđ dū ipſe fauet ſenatui ꝑdidit amicitiā. M. Anto. cui⁹ erat amicus.

Hæc exornatio: epilogat per enume
rationem. Acrimoniam: quantum
ad primum genus licentiæ. Laude
& ſimulatione: ad ſecūda genera po
ſita:

d Iminutio in eſſe nobis: ut
illud ſi quid eſt in me in/
genii. Quos defendi/
mus: ſicut ī Archia poeta.

Matura: tangit tria bonorum gene
ra: induſtria: ſic ſcientia: doctrina.

Pro iure: meo excuſat ſe Cice. con/
tra gracchos: qui dicebant eum igna
rum militiæ. Tenerem: ſcirē nunc:
ſcilicet cum dicimus non in poſtre/
mis. Igitur utrum defendit quendā
damnatum furti & eſt exemplum bo
norum fortunæ. Leuiſſimum: hic
eſt diminutio. Proferūdis: laude.

Eſcriptio
d fit autē quando ponimus
añ oculos quæ futura ſint:
ſi quicquam deliberamus.

Dilucidam: quæ ante oculos poni
uideatur. Grauitate: ſermonis: ſcili
cet ſententiarum. Quod ſi iſtum di
cit contra Verrem quem iudices ac/
cuſatum impunem dimittebant oſtē
dens mala futura: & eſt in genere iu/
diciali per commutationem indigna
tionis. Sic ex caucaleo: hac ſimilitu
dine ſeruatur grauitas: & expreſſa rei
ſimilitudo. Acuens dentes: detrahē
do: ſcilicet & a mordendo. Depecu
lans: ſpolians uelu tquodd ā ſacrum.

Quare uidere: hoc nō ē de colore:
ſed concluſio. Nam ſi iſtum: reuer
titur ad colorem. Item nam ſi: de
hoc orat pro filio quodam accuſato:
quē iudices punire uolebāt: & ē āpli/
ficatio per cōmotionē miſericordiæ

dicā uos me priuaſtis: ꝗd ita: ꝗa ut uobis eēm ꝓ
batꝰ eū ꝗ uos oppugnabat inimicū ꝗ̄ amicū hr̄e
malui. ergo hæc exornatio cui licētiæ nomē eſt ſi
cuti demōſtrabimꝰ duplici rōne tractabit̄ acrimo
nia: ꝗ̄ ſi nimiū fuerit al ꝑa mitigabit̄ laude: & a ſi
militudine de qua ſuꝑius diximus: quæ nō indi/
get mitigationis: ꝓpterea quod imitatur licentiā
& ſua ſponte ad aium auditoris ſe accōmodat.

Diminutio.

d Iminutio ē cū aliꝗd eē in nobis: aut in his
quos defendimꝰ: aut natura: aut fortuna
aut iduſtria dicemꝰ egregiū ꝗd ne ꝗ̄ ſignificet̄ ar
rogās oſtētatio: diminuit̄: & attenuat̄ orōne hoc
mō. Nā hoc ꝓ meo iure iudices dico me labore &
iduſtria curaſſe: ut diſciplinā militarē nō in poſtre
mis tenerē. Hic ſi ꝗs dixiſſet: ut optime tenerem:
tāetſi uere dixiſſet: tñ arrogās uiſus eſſet: nūc &
ad iuidiā uitādā: & ad laudē cōpādā ſatis dictū ē
Itē igit̄ utrū auaritiæ cā aut egeſtatis acceſſit ad
maleficiū auaritiæ: at largiſſimus fuit in amicos
quod ſignū liberalitatis ē ꝗ̄ cōtraria auaritiæ eſt:
egeſtatis at huic ꝗdē patet nolo nimiū dicere non
tenuiſſimū p̄rimoniū reliꝗt. Hic quoqꝫ uitatū ē:
ne magnū: aut maximū diceret̄. hoc igitur in no
ſtris: aut eoꝝ quos defendemꝰ egregiis cōmodis
proferūdis obſeruabimus. Nā & eiuſmodi res: &
inuidiā cōtrahūt in uita: & odiū i orōne ſi cōſide/
rate tractes. Qua re queādmodū rōne in uiuēdo
fugitur iuidia ſic in dicēdo cōſilio uitatur odiū.

Deſcriptio.

d Eſcriptio nominat̄ quæ rerū cōſequentiū
continet perſpicuā: & dilucidā cum gra/
uitate expoſitionē hoc modo: quod ſi iſtū iudiceſ
ueſtris ſentētiis liberaueritis: ſtatim ſicut e cauea
leo miſſus: aut aliqua teterrima belua ſoluta ex
catenis uolutabit & uagabitur in foro acuēs mul
tos dentes: in cuiuſqꝫ fortunas i oēs amicos: atqꝫ
inimicos notos: atqꝫ ignotos incurſans alioꝝ fa/
mam depeculans: aliorū caput oppugnās: aliorū
domū ac omnē familiā perfringēs remp. funditꝰ
labefactās qua re iudices eiicere eū de ciuitate li/
berare omnes formidine. uobis deniqꝫ ipſis conſu
lite. nam ſi iſtum impunitū dimiſeritis in uoſmet
ipſos mihi credite: feram & truculentā beſtiā iudi
ces imiſeritis. Itē ſi de hoc iudices grauē ſentētiā
tuleritis uno iudicio ſimul multos uigilaueritis.

grādis natu parens:cuius ſpes ſenectutis oīs ī huius adoleſcētia poſita ē:q̄re uelit ī uita manere nō hēbit:filii ꝑui priuati pr̄is auxilio ludibrio & deſpectui ꝑn̄is īimicis erūt oppoſiti:tota domꝰ huius idigna cōcidet calamitate:inimici ſtati ſāguīolēta parma crudeliſſima uictoria potiti iſultabūt ī hoꝝ miſias & ſupbire ſiml̄ & uerbis iuehūt. Itē nā nemine ueſtrū fugit q̄rites capta urbe q̄ miſię cōſeq ſoleāt:arma q cōtra tulerūt:ſtati crudeliſſime trucidāt:cæteri q pn̄t p ætatē & uires laborē ferre:rapiūt i ſuitutē:q nō pn̄t uita priuāt: uno deniq; atq; eodē tpe domꝰ hoſtili flagrabit icēdio & quos natura:aut uolūtas neceſſitudie:beniuolentia cōiūxit diſtrahūt:pti liberi e gremiis parētū diripiūt:pti in ſinu iugulātur:pti āte ædes cōſtuprāt:nemo iudices ē q poſſit ſatiſ rē cōſeq uerbis nec referre orōne magnitudinem calamitatis. Hoc genere exornatōis:uel idignatio:ul̄ miſicordia pōt cōmoueri:cū res cōſequētes cōphēſæ uniuerſæ pſpicua breuiter exprimūtur oratione.

Diuiſio.

d Iuiſio ē q̄ rē ſemouēs a re utranq; abſoluit rōe ſubiecta hoc mō:cur ego nūc tibi obiiciā qcq̄:ſi ꝓbus es nō meruiſti:ſi iprobus nō cōmouere. Itē qd nūc ego de meis ꝓpriis meritis ꝓdicē:ſi meminiſtis obtūdā:ſi obliti eſtis cū re nihil egeri:quid ē qd uerbis ꝑficer poſſim. itē duæ res ſūt q poſſūt hoīes ad turpe cōpendiū cōmouere:iopia:atq; auaritia te auarū i fraterna diuiſione cognouimꝰ:iopē:atq; egentē nūc uidemꝰ. qui pōt igit ōndere maleficiū n̄ fuiſſe iter hāc diuiſionē & illā:q̄ de ptibꝰ orōnis tertia ē:de q̄ i lib. i. diximꝰ ſecūdū narratōnē hoc itereſt:illa diuidit p enumerationem:qbꝰ de rebꝰ totā orōnem diſputatio futura ſcit:hæc ſe ſtati explicat:& breui duabꝰ:aut pluribꝰ ptibꝰ ſubiiciens rōes exornat orationem.

Frequentatio.

f Requentatio eſt cū res in tota cā diſpſæ cogūtur unū in locum quo grauior:aut acrior:aut crimioſior oratio ſit hoc pacto. A quo tandem abeſt iſte uitio:quid eſt cur iudicio eū uelitis liberare. Suæ pudicitiæ ꝓditor eſt inſidiator alienæ cupidus intemperās:petulās:ſuperbꝰ:impius:in parentes ingratus:in amicos infeſtus: in cognatos:in ſuperiores cōtumax:in equos & pares faſtidioſus:in inferiores crudelis deniq; in oēs

Grandis natu:locus ab ætate. Paternis tuimicis. quia qui offenſi ſunt a patre filiis iniurias faciūt. Victoria: potiti ſi ipſum occidiſtis. Inſultabūt alieno malo gaudebūt: & irridebūt. Item nam nomen:dicit contra catilinam in genere demonſtratiuo per commotionem indignationis. Neceſſitudinem:quātum ad naturam: ſicut affines:cognati. Beniuolentia: quantum ad uoluntatem. Vel indignatio: ſicut in exemplo primo & ultimo. Miſericordia:quantum ad ſecundum exemplum perſpicua oratione ſicut per ſimilitudines.

d Iuiſio:dierefis:uel dileńia & ſic cum ſcimus præpoſitionem duarū rerum : & ſtatim ſubiiciamus rationē utrinq;:ſicut Verg. de Creuſa. Si ſpē ponis in armis & cætera. Si probus es ſubaudi hanc diuiſionem: aut probus es:aut improbus:ſicut & i ſequetibus exemplis. Quod prædicem eſt unus qui diſperſam mercedem ſuoꝝ meritorum apud iudices dolet. Obtundam:diſplicebo & faſtidio aures afficiam. Rem beneficio: & eſt argumētum a maiori. Duæ ſunt res: probatur homicidiū per dilematio. Ad compendium:ad lucrum:ſicut contra diſpendium:expenſa. Illa diuidit per enumerationē:hoc eſt p nomē numerale. Sic dicturus ſum tria de hoc uiro:genus:mores:patriam. Per excuſationem:ſine noīe numerali ſicut dicturus ſum de hoc uiro genus:patriam:mores.

f Requentatio:ſynatriſis a ſynatriſio congrego: quia per hunc colorem colligimus omnia in unum aſpectū quæ diffuſe per particulas diſputata ſunt:ut cū omnia ſimul moueāt magis cōmoueāt. Criminoſior: uehementior ad accuſandum. A quo iudicio abſoluebatur Catilina proditor: & quidam orator multis rationibus uitiorum ſuorum diſſuadebat: unde dicta omnia breuiter colligit.

Eiuſdem generis: hæc quæ dicta eſt poteſt cõuenire in genere iudiciali cõ ſtitutione legitima: & in aliis generi- bus hæc quæ nũc ſequitur pertinet ad iudiciale: coniecturale: in quo ſemp neceſſaria eſt. Opitulatur: adiuuat. Perſpicuam facere. i. faciunt rem: q̄ non credebatur eſſe credita: ſuſpitio enim dubia eſt inter ignorantiam: & credulitatem. Separatim ſpectare: accuſabatur unus homicidii p omnia ſigna coniecturalia quæ ſuperius ad ꝓ babile poſuit in ſecundo libro: unde nunc eaſdem regulas ſummatim re- petit ſi commodum hoc argumentũ a probabili: quod diuiditur ĩ cauſam & uitam. Animus auariſſimus: con iungit cauſam cum uita quod maxi- me prodeſt. Bono nemini: argumẽ tum per collationẽ ut ſi dicat̃: mors Aiacis nemini tam utilis eſſe poterat q̄ Vlyxi. Locus idoneus argumentũ eſt a ſigno per facultatem loci: tempo ris: & ſpatii: ſpe perficiendi: occultan diq; homo occiſus: argumentũ quod diuidit̃ in id quod factum ante rem: in re: poſt rem. Poſtera die titatus: probatio per cõſecutionem licet par- tem teſtimoniis argumentum per ap probationem: quæ fit poſt confirma tos ſuſpitione.

e Xpolitio: cum in eodẽ lo- co quantum ad ſententias quæ nõ imitantur. Aliud dicere uidemur quantũ ad modũ dicendi diuerſis uocabulis fa- ctum. Eandem rem cum ſimpliciter tractamus. Pluribus uerbis: unam ſentẽtiam: de eadem eſt cũ ad unam ſententiam plures faciemus. Com- mutationes: ſubiiciẽdo rationes: quæ licet ad eandem rem pertineant: ta- men eadem ꝓpoſitio eſt & ratio ſub iecta. Res. ſententia. Qui bonis erit prædítus rationibus; hic eſt exem plo ad id quod ſuperius diximus. Vi tæ diſcrimẽ ad illud nullum pericu- lum. Pro fortunis reipub. pro pa- tria fugiendum putabit: euitãdum ar bitratur: & erit ſemper alia expolitio.

intolerabilis. Eiuſdẽ generis illa frequẽtatio quæ plurimũ cõiecturalibꝰ cãis opitulat̃: cũ ſuſpitio- nes q̃ ſepatim diſtinctæ: iminutæ: & infirmæ erãt unũ i locũ coactæ: rẽ uident̃ pſpicuã facere nõ ſu ſpitioſã hoc pacto. Nolite igit̃ nolite iudices ea q̃ dixi ſepatim ſpectare ſed oĩa colligite & cõferte in unũ. Si & cõmodũ ad iſtũ ex morte illiꝰ ueniebat & uita eſt turpiſſima hois aius auariſſimus fortu næ familiares attenuatiſſimæ: & res iſta nemini bono p̄ter iſtũ fuit: neq; aliis iſte cõmodioribus rõnibꝰ facere potuit: neq; p̄teritũ ẽ ab iſto quicq̃ quod opus fuerat: neq; factũ qđ opus nõ fuit ad maleficiũ: & tũ locꝰ idoneus: maxie tũ occaſio ag grediẽdi cõmoda: tp̄s adeũdi oportuniſſimũ: ſpa- tiũ cõficiẽdi lõgiſſimũ ſũptũ ẽ nõ ſine occultãdi: & pficiẽdi ſpe maleficii maxia ẽ: & p̄terea anq̃ oc ciſus hõ is ẽ iſte uiſus ẽ i eo loco ĩ quo ẽ occiſio fa cta ſolus. Paulopoſt i ipſo maleficio uox illiꝰ q oc cidebat̃ audita ẽ. deĩde poſt occiſionẽ iſtũ multa nocte domũ rediiſſe cõſtat poſtera die titubãter: & incõſtãter de occiſiõe illiꝰ loquutũ. Hæc parti teſtioniis: parti q̃ſtiõibꝰ: & argumẽtis oĩa cõpro- bant̃: & rũore populi quẽ ex argumẽtis natũ ne- ceſſe eſt eẽ uerũ. Veſtrũ iudices ẽ his locũ in unũ collocatis certã ſumere ſniam: nõ ſuſpitionẽ male ficii. Nã unũ aliqd aut alterũ põt in iſtũ cecidiſſe ſupficioſe: ut oĩa iter ſe a prio ad poſtremũ cõue- niãt maleficia neceſſe ẽ caſu nõ poſſe fieri. Vehe- mens ẽ hæc exornatio: & i cõiecturali cõſtitutiõe cauſę ferme ſemp neceſſaria: & i cęteris generibꝰ cãrum: & in omni orõne adhibenda nõnunq̃.

Expolitio.

e Xpolitio eſt cũ in eodẽ loco manemus: & aliud atq; alid̃ dicer̃ uidemur. Dupliciter aũt fit ſi aut eãdẽ plane dicemus rẽ: aut ſi eãdẽ rẽ dicemus nõ eodẽ mõ. nã id obtũdere auditorẽ eſt nõ rẽ expolire: ſed cõmutare debemus: cõmuta- bimus tripliciter: uerbis ꝓnũciãdo: tractãdo: uer bis cõmutabimus cũ res ſemel dicta iterũ aut ſæ pius aliis uerbis q̃ idẽ ualeãt eãdẽ res ꝓfitet̃ hoc mõ. Nullũ tãtũ ẽ piculũ qđ ſapiẽs p ſalute pr̃iæ uitãdũ arbitret̃. Cũ auget̃ icolumitas ꝑpetua ci- uitatis q bonis erit rõnibꝰ præditus pfecto nullũ diſcrimẽ uitæ ſibi p fortunis reip. fugiendũ puta bit: & erit in ea ſententia ſemper ut p patria ſtu- dioſe q̃uis in magnã deſcẽdat uitæ dimicationem

Pronũcíãdo cõmutabímꝰ:ſí tũ ín ſermone: tũ ín
acrímõía:tũ ín alío atq; alío genere uocís:atq; ge
ſtus eadẽ uerbís cõmutãdopronũcíatíõe:uehemẽ
tíꝰ quoq; cõmutauerímꝰ:hoc neq; cõmodíſſíme
ſcríbí põt:neq; parũ ẽ aptũ q̃re nõ eget exemplí.
Tertíũ genꝰ ẽ cõmutatõís qđ tractãdo cõfícít:ſí
ſníam traíícíamꝰ:aut ad ſmocínatíonẽ:aut excu
ſatíonem. Sermocínatío ẽ de q̃ pleníꝰ paulo poſt
ſuo loco dícemus:nũc breuíter qđ ad hãc rẽ ſatís
ſít atígemꝰ:í q̃ cõſtítuet alícuíꝰ pſõe orõ accõmo
data ad dígnítatẽ hoc mõ ut quo facílíꝰ reſ cogno
ſcí poſſít:ne ab eadẽ ſnía díſcedamꝰ. Sapíens oía
reíp. cã ſuſcípíẽdí pícula putabít:ſæpe ípe ſecũ lo
qtur nõ míhí ſolí:ſed ẽt atq; adeo multo potíꝰ na
tꝰ ſũ príæ:uíta q̃ fato debet ſalutí príe potíſſímũ
ſoluat Alíud hęc me tute atq; hõeſte pduxít uſq;
ad hãc ætatẽ. míuít meas rõnes bõís legíbꝰ:optí
mís moríbꝰ:hõeſtíſſímís díſcíplís:qd eſt qđ a me
ſatís eí pſoluí poſſít:uñ hæc accepta ſũt:hæc loq̃
tur ſecũ ſapíẽs:ſæpe ego í pículís reíp. nullũ ıpſe
pículũ fugí. Itẽ mutat res tractãdo ſí traducít ad
excuſatíonnẽ:cũ & nos cõmotí dícere uídeamur
& audítorís aíum cõmouemus ſíc. Quíd eſt tã te
nuí cogítatíone p̃dítus cuíꝰ aíus tãtís anguſtíís í
uídíæ cõtínet:q nõ hũc hoíem ſtudíoſíſſíme lau
det:& ſapíentíſſímũ íudícet:q pro ſalute patrię p
ıncolumítate cíuítatís pro reípu. fortunís:quãuíſ
magnũ atq; atrox perículũ ſtudíoſe ſuſcípíat:&
líbenter ſubeat equídẽ hunc hoíem magıs cupío
ſatís laudare quã poſſum:Idemq; hoc certo ſcío
uobís oíbus uſu uenıre. Eadem res ígítur hís trí
bus ín dıcẽdo cõmutabítur rebus uerbís pronun
cíando:tractãdo:ſed tractando duplícíter:ſermo
cínatíone:& exuſcıtatíone:ſed de eadẽ re cum dí
cemus pluríbꝰ utemur cõmutatõíbꝰ:nã cum rẽ
ſímplícíter pnũcíauerímꝰ:rõnẽ poterímꝰ ſubííce
re. Deíde duplícẽ:uel ſíne rõníbꝰ pnũcíare ſníam
Deíde afferre cõtraríũ. de qbꝰ oíbꝰ díxímus í uer
boꝝ exornatíoníbꝰ. Deíde ſímíle:& exẽplum de
quo ſuo loco plura dícemꝰ deíde cõcluſíonẽ de q̃
ín ſecundo líbro quę opes fuerunt díxímus demõ
ſtrantes argumentatıonẽ queãdmodũ cõcludere
oporteat ín hoc líbro docuímus cuíuſmodí eſſet
exornatío uerbí:cuí concluſíoní nomen eſt. Ergo
huíuſmodí uehementer ornata poterít eſſe ex po
lítío:q̃ conſtabít ex frequentíbus exornatıoníbꝰ

Tum in ſermone:in uoce remiſſa
ſicut in primo exemplo.. In acrimo
nia:in altiori uoce:ſicut in ſecũda ex
poſitione. Quia nõ eget exemplo qa
uox non poteſt ſcribi. Si traiiciemus
ſermonem. i. ſi poſtq̃ fecerimus com
mutationem uocabulorũ:& in exem
plis prædictis:poſtea introducemus
unam perſonam loqui in ea ſententia
pro dignitate:ut ſi ſapiẽs loquatur de
liberanda patria. Recedamus:ut ſte
mus ĩ themate ſuperiori:quo facilius
intelligatur ſeipſum. i. ſecum loquit
de uirtute qualia ſequuntur. Non
mihi ſoli:cõiungendo hæc exempla
cum exemplis ſuperioribus expolitio
nis apparet ſermonem de una expo
litione uocabulorum tranſiſſe ad ex
poſitionem tractãdi. Saluti patriæ:
potiſſimum ſoluatur:cum ratio ne
ceſſe ſit mori:commodius mori de
bemus pro patria quoniã omnia bo
na per eam ſumus conſecuti. Aliud
tute:ab hoſtibus. Honeſte produxit:
quia ſi rure natus eſſem nunq̃ bonas
artes didiciſſem. Quare ordo:ego
nullum uitæ periculũ fugi. Reliquũ ẽ
per parentheſim. Item mutatur ſecũ
da pars expolitiõis quæ fit per tracta
tionem. Ad exuſcitationem:ad ora
tionem quæ pronuncianda ſit ſermo
ne acri quam uocamus contẽtionem
quæ hominũ animos exuſcitat. Pro
repub. fortunis alter color interpreta
tio. Quamuis quantum uis. Eadem
igitur excludit per enumerationem.
ſed pro eadem re:ſicut in propoſitio
ne dictum eſt. Rem ſimpliciter. i.
cuius propoſitionem metã ſententiæ
ratione diximus huic rei ſi ſequentia
exempla ſingulis partibus adaptant:
res lucidior apparebit. Itaq; exempla
non ponentur ſed duplicem ſentẽtiã:
hoc tractum eſt de colore ſententia q
poteſt habere ſententiam cum ratio
nibus:& ſine rationibus pluribus mo
dis afferre contrarium:color eſt con
tentioni ſimilis:ſed rationem habet
incluſam a maiori ad minus:ut hæc
eſt:ſi tua non curas quomodo cura
bis aliena. Deinde ſimile exemplũ
ideſt ſimilitudinem:& exemplum. q
colores in hoc differunt:quod ſimi
litudo profertur ſine interpretatione
propriorum nominũ:exemplũ ſemp
habere debet propria nomina. De
inde cõcluſionẽ q̃ triplex eſt. prima ẽ
ultima ex partibus orationis:ſecunda
pars eſt argumentationis:tertia color
rhetoricus:de q̃ ãte dictũ ẽ. Ergo hu
iuſmõi põit quẽdã effectũ expolitõis.

Verboꝝ & ſententiaꝝ: qui dicitur
in eadem re: & de eadem re. Septē
partibus. ſ. propoſitione nouæ ſenten
tiæ: & reliqua quæ ſunt in textu. Sed
ab eiuſdem ſententiæ: quia eadē ſen-
tentiā tractando plures facit colores:
ex quo apparet copia dicendi. Sapien
tiæ pro repu. hæc eſt propoſitio: ideo
ratio propoſitionis. Quoniam oīa:
ſententia ſimplex cū ratione. Ergo
qui fugiunt: & ꝗ ſequunt̄ duæ ſenten
tiæ ſunt cum rationibus ſuis: etenim
uehementer contrarium: Itaqꝫ uti ſi-
militudo ſine interpretatione ꝓprioꝝ
nominū. Quod mihi bene uidet̄:
hoc eſt exemplum. Amiſit: a ſe di-
miſit. Non prodidit: quia ſubſecuta ē
gloria. Magis euiteſcit: quia quotti-
die magis fama diſpargitur. Quod
ſi repub. cōcluſio igitur in his effectus
expolitionis. Cum cauſam dicimus
non ſolum utilis eſt in cauſis exercen-
dis per eam exercemus: ſicut in fictis
thematibus & epiſtolis. Ratiōes adhi
bere: conuenit cum ratione facere ex
politionem: ut ponamus primo pro
poſitionem: Secundo rationem: ter-
tio ſententias: & reliqua quæ ſupra di
cta ſunt.

c Ommoratio epimone: ab
epimeno quod eſt commo
ror. Cum in loco firmiſſi
mo: ſicut in clæmentia cæ
ſaris cum ratione Marcellus defen-
ditur. Et eodem ſæpius redditur: ſi
cut enim Tulius fecit in marcellina:
qui cū aliqua de laudibus Marcelli di
xit ſubiicit illico ad Cæſaris clæmētiā
nō datur poteſtas auditori: ideſt audi
tor non poteſt ſe dimouere a firmiſſi
mo argumento: itaqꝫ propriū eſt ora
toris in eo commorari: aiunt quippe
Cæſarem cum Cicero oraturus pro

uerborū & ſnīarū: hoc mō. igitur ſeptē partibus
tractabit̄: ſed ab eiuſdē ſnīæ nō recedamus exem
plo: ut ſcire poſſis ꝗ̄ facile p̄ceptiōe rhetoricæ res
ſimplex multiplici rōne tractet̄. Sapiens nullū ꝓ
repu. ꝑiculū uitabit iō qđ ſepæ fit: ut cū rep. ꝑire
noluerit neceſſario cū rep. ꝑeat: & qm̄ ſunt oia cō
moda a pr̄ia accepta: nullū incōmodū ꝓ pr̄ia gra-
ue putādū: ergo ꝗ fugiūt id ꝑiculū qđ ꝓ rep. ſub
eundū ē ſtulte faciūt. nā neqꝫ effugere id poſſūt:
& īgrati in ciuitatē repiūtur. At ꝗ patriæ ꝑicula
ſuo ꝑiculo expetūt: hi ſapiētes putādi ſunt: cū &
eū quē debēt honorē reip. reddūt: & ꝓ multis pe-
rire malūt: quā cū multis. Etenim uehemēter eſt
iniquū uitā a natura acceptā ꝑꝑ patriā cōſeruaue
ris: naturæ: cū cogat reddere pr̄iæ: cū roget nō da
re. Et cum poſſis cū ſumma uirtute: & honore ꝓ
pr̄ia interire male ꝑ dedecus & ignauiā uiuere: ꝓ
amicis: & parētibꝰ: & cæteris neceſſariis adire pe
riculū uelis ꝓ rep. in ꝗ̄ & hoc: & illud ſanctiſſimū
nomē pr̄iæ cōtinet̄ nolle in diſcrimīe uenire. Itaqꝫ
uti cōtēnendus eſt qui in nauigādo nauim quā ſe
mauult īcolumē: ita uituꝑādus ꝗ in rep. diſcrimi
ni ſuo pluſꝗ̄ ſaluti cōi cōſuluit. Naue fracta mlti
incolumes fuerūt ex naufragio pr̄iæ ſaluꝰ nemo
pōt enarrare. Quod mihi bñ uidet̄. Decius intel
lexiſſe ꝗ ſe deuouiſſe dicit̄: & ꝓ legionibꝰ ſe in ho
ſtes. īmiſiſſe medicos: uñ amiſit uitā: & nō ꝑdidit
Re. n. uilliſſima & ꝑua maximā redemit uitā de-
dit: accepit patriā: amiſit aīam: potiꝰ eſt gl̃ię ꝗ̄ cū
ſūma laude ꝓdita uetuſtate quottidie magis enite
ſcit: qđ ſi ꝓ rep. debere accedere ad ꝑiculū: & rōe
demōſtratum ē: & exēplo cōprobatū: hi ſapiētes
ſūt exiſtimādi: ꝗ nullū ꝓ ſalute pr̄ię ꝑiculū uitāt.
In his igit̄ generibꝰ expolitio uerſat̄: de ꝗ̄ ꝓducti
ſumus ut plura diceremꝰ qđ nō mō cū cām dici-
mus: adiuuat & exornat orōnē: ſed multo maxie
ꝑ eā exercemur ad elocutionis facultatē. Quare
conueniāt extra cām in exercēdo rōnes adhibere
expolitionis in dicendo uti cum exornabimus ar
gumētationē: de qua re diximus i libro ſecundo.

Commoratio.

c Ommoratio ē cum ī loco firmiſſimo: quo
tota cā cōtinet̄ manet̄ diutius: & eodē ſæ
pius reddit̄: hæc uti maxie cōuenerit: & . i. orato-
ris bōi maxie ꝓpriū. ñ. n. dat̄ auditori ꝑtās aium đ
re firmiſſima dimouēdi: huic extremū ſatis idōeū

ſubici nõ potuit ꝓpea quod hic locus nõ ẽ a tota cã ſeparatus: ſic ut mẽbrũ aliquod: ſed tanq̃ ſanguis ꝓfuſus ẽ p totũ corpus orõnis. Cõtẽtio.

[C]ontẽtio ẽ: p q̃ cõtraria referunt: ea ẽ ĩ uerboꝝ exornatióib⁹: ut ãte docuim⁹ eiuſmõi Inimicis te placabilẽ: amicis ĩexorabilẽ præbes. In ſnĩarũ huiuſmõi uos: huius ĩ cõmodis lugetis iſte reip. calamitate lætat: uos uřis fortũis diffiditis: Iſte ſolus ſuis eo magis cõfidit. Inter hæc duo cõtẽtionũ genera hoc ĩtereſt. illud ex uerbis celeriter relatis cõſtat. hic ſniæ cõtrariæ ex cõparatione referant oportet. Similitudo.

[S]imilitudo ẽ orõ traducẽs ad rẽ quãpiã aliqd ex re diſpari ſimile. Ea ſũitur aut ornãdi cã: aut ꝓbãdi aptius dicẽdi: aut ante oculos ponẽdi: qũo q̃tuor de cãis ſumit ita q̃tuor mõis dr̃ p cõtrariũ: p negationẽ: p collationẽ: p breuitatem Ad unã q̃q; ſumendæ cãm ſimilitudis accõmodabimus ſingulos modos ꝓnũciãdi. ornãdi cã ſumitur p cõtrariũ ſic nõ. n. quemadmodũ i paleſtra: q thedas ardentes accipit celerior eſt i curſu cõtinuo q̃ ille q tradit: ita melior impator nouus q accipit exercitũ q̃ ille qui decedit: propterea quod defatigatus curſu integro facere hic peritur imperator imperito exercitũ tradit. Hoc ſine ſimili ſatis plane eſt pſpicue & probabiliter dici potuit hoc mõ dicitur minus bonos iperatores a meliorib⁹ exercitum acciper̃ ſolere: ſed ornãdi cã ſimile ſumptũ eſt: ut oratiói dignitas quædã cõpararetur. dictũ eſt aũt p contrariũ: cũ ei rei quã nos ꝓbamus aliquã rem negamus eſſe ſimilem: ut pauloante cũ decurſoribus aſſerebamus. Per negationem dicetur probandi cã hoc mõ: neq; equus indomitus: quãuis natura bene cõpoſitus ſit idoneus poteſt eſſe ad eas utilitates: & aptus quæ deſiderant ab equo: neq; homo idoct⁹ quis ſit igenioſus ad uirtutẽ põt puenire: hoc ꝓbabilius factũ eſt: quod magis eſt uerisimile non poſſe uirtutem ſine doctrina comparari: quoniam nec equus quidem indomitus idoneus poſſit eſſe ergo ſumptum ẽ probandi cã. dictum autem p negationem: id eni perſpicuũ eſt de primo ſimilitudinis uerbo ſumetur & aptius dicendi cauſa ſimile. dicitur aũt p breuitatem hoc mõ: i amicitia gerenda: ſicut i certamĩe currendi non ita conuenit exerceri: ut quod neceſſe ſit: uenire poſſis: ſed ut ꝓductus ſtudio & uiri/

ligario uẽiſſet dixiſſe quoquo pacto ſe occiſuꝝ ligariũ ſed cum Ci. diu ĩ clæmẽtia Cæſaris cõmoratus eẽt nõ potuiſſe ĩ ſuo propoſito permanere.

[C]ontẽtio: antitheſis eſt color ſnĩarũ uos huiuſmõi & icõmodis lætari. n: ex reip. calamitate & lugere incõmoda aliculus cõtraria ſunt ĩ ſnĩa: nõ penitus in uocabulis. Celeriter: relatis: quia ſi latius ꝓnunciaret amitteret ſplendorẽ coloris. Ex comparatione: comparãdo ſtatum unius altero.

[S]imilitudo: parabolæ aut omiores fit aũt q̃do trahimus aliq̃ ſimilitudinẽ ex rebus diſſimilibus: puta traducere ſimilitudinẽ fortitudinis: aut magnanimitatis ex Cæſare leone cũ alter ſit hõ: & alter belua. Q uãquã cãm applicamus ĩ dicẽdo hũc colorẽ cãm pp̃ q̃ ſit cũ ĩpo modo: puta qđ cã ꝓbãdi facimus cũ contrario: & nõ cũ aliis modis. Non. n. quẽadmodũ: uolẽs ꝓbare ueterẽ ĩpatorẽ meliorẽ eẽ q̃ nouũ: q ei ſubſtituit oñdit p unũ cõtrariũ hoc mõ: nõ ẽ tã bonus ĩpator nouus: q ſuccedit ueteri ſicut ẽ uetus: quẽadmodũ nouus curſor melior ẽ ueteri: cui pp̃ ſuffragatione ſuccedit. Paleſtra: ĩ ſtadio currẽdi apud olympũ ubi multa fiebãt ludorũ genera. thedas ardẽtes accipit: currebat ĩ urbe cũ face accẽſa: & cũ unus fatigatus erat ſuccedebat alter ĩ curſu: & ita commode rapiebat facẽ ex manu prioris ut neq; curſus tardaret: neq; ea extingui poſſet. Hoc ſine ſimili: oſtendit quare hæc ſimili ꝓſit: tã ornamento q̃ aliaꝝ cauſarũ. Satis plane: ꝓpter illud aptius dicendi. Probabiliter: cã ꝓbandi. Sed ornandi cauſa: cũ hæc ꝓbatio poſſet ĩ aliis dici cãis commodæ ſine ſimilitudĩe ſeq̃t: q; hæc ornamenti cã facta ẽ: & nõ aliqua cauſa Dictũ ẽ ãt. oñdit cãm quare ornandi cã facta ẽ: nũc oñdit modũ ĩpm: neq; qũo p cõtrariũ fiat. Aliquã rem negamus: puta concedimus curſorẽ & ĩpatorem ſuccedere ſolere ſuis ꝓceſſorib⁹ ſed diuerſo mõ: qm̃ unus ſuccedit robuſtior: alter imperitior. Per negatiõe ſumit: oñdit ſecũdã cãm ſimilitudĩs cũ ipſo modo extracta eo ordĩe quo ꝓpoſuit. Neq; equus indomitus: per hanc ſimilitudinem ꝓbat uirtutẽ ſine doctrina non eſſe utilem. Q uod magis eſt uẽriſimile: ꝓbat ĩpam cãm ĩ hoc exemplo: qm̃ adiũcta ſimilitudĩe eq fit ĩ hoĩe magis uerisimile. ergo ꝓpter ſimilitudinem ſumptam ab equo Dictum eſt autem: oſtendit modum ĩpm ĩ eodem exemplo de prĩo uerbo

ſimilitudinis: quia in principio exem pli eſt poſita negatio: ubi dicit: neq̧ homo indoctus. Sumitur autem po nit tertiam cauſam ſimilitudinis: quæ eſt cauſa aptius dicendi per breuitatē tangit modum hoc modo: fit autem quando ambæ res aſſimulatæ iungun tur ſub eodem uerbo cauſa breuitatis: ſicut apparet in exemplo ꝗ Conuenit exerceri: quoniam qui in ſtadio currit ſatis putat eſſe curſum: cum ad calcē peruenit ſed qui currit in amicitia non debet inde prodiri in amore quantū ſat eſt: ſed etiam ultra ꝗ̄ neceſſe ipſi amico eſſe uideatur. Quo ad neceſ ſe ſit: quantum ad curſum in quo ſuſ ficit currere uſq̧ ad calcem ſed produ cto ſtudio quantum ad amicitiam in qua modus amoris abundans non eſt etiam ſi amicus ipſe moriatur. Vt apertius intelligas: tāgit cau am: quæ ſit breuitatis propter modum. Poſt mortem: uita autem hominis qui dam curſus ſicut ſtadium. Finis au tem curſus eſt mors: propter quam amor ſiſtendus non eſt: ſicut in calce ſtadii fieri ſolet. Ante oculos: ita ut res agi uideatur. Ponendi cauſa: tan git cauſam. Per collationem: tangit modum fit autem modus collationis quando omnia ſimilitudine ad ungu em comparantur. unde ſuper illo uer ſu Vergilius. Latonæ tacitum perten tant gaudia pectus. Seruius ait non eē dictum pro collatione: quia diuinitas cum mortalibus non comparatur. Appoſita accommodata: conuenien tia. Quo melius iudicium: Cicero nis de tali uiro. Ita ſi quis: nunc in fert ſimilitudinem in qua diues cum cytharœdo comparatur: qui cum am bo magnam populi expectationem: cum extremum deluſi eiectiq̧ fuerint hoc ſimile oſtendit effectus huius ſi militudinis. Alterius: inertiæ homi nis cytharœdi. Alterius ſtultitiæ: di uitis ſine uirtute. Sibi ratione collata ad omnis partes comparata: q͞a uter q̧ primo expectatus a populo: dein de deluſus fuit. In ſimilibus: dat unū præceptum ſeruandum in omni ſimi litudine. Per Tranſlationem: me thaphoram. Sereno: hic eſt ſimili tudo. Sed inuentio remouet dubiū Animatas: ut equi & animalia. Ina nimatas: ut arbores. Mutas: bruta: feras: tygres. Cœleſtes fulgura eclyp ſis. Terreſtres pabula: mōſtra. Arti ficia: iſtrumēta: machinamēta domus.

bus ultro facile ꝓcurras. nā hoc ſimile ē: ut apti⁹ intelligat̄ mala rōe facere: q reꝑhendāt eos q uer bi cā poſt mortē amici liberos eius cuſtodiā: pro pterea qd̄ in curſore tātū uelocitatis eſſe oporteat ut efferat̄ uſq̧ ad finem. in amico tātū beniuolen tiæ ſtudiū: ut ultra ꝗ̄ qd̄ amicus ſentire poſſit: ꝑ currat amicitiæ ſtudio. Dictū aūt ē ſimile ꝑ breui tatē: nō. n. ita eſt: ut i cæteris reb⁹ res ab re ſepata ē: ſed utraq̧ res cōiūcte & cōfuſe cōparata. Ante oculos ponendi negocii cā ſumet̄ ſimilitudo: cū dicet̄ ꝑ collatione ſicuti cytharœdus: cū ꝓderit optie ueſtit⁹ palla iaurata indut⁹ cū clamyde pur purea colorib⁹ uariis intexta: & cū corona aurea magnis fulgentib⁹ gēmis illuminata: cytharā te nens exornatiſſimā auro & ebore diſtincta. ipe ꝑ terea forma: & ſpecie ſit: & ſtatua appoſita ad di gnitatē: ſi cū magna populo cōuenerit his rebus expectatione r̄pente ſilentio facto uocem mitat a cerbiſſimā cū turpiſſimo corporis motu quo me lius ornat⁹ ſit: & magis fuerit expectat⁹: eo ma gis d̄riſus & cōteptus eiiciet̄. ita ſi qs in excelſo lo co & i magnis ac locupletibus copiis collocatus fortūæ mūeribus: & naturæ cōmodis oibus abun dabit: ſi uirtutis & artiū: quæ uirtutis magiſtræ ſunt ægebit: quo magis cæteris: rebus erit copio ſus & illuſtris expectatus: eo uehemētius deriſus & cōteptus ex oī cōuētu bonoꝝ eiiciet̄. Hoc ſimi le exornatiōe utriuſq̧ rei: & alterius iertiæ artifi ciis alteri⁹ ſtultitiæ ſimili rōe collata ſub aſpectu omniū rē ſubiecit. Dictū āt ē ꝑ collationē propte rea qd̄ ꝓpoſita ſimilitudie paria ſunt relata oia. in ſimilib⁹ obſeruare oportet dilig ēter: ut cū rē affe ram⁹ ſimilē: cui⁹ rei cā ſimilitudinē attulerimus uerba ad ſimilitudinem habeam⁹ accōmodata. i. huiuſmōi. ita ut hyrūdines æſtiuo tpe ꝑſto ſunt: frigore pulſæ recedūt. ex eadem ſimilitudie: nūc ꝑ trāſlationem uerba ſumam⁹ ita falſi amici ſereno uitæ i tpe ꝑſto ſūt. ſimul atq̧ hyemē fortūæ uide rit deuolāt omnes. Sed iuentio ſimiliū facilis erit ſi qs ſibi omnes res animatas & iaiatas: mutas: & eloq̄ntes feras & māſuetas: terreſtres: & cœleſtes: maritias artificio: cāu natura cōparatas: uſitatas atq̧ inuſitatas freq̄nter ante oculos poterit ponere & ex his aliq̄ uenari ſimilitudinem ꝗ̄ aut ornare: aut docere: aut apertiorem rem facere: aut ponere rem ante oculos poſſit. Nō enim res tota toti rei

neceſſe eſt ſimilis ſit:ſed ipſum quod conferet̃ ſi/
militudinem habeat oportet. Exemplũ.
x Xeplũ eſt alicuius facti:aut dicti p̄teriti cũ
certi auctoris noĩe ꝓpoſitio:id ſumit̃ iiſdem
de cãis.qbuꝰ ſimilitudo res ornatiores facit:cum
nullius rei niſi dignitatis cã ſumit̃.Aptiorẽ cũ id
qđ ſit obſcurius magis dilucidũ reddit.Probabili
orem:cum magis uériſimilem facit:añ oculos po
nit cũ exprimit omnia pſpicue : ut res dicta ꝓpe
manu tentari poſſit. Vniuſcuiuſq; generis ſingu/
la ſubieciſſemꝰ exempla:niſi exemplũ:qđ genus
eſſet in expoſitiõe demõſtraſſemus:& cãs ſumen
di in ſimilitudine apuiſſemus. Q uare uoluimus
neq; pauca quominus intelligeretur:neq; re intel
lecta plura cõſcribere. Imago ſimilis.

i Mago eſt formæ cũ forma cũ q̃dã ſimilitudi
ne collatio.Hæc ſumit̃ aut laudis:aut uitu/
peratiõis cã.Laudis cã ſic.Ibat in prœliũ corpore
tauri ualidiſſimi impetu leõis acerrimi ſimilis ui
tuperatiõis:ut i odiũ adducat hoc mõ.Iſte quotti
die p forũ mediũ tãq̃ iubatus draco ſerpit denti/
bus aduenis aſpectu uenato:ſpiritu rapido circũ/
ſpectãs huc & illuc:ſi quem repiat:cui aliqd mali
faucibꝰ efflare:ore attingere:dẽtibus inſecar̃: lin
gua aſpgere aſpgere poſſit: ut inuidiam adducat
hoc modo.iſte q̃ diuitias ſuas iactat:ſicut gallus
ephrygia:aut ariolus qſpiam depſſus:& oneratus
auro clamat & delirat:In contemptionem ſic. iſte
qui tanq̃ coclea abſcõdens retẽtat ſeſe tacitus cũ
domo totius:ut comedatur aufertur. Effectio.

e Ffectio eſt cum exprimit̃:& effingit̃ uerbis
corpis cuiuſpiã forma:qđ ſatis ſit ad intelli/
gendũ hoc mõ.Hunc dico iudices rubrum: bre/
uem incurrum: canũ ſubſcriptũ Cæſiũ: cui ſane
magna eſt in mento cicatrix :ſi quomõ põt in me
moriam uobis redire habet hæc exornatio cũ uti
litate:ſi quem uelis oſtendere tum uenuſtatem:ſi
breuiter & dilucide facta eſt. Notatio.

n Otatio eſt:cum alicuius natura certis deſcri
bit̃ ſignis:q̃ ſicuti notæ quedã naturæ ſunt
attributa:ut ſi uelis non diuitem : ſed oſtentato/
rem pecunioſum deſcribere . Iſte inquies iudices
qui ſe dici diuitem putat eſſe præclarum . Primũ
nunc uidete quo uultu nos intueatur. Non ne uo
bis uidet̃ dicere:darem uobis:ſi mihi moleſti nõ
eẽtis. Cũ uero ſiniſtra mẽtũ ſubleuat: exiſtimat:

Caſu : ruine ; naufragia . Vſitatas
nauigandi: eqtandi. Inuſitatas : gy/
gantes. Ponere poterit.i.ſi coꝫ natu
ra cognitã habebit. Q uæ aut ornare
per enumeratiõe tangit quatuor cau
ſas ſimilitudinis ſuperiuſ poſitas: non
enim alia cautio toti rei inueniuntur ſi
milia: ut totius & toti.

e Xemplum: cum
certi auctoris nomie in hoc
differt a ſimilitudine cũ om
nibus i aliis ad unguẽ cõue/
niat. Iiſdẽ cauſis: quæ ſunt quatuor ſe
quens: & ſimiliter quatuor modis ut
eſt in ſimilitudine dictũ. Vniuſcuiuſq;
excuſat ſequare non ponatur exempla
Q uod genus: quale. Neq; pauca ſcri
bere: non uolui ſcribere pauciora; aut
plura q̃ opus eſſet.

i Mago: ſimilis autẽ
eſt exemplo & ſimilitudini:
niſi qđ illa habent compara
tionẽ i oĩbus rebus hæc ãt tã
tum in perſona corporis . Formæ:
cũ forma: ut leonis cũ hoĩe . Laudis
& uituperationis. tangit effectũ. Cor
de tauri: ſimilitudo mẽbri cum mem
bro ad laudem: & loqtur de Hectore
aut uiro aliquo forti . Impetu leonis
imago formæ cum forma. iſte quotti
die exemplum uituperationis ad odiũ
dicendum ſit de mẽbris ad mẽbra.
Efflare: maledicendo. Vt inuidiam:
exẽplum ſecũdi effectus uituperatiõis
Sicut gallus ephrigia: ſuperius in ratio
ne exordiorum inquit, inuidiam duci
poſſe ſi bõis ipſis ut aliquem dicemus
ad conficiendam poſtq̃ ad ueritatem
Galli: aut Cybellis ſacerdotes inſani/
re plerunq; ob furorem unionem di/
cebat. delirat: hinc iuidia eſt: cum ait
diuinus cauſam eſſe ſtultitiæ: ut contẽ
natur tertius effectus uituperationis of
ficio: cum exprimitur: ita pingitur; ut
uidere imago uideatur . Effingitur:
quantum ad ſculpturam. Hunc iudi
ces: quidam accuſatus : alterum cum
ignoraretur a iudicibus eum depingit
graphice. Rubrum; litigioſum. Cæ
ſium oculis glaucis. Vtilitatem; quia
demonſtrat rem ignoratam.

n Otatio: hic autem color ſi/
milis eſt in hoc ſuperiori;
quod per illum aliqua cor/
poris fama. per hunc uero
uita & morum conſuetudo ſignifica/
tur. Q uæ ſicut notæ; deriuat ipſum
colorem unde dictus eſt. Daret is mi
hi locum aduerſarius meus mihi ce/
deret: ſi uos moleſti non eſſetis: & ſũt
uerba oſtentatoris ſignificata per ad/
uerſarium ſuum: quem ſubaudimus.



VERSITA ... ILANO

Præſtringere: obcæcare. Alio nomine appellat: ut plures ſeruos habere existimetur. Iſti barbari: reliqui ſerui ſæpius fruſtra uocando eos. Putent ſe legi: putent ex multis ſeruis eum unum ſeniorem eligere: cum tamen ſolus ſit. Aſturco: genus equi ex hiſpania ueniens. Ante oſtium: ut ſcilicet equus ducatur ad aerem. Aliqui corragium & eſt dictum ex perſona Ciceronis. Nam corragium proprie dicitur ſuppeditatio ſubminiſtro: Numeretur: uocabulum fecit ſuſpitionem pecuniarum: cum intelligatur uel ligna: uel carbones forte Ex ea re: ſcilicet quod ad ſe uenerit. Conturbatur in animo: nam ſpecie uultu adiunctione: quia iactatio naturalis ſuppeditabat audaciam. Abiiſetis: ueniſſetis. Vnde liberet: ex omni perſona etiam uiliſſima: quoniam domus eſt omnibus notiſſima. Hiſdem: quæ diſiecta fuerant propter bella. Sodalitium conuiuium multorum: ut ſymbolum. Triclinium: locus attributus conuiuio a triplici ordine diſcumbendi. Nam in eo tres menſæ locari poſſunt Stratum: tapetibus iam uenturum ad prandium uidelicet. Frater uenit ex ſalerno: conuertit uerba dicta a ſeruo. nam ille dixit dominum ſuum ad prandium uenturũ ipſe hoſpitibus dixit fratrem ſuum ex magiſtratu accedere. Illi pergam obuiam: conuertit etiam illud ſi uelit exire: ut daretur locus parandi domine uenturo. Ipſe autem ait: ſi uelit exire obuiam fratri uenienti. Et poſtulant conqueruntur. Veſtimenta: tapetes: aulea. Corogarẽ mutuos. ſ. apage uerbũ græcũ: qd plurali iungitr: ſicut apagete ſinguli: & ſicut blandientis modum. Familiã: ſeruos miniſtrantes.

ſe gẽmæ nitore: & auri ſplẽdore aſpectꝰ oium ꝑſtrigerẽ: Cũ puerꝝ reſpicit hũc unũ: quẽ ego noui Vos nõ arbitror nouiſſe alio noie appellat. Deide alio atq; alio heus tu inqt uidi Samio: ne qd iſti barbari turbent ut ignoti: qui audiũt unũ putent ſe legi: de multis ei dicit: in aurẽ aut domi lectuli ſternantr: aut ab auũculo rogetr æthyops: qui ad balneas ueniat: aut Sturconi locꝰ ãte oſtiũ ſuum detr: aut aliqd fragile falſe corragiũ gloriæ cõpa retr. Deide exclamat: ut oẽs audiãt uideto ut diligenter nũeretr ſi põt ante noctẽ puer qui iã bñ hominis naturã nouit. Tu illo plres mittas oportet iqt ſi hodie uis trãſnũerari: age iquit: duc tecũ Libanũ & Soſiã. Sane deiñ cãu uẽiũt hoſpitẽs hoi: quos dũ iſte ſplẽdide pegriatr: iuitauit ex ea re hõ hercle ſane cõturbatr: ſed tñ a uitio naturæ nõ rce dit bñ inquit facitis cũ uẽitis: ſed rectiꝰ feciſſetis ſi ad meã domũ recta abiiſetis. Id feciſſemus iquiunt illi: ſi domũ nouiſſemꝰ ad iſtud quidẽ facile fuit unde libet iueire. Verũ eũ euntẽ ſequuntr illi: ſermo iterea huiꝰ cõſumitr ois i oſtẽtatiõe. Quærit in agris cuiuſmõi frumta ſint: negat ſe qa uillæ incenſæ ſint: accederẽ poſſe: nec ædificarẽ et nũc auderẽ: te ãt ſi in tuſculão qdẽ incœpi inſanire: & hiſdẽ fũdamtis ædificarẽ. Dũ hæc loquitr uenit in ædes q̃ſdã: i quibꝰ ſodaliciũ erat eodẽ die futurũ quo iſte ꝑ notitia domini ædiũ ingreditr cũ hoſpitibꝰ. Hic inquit habito: pſpicitr argentũ qd erat expoſitũ. Viſit tricliniũ: ſtratũ ꝓbat: accedit ſeruulꝰ dicit hoi clã dñm iã uẽturũ ſi uelit exirẽ. ita re iqt. Eamꝰ hoſpites frẽ meꝰ uẽit ex ſalerno ego illi obuiã pgã. Vos huc decia uenitorẽ. hoſpites diſcedũt: iſte ſe rapti domũ ſuã cõiicit. illi decia qua iuſſerat ueniũt. querũt hũc repiũt domũ cuia ſit. in diuerſoriũ deriſi cõferunt ſeſe. Viderũt hominẽ poſtera die narrãt: expoſtulãt: acuſãt. Ait iſte eos ſimilitudie loci dceptos. Angiporto toto derraſſe ſe cõtra ualitudinẽ ſuã ad noctẽ multã expectaſſe Samiõi puero negocium dederat: ut uaſa ueſtimta: pueros erogaret. Seruulos nõ inurbanos ſatis ſtrenuere & cõcine cõparat. iſte hoſpites domum deducit. Ait ſe domos maximas cuidã amico ad nuptias accomodaſſe. Nunciat puer argentũ repeti. pertimuerat eni qui cõmodarat apagete iquit ædes cõmodaui. familiam dedi. argentum quoq; uult tametſi hoſpites habeo. tamen utatr licet

nos ſamijs delectabimur. Quid ergo quæ deinde efficiat: narrē huiuſmōi ē hoīs natura: utq̄ ſingul' dieb⁹ efficiat glīa: atq; oſtētatōe: ea uix ānuo ſermōe enarrare poſſim. Huiuſmōi notatōes quæ deſcribūt qđ cōſentaneū ſit uniuſcuiuſq; naturę uehemēter hn̄t magnā delectationē. totā.n. naturā cuiuſpiā ponūt añ oculos aut glīoſi: ut nos exemplī cā cœpamus: aut īuidi: aut tīdi: aut auari: ābitioſi: amatoris luxurioſi: furis q̄druplatoris denīq; cuiuſuis ſtudiū ꝓtrahi pōt ī mediū talī notatōe

Sermocinatio.

Sermocinatio eſt cū alicui pſonę ſ͂mo attribuit' & is exponit' cū rōne dignitatis hoc pacto. Cū militib⁹ urbs redūdaret: & oēs ciues timore oppſſi domi tenerent': uenit iſte cū ſago gladio ſuccīct⁹ tenēs iaculū: qnq; adoleſcētes hoīem ſiſi ornatu ſubſequūt' irrīpuit ī ædes ſubito. deīde magna uoce. Vbi ē iſte beat⁹ diues īqt. ædiū dn̄s q nō mihi pſto fuit qđ tacetis: hic alij oēs ſtupiditiore obmutuerūt. Vxor illius īfelicīſſimi cū maximo fletu ad iſti⁹ pedes obiecit ſeſe. Per te īnqt & p ea q̄ tibi dulciſſima ſūt ī uita miſere nr̄i: noli extīguere extīctos. Fer māſuete fortunā: nos quoq; fuim⁹ beati noſce te eē hoīem. At ille quin illū mihi datis: ac uos aurib⁹ meis opplorar' deſinitis. nō abibit. illi nūciat' iterea ueniſſe iſtū & clamor' maxio mortē minari qđ ſimul ac audiuit: heus inquit. Gorgias pediſſe q̄ puerorū abſcōde pueros: defēde: fac ut īcolumis ſit adoleſcētia. Vix hęc dixerat cū ecce iſte pſto ſecūdus: īqt audax. nō uox mea tibi uitā ademit: exple meas inimicitias & iracundiā ſatura tuo ſanguine. Ille cū magno ſpiritu uerba metuebā īqt. ne plāe uict⁹ eſſē: nūc uideo ī iudicio mecū cōtēdere nō uis: ubi ſuppeditari turpiſſimū: ſupare pulcherrimū ē īterficere uis occides eqdē ſed uict⁹ nō pibo. At in extrēo tpe uitæ ēt ſnioſæ eloq̄ris neq; ei quē uides dn̄ari uis ſupplicare. Tū mlier. imo qdē iſte rogat & ſupplicat ſed tu q̄ſo cōmouere & tu p deos īqt: hūc exēplar' dn̄is ē. uicit hic te: uīce tu nūc aīum. Cur nū deſinis inquit uxor loqui quæ me digna nō ſunt tace & q̄ curāda ſūt cura: tu ceſſas mihi uitā tibi oēm bene uiuēdi ſpem mea morte eripere. Iſte mulierē repulit ab ſe lamentātem illi neſcio qđ īcipiēti dicere qđ dignū uidelicet illius uirtute eſſet gladiū in latere defixit. Pugno in hoc exēplo datos eſſe

Samiis: fictilibus a ſamo inſula ubi fiebant: ſicut nunc maiorica dicimus uaſa. Quid ergo: loquit' Cicero ad iudices. Huiuſmodi notationes ponit: effectum cœperamus: quia paulo ante dixerat ſe nūquam poſſe omnia dicere de natura gloriādi: quaſi dixit principium fuit. Quadruplatoris: hoc uocabulum diu latinis ignotum fuit: ſed ab aſconio pediano declaratur is qui quartam partem habet accuſationis. Pro trahi: in medium ita declarari: ut ante oculos ponatur.

Sermocinatio:

ſermo docens unicuiq; perſonæ. Et is exponitur cum ratione dignitatis. i. pronūciatur a perſona introducta ſecūdum decorum ſuū in qua re Cicero in oratione reprehendit phormionem qui cum in hoſpitio eſſet cum Hannibale loquebatur de præceptis rei militaris: unde īterrogatus quid ſentiret de phormione: oſtendit ſe multos ſenes deliros uidiſſe: ſed magis phormiōe nullum cum militibus tempore bellorum ciuilium quo tumultu iuſtitia fiebat quāobrem duo litigantes de agris cauſam dicere non poterāt ex illis aūt ſuperbis quidam agreſſus eſt alterum humanū & grauem uirum de utroq; loquitur ad dignitatem. Cum ſago: ſagum & ſagulum eſt ueſtis rei militaris breuis. Magna uoce hic incipit ſermocinatio. Beatus: diues. Quin fiat: immo fiat: nam quin cum uerbo indicatiuo iunctū habet ſignificationē imperatiui. Stupidi: inſenſati: per te inquit decorem muliebrē dulciſſima ut per filios uxorem. Fortunā: fœlicem ſtatum. Vos quoq; ſum locus a miſeratione hominem quod non duraturū in hoc ſtatu. Quin datis: immo datis & reuertitur ad ſermocinationē militis ſuperbi. Illi: domino ædium. Abſconde: uolebat ut filii ſeruarentur: ipſa ſciebat ſe eſſe interficiendum. Ne plane uictus eſſem: ideſt ne eſſem uictus a te deiure apud prætorem: & moraliter dicit tanquā grauis q̄a uictoria ꝓ ſuperbia & iniuria nō ē uictoria. Tu ceſſas: cōuertit ſe ad militē. Bene uiuēdi ſpe: p inſinuationē ſuadetur q; ſibi pareat ad dignitatē ꝓpriū decorum uniuſcuiu, q;

Sunt item ſermocinationes cōſequē
tes hic genere: idem ſunt etiā aliquæ
ſermocinationes quæ fiunt per unum
tantum loquentem: ſicut in genere ex
empli ſubiecit. Nam quid putamus
ſunt uerba alicuius dicētis ad iudices
& in exercitum quid poſſit inducere
ſubiicere orationem quā: ſcilicet uo/
let exercitum uel perſonam ſic intro/
ductum loqui communiter.

c Onfirmatio Cō
iungitur prima indagare uo
cabuli ſignificationem nam
dicitur a proſopis perſona: & pro fin
go muta ut belluæ. Mortui hoīes:
infernus: urbes: ſaxa. Ad dignitatē:
ad decorum ſuum. Aut actio: in ali
quo faciendi. Quid nūc: inducitur
conquerēs de ſtatu ſuo qui in dies cor
rumpiť. Malicioſa: unde tyrii quæ
bilingues: & de Hannibale nulla fi/
des: nulla religio: fraus pluſquam pu
nica. Diſcipulis: litterarum & præci
pue fabricandorum ludorum. Et eā
patiamur: facit contentionem colo/
rem. Brutus: qui reges expulit qui
fuit autem ſecundum brutum qui plu
res quingentis annis: & hoc exem/
plum eſt de mutis cum illud ſuperius
fuerit de informibus. Nos tyrannos:
alia contentio. Immutas aut in bru
tum mortuū. Inanimatas: aut in ur
be. Amplificationis: ad commouē
dam indignationem:

ſ Ignificatio: eſt
ſignum plurium rerum quæ
dicamus. Tu qui plurimū
cernis quamuis poſſet ītelligi de uiſu
oculorum: acuto: tamen capitur. In
partem quam uultis qui dixit: ſcilicet
qui multum cognoſcit quomodo lu
crari poſſit hæreditates: Obſcura
reddunt: ut eſt radio percuſſus ſum:
cum radius ſignificet uirgam & texto
ris inſtrumentum. Ancipites: ſicut
eſt uidere ꝙ pertinet tam ad oculos q̄
ad animum. Cum res quæ ſequunť
dicimus: non autem quæ præcedūt.
ſequitur dicere enim ex ſalſamētario
eum mūgere nares cum cubito & ta
men non ſalſamentarium quale item
hoc eſt: dies nocteſq; lucratur: ſignifi
cat feneratorē: ſalſamētarius eſt q res
ſalitas uēdit ut piſces: carnes: deīde al
ludit ꝑciſioni q̄ draposiopoſis. Alie
næ domui: ſubauditť ſtuprū fecit qd
intelligitur: qm̄ dixit forma ac ætate:

unicuiq; ſermōes ad dignitatem accōmodatos. i.
qđ oportet in hoc genere obſeruare. Sūt ſermoci
nationes conſequenteſ hoc genus. nā qd putam⁹
illos dicturos: ſi hoc iudicaueritis: nonne hac oēs
utetur ratione: deinde ſubiicere ſermonem.

Confirmatio.

c Onfirmatio ē cū aliqua q̄ nō adeſt pſona
cōfingiť: q̄ſi adſit: aut cū res muta. aut in
formis fit eloquēs & formata: & ei oro attribuiť
ad dignitatē accōmodata ut actio q̄dā hoc pacto:
qđ ſi nūc hæc urbs iuictiſſima uocē mittat ñ hoc
pacto loquať. Ergo illa plrimis tropheis ornata:
triūphis ditata certiſſimis: clariſſimiſ locupletata
uictoriis nūc urīs clariſſimis ſeditionibus uexor
o ciues: q̄ dolis malitioſa carthago: uirib⁹ pbata
numātia: diſciplis erudita corith⁹ labefectare nō
potuit: eā patimini nūc ab homūculis teterriſpro
teri atq; cōcultari. Itē qđ ſi nūc ille lucius brutus
reuiuiſcat & hic añ pedes urōs adſit non hac uteť
orone: ego reges ieci: uos tyrānos introducitis.
ego libertatē q̄ nō erat pepi uos ptā ſuare nō uul
tis. ego capitis mei piculo patriā liberaui: uos li/
beri ſine piculo eē nō curatis. Hæc firmatio licet
in plures res mutas atq; inaīatas transferať pficit
multū in āplificationis ptibus & cōmiſeratione.

Significatio.

ſ Ignificatio eſt res q̄ plus in ſuſpitiōe reliqt
q̄ poſitū eſt in orone: ea fit p exupatiōem
ambiguū: cōſequētiā: abſciſionē: ſimilitudinem.
Per exupationem cū plus dictū eſt q̄uā patiť ue/
ritas agendæ ſuſpitionis cā ſic. Hic de tāto prīmo
nio tā cito teſtā quā ſibi petat ignem nō reliquit.
per ambiguū cū uerbū pōt in duas pluresue ſnias
accipi: ſed accipiť in eā ptem quā uult is q dixit:
ut ſi de eo dicas q multas hæreditates adierit pſpi
ce tu q plurimū cerniſ ambigua queādmodū uitā
da ſunt q̄ obſcurā reddūt orōnē: ita hæc cōſequē
da q̄ cōficiūt huiuſmodi ſignificatōnē. Ea repieť
facile: ſi nouerim⁹ & ea aiaduertim⁹ uerborꝝ an/
cipites aut multiplices ptātes. p cōſequētiā ſigni
ficatio fit cū res quæ ſequūtur aliq̄ rē debenť ex
qbus tota res relinquitur in ſuſpitōe: ut ſi ſalſa/
mentarij filio dicas: qeſce tu cui⁹ pater cubito ſe
emungere ſolebat: per abſciſionem ſi cum incipi/
mus aliqd dicere. deinde præcedimus & ex eo qđ
iā dixim⁹ ſatis reliquiť ſuſpitōis ſic: q iſta forma
& ætate nup alienæ dōui: nolo plura diceř. Per ſi

militudinem cũ aliq̃ re ſimili ablata nihil ãpliꝰ di
cimꝰ ſed ex ea ſignificamꝰ. qd ſentiamꝰ hoc mõ.
Noli ſaturnie nimiũ populi frequentia fretꝰ eſſe:
ſtultitiã noſce gracchi. Hæc exornatio plurimũ
feſtiuitatis habet: & interdũ dignitatis. Sinit. n.
quidã tacito oratore ipſum auditorem ſuſpicari.

De breuitate

b Reuitas ẽ res tm̃mõ ipis uerbis neceſſarijs
expedita hoc mõ. Lẽnõ p̃teriens cœpit: inde
Thaſſi p̃ſidiũ reliqt: poſt urbẽ bytimiã ſuſtulit: i
de pulſus in heleſpõtũ ſtati põit abido. Itẽ mõ cõ
ſul: quõdã tribunꝰ: is deiñ p̄ſ̄ꝰ erat ciuitatis: tũc
p̱ficiſcit̃ i aſiã: deide exul & hoſtis ẽ dictꝰ. ipator
& po. ro. factꝰ ẽ cõſul. Hẽt paucis cõp̃hẽſa breui
tas mlťaꝝ reꝝ expeditõem. Q uar̃ adhibẽda ſæpe
ẽ: cũ aut res nõ egebit lõge or̃ois: aut tp̃s nõ ſinet
cõmorari.

De demonſtratione.

d Emõſtratio ẽ cũ ita res uerbis exprimit̃: ut
geri negociũ & res añ oculos eẽ uideat̃. Id
fieri poterit ſi q̃ añ & poſt i ip̃a re fcã erũt cõp̃hen
demꝰ: aut a rebꝰ cõſequẽtibꝰ: aut a circũſtãtibꝰ
nõ recedemꝰ hoc mõ. Q d̃ ſimulatq;. Gracchꝰ p
ſpexit fluctuar̃ populũ uerẽtẽ: ne ip̃e auctoritate
ſe ſenatꝰ cõmotꝰ ĩnia deſiſteret: iubet aduocari cõ
tẽtionẽ. Iſte iterea ſcelere & malis cogitatiõibꝰ re
dũdãs uolat ex tẽplo Iouis ſudãs: oculis ardẽtibꝰ
erecto capillo cõtorta toga cũ pluribꝰ alijs ire ce
lerıꝰ cœpit. Illi p̃co faciebat audiẽtiã: hic ſubſeliũ
quodã calce p̃mes dextra pedẽ ꝯfrigit: & hoc alioſ
iubet idẽ facere: cũ gracchꝰ deos icipet p̃cari cur
ſim iſti ipetũ faciũt ex alijſq; ptibꝰ cõuolãt: atq; e
populo unus: fuge fuge iqt Tyberi. Nũ uides: re
ſpice iq̃ deide uaga mľtitudo ſubito tiore p territa
fuger̃ cœpit. at iſte ſpumã ex ore reiiciẽs anhelãs
ex ifimo pector̃ crudelitatẽ cõtorquet gracchũ &
dubitãti graccho qd eẽt neq; tñ locũ i quo cõſtite
rat relinq̃nti p̱cutit tp̃s. Ille nullã uocẽ edẽs inſita
uirtute cõcidit tacitꝰ iſte uiri fortiſſimi miſerãdo
ſãguie aſpſus q̃ſi facinꝰ p̃clariſſimũ feciſſet circũ
ſpectãs & hilar̃ ſceleratã gratulãtibꝰ manũ porri
gẽs i tẽplũ lo. cõtulit ſeſe. hæc exornatõ i ãplificã
da & cõmĩſãda re plurimũ p̱deſt: & in huiuſmõi
narratõibꝰ ſtatuit. n. totã rẽ & p̱pe põit añ ocľos.

o Mnes rõnes honeſtãdę elocutõis ſtudioſe
collegimꝰ i qbꝰ herẽnij ſi te diligẽtiꝰ exer
cueris: & grauitatẽ: & dignitatẽ: & ſuauitatẽ hr̃e

Gracchi memento: per hanc ſimilitu
dinem ſignificat eũ quoq; ſaturninũ
ioculandum eſſe: ſi ſequitur ſtudia po
pularia ſicut Gracchus pater Tyb. &
Caii graccorum.

b Reuitas: brachilogia uerbis
neceſſariis. breuis. n. dicitur
ſermo qui continet neceſſa
ria & eſt laus ſicut uitioſum
eſt: per breuitatem obſcurus fieri. eſt
autem melius dicere ſuperflua q̃ omit
tere neceſſaria. Lẽnum præteriens:
cœpit ergo ſine prœliis ſi præteriens
intelligit autem. De inſula reliquit:
in qua præſidia poſuit. Item modo
cõſul: uidetur dicere de maiore. In
aſiam proficiſcitur: quoniam de min
turnẽſi palude fugit poſt imperator:
quia cum exercitũ romam uenit.

d Emonſtratio: id
fieri poteſt: dat modum a re
bus conſequentibus quæ reſu
mi poſſunt a cõſecutione partis ſigno
rum coiecturalium. A circũſtantiis
quæ ſũt ſex: quis: quid: ubi: cur: quo
modo: quando. Populum: plebem
eſt autem ſenſus. cur Gracchus tribu
nus ſenſit plebẽ dubitare ne ipſe Grac
chus timore ſenatus cauſam ſuam de
ſereret. Concionem uocauit: ex hoc
eſt ante rẽ per quod quid & cur. Iſte
interea: Scipio naſica. Oculis ardẽdi
circũſtãtia. Quomodo illi præco:
faciebat audientiã. i. Gracchus impe
rabat omnibus ſilentium per præco
nem. Hic naſica: alios iubet quibus
auxiliis præcurrit tempus uſq; dictũ
ſunt ante re: hoc nũc eſt in re. Iſte
uiri: poſt rem.

o Mnes rationes: facit conclu
ſionem in qua tria permemo
rat. primum hortatur ad ex
ercitationem mixtam cũ fru
ctu. ſecundo oſtendit facilitatem: per
quam poteſt facillime exercere. tertio
oſtendit fructum exercitationis epi
logatq; quod in tota arte dictum eſt.

Grauitatem: ad ſententias. Dignitatem: ad ornatum uocabulorũ. Suauitatem: ad modum dicẽdi facilem.
Nunc identidem: frequenter ſimili modo & ego facturus ſum. Alii cum modeſtia: aliqui ſunt quos tria ſolent impedire ne ſe exerceãt: ſed ea tibi nõ adſunt impedimenta. Cum quibus libenter: omnia cõmunicet: quia temere errores: aut occulta animi aperiuntur inimicis. Sibi diffidũt: timẽt ſe ne ſcire. Quam uiã: debent imitari. Cognatio fecit: quia erat ſororiuſ ſuus. Ratio philoſophiæ: quia boni mores ſimul communicati augebant amicitiam. Alia ſunt meliora: quia aſpiramus ad maiores ſententias: per quas multum proficiemus Deſideretur deficiat demonſtratum: facit epilogũ mira uarietate. Et exercitatiõe locus: hic liber in quẽdam ordinem rediſſe uidetur. nam in fine exordii dixit hãc artem ad exercitationem accõmodari oportere: & item nũc finit in exercitatione.

Finis:

Venetijs per. T. Z. P. & Petrũ Io. Q. Perga. M.cccc.lxxxxiij die.xv. aprilis.

Regiſtrum huius operis.
Omnes ſunt terni. y. uero duernus.

UNIVERSITA
DE
GRANA

ſi dicẽdo poteris ut oratoriæ plane loquæris: ne nuda atq; iornata iuentio uulgari ſermoue efferatᷓ. Nũc identidẽ nos metipſi nobis inſtemus. res. n. cõis agitᷓ ut frequẽter & aſſidue cõſequamur artis orõnem ſtudio & exercitatione: quod alij cum moleſtia tribus de cauſis maxime faciũt: aut ſi cũ quibꝰ libenter exerceantᷓ nõ habẽt: aut ſibi ſi diffidũt: aut ſi neſciũt quã uiam ſequi debeãt quæ a nobis abſunt oẽs difficultates. Nã & ſimul libentes exercemur ꝓpter amicitiã: cuius initiũ cognatio facit: cætera philoſophiæ ratio cõfirmabit. Et nobis nõ diffidimus ꝓpterea quod aliquãtulũ ꝓceſſimus: & alia meliora ſunt: quę multo intẽtiꝰ petimus in uitas ut etiã ſi nõ puenerimus in dicendo quo uolumus parua pars uitę ꝑfectiſſime deſideretur. Et uiã quã ſequamur habemus ꝓpterea: quod in his libris nihil præteritũ eſt rhetoricæ p̄ceptiõis. Demõſtratũ eſt. n. qũo res in oibus generibus cãrum iueniri oporteat. Dictum eſt q̄uo pacto eas diſponere cõueniat. Traditũ eſt qua ratione eſſet ꝓnũciandũ. Precæptũ eſt qua uia meminiſſe poſſemus. Demõſtratũ eſt quibus modis ꝑfecta elocutio cõpararetᷓ. Quæ ſi ſequentᷓ acute & cito reperiemus: diſtĩcte & ordinate exponemꝰ grauiter & uenuſte ꝓnũciabimus firme & perpetuo meminerimus: ornate & ſuauiter loquæmur. Ergo in arte rhetorica nihil eſt amplius. Hæc oĩa adipiſcemur: ſi rationes præceptionis diligentia conſequemur exercitationis.

FINIS.

№
A-38